O. Märker
1880

TH 1294

Theodor Mahlmann
17. Juni 2011
Burgdorf / CH

INSTITUTIONES

THEOLOGIAE

CHRISTIANAE DOGMATICAE.

SCHOLIS SUIS

SCRIPSIT

ADDITA DOGMATUM SINGULORUM HISTORIA ET CENSURA

IUL. AUG. LUD. WEGSCHEIDER

PHILOS. ET THEOLOGIAE D. HUIUSQUE P. P. O. IN ACADEMIA FRIDERICIANA.

Γνώσεσθε τὴν ἀλήθειαν, καὶ ἡ ἀλήθεια ἐλευθερώσει ὑμᾶς.
Io. 8, 32.

EDITIO QUINTA AUCTIOR ET EMENDATIOR.

HALAE
SUMTIBUS LIBRARIAE GEBAUERIANAE.
1826.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-119201541 5-151142297-11/fragment/page=5

PIIS MANIBUS

MARTINI LUTHERI

VIRI IMMORTALIS MEMORIAE

VERITATIS EVANGELICAE VINDICIS

LIBERTATIS COGITANDI ASSERTORIS

TYRANNIDIS PONTIFICIAE EVERSORIS

QUI LIBROS SACROS

VETERIS ET NOVI TESTAMENTI

QUANTUM ILLA AETAS FEREBAT

FIDELITER ELEGANTER LUCULENTE

IN LINGUAM GERMANICAM TRANSLATOS

POPULARIBUS APERUIT

IN IISQUE LEGENDIS ET INTERPRETANDIS

RATIONI HUMANAE SUUM IUS

HIERARCHIAE VEL IMPRUDENTIA VEL MALIGNITATE

OPPRESSUM VINDICAVIT

QUAMQUE VIAM

IN SACRIS AD CHRISTI PRAECEPTA INSTAURANDIS

IPSE PRAEIVERAT

EA UT PERGERENT

POSTEROS ADMONUIT

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-119201541 5-151142297-11/fragment/page=7

HUNCCE LIBELLUM

ANNO MDCCCXVII

QUO REFORMATIONIS SACRORUM

AB IPSO FELICITER INCHOATAE

TERTIA SECULARIA

PIE CELEBRATA SUNT

INSCRIPSIT

I. A. L. W.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-151142297-11/fragment/page=8

PRAEFATIO.

In adornanda *quinta* huius libri editione, denuo omni studio elaboravi, ut eum doctorum virorum approbatione, quam ei hucusque contigisse laetor, digniorem redderem, efficeremque, ut ab ea, quam animo intenderam, perfectione propius abesset. Itaque diligenter perpendi, quae prudentes rerum divinarum existimatores, et ipsi quoque adversarii doctrinae purioris in hoc libro expositae, haud quidem omnino memores *τοῦ ἀληθεύειν ἐν ἀγάπῃ*, cum alibi, tum in censuris eiusdem monuissent; eorumque rationem habui, quantum per universum eius consilium singularumque partium consensum fieri potuit, in compluribus locis vel corrigendis vel amplificandis, adeo, ut singulis fere paginis vel addita quaedam sint, vel antea scripta copiosius illustrata, vel adversus dubitationes firmata. Quo in negotio fateor, me leviora quaedam eorum iudicia haud respexisse, qui, aut quid per nostrae aetatis rationes a breviario theologiae dogmaticae postuletur, haud satis intelligant, aut in decretis de variis doctrinae Christianae partibus parum sibi constent, aut

dialecticis quibusdam argutiis et ſpinoſo differendi genere omnia perſequantur, aut denique myſtica quadam *μισολογίᾳ* et ſuperſtitioſa veterum obſoletarumque opinionum veneratione ducti, quae recentior aetas et progreſſus in quibuscunque artium ac literarum generibus facti meliora docuiſſent, vel ſuperbe contemnant, vel propter ipſam novitatem in invidiam adducant.

In ordine rerum tractatarum libenter equidem, nonnullis criticorum admonitionibus adductus, hic illic quaedam commutaſſem. Attamen quum hic liber quater iam editus academicis ſcholis inſerviat, curandum erat, ut in capitum conſecutione et numero quaevis discrepantia vitaretur. Neque in alia qualicunque rerum diſpoſitione locus defuiſſet, an alia praeferenda eſſet, dubitandi. Enimvero quum plurimis et aequiſſimis harum rerum arbitris conſilium meum probatum fuiſſe vidiſſem, in hac quoque nova operis editione *primum* quidem univerſam locorum theologicorum ſeriem, ab opinione religionis Chriſtianae vi ſupernaturali conſtitutae ſuſpenſam ſive ſyſtema *Supernaturalismi*, quem dicunt, ad formulam ſymbolicam eccleſiae Lutheranae, ſubiunctis tamen et Reformatarum *confeſſionum* decretis, accurate expoſui, *deinde* vero, perpetua dogmatum ſingulorum hiſtoria atque cenſura ſubiecta, itemque ſelecta ubique optimorum librorum notitia addita, puriorem etiam religionis doctrinae typum (*τύπον διδαχῆς* Rom. 6, 17.) exhibui omnino ſibi conſtantem et ex iis potiſſimum ſcripturae ſacrae effatis, quae dilucide atque perſpicue enunciata rationis humanae legibus a Deo ipſo menti noſtrae inſitis optime conveniunt, erutum, quod *Ratio-*

nalismi ſyſtema dicitur. Haud quidem diffitendum eſt, *Supernaturalismi* quoque ſyſtema, quod, omiſſis theologorum recentiorum emendationibus, e libris Symbolicis candide expoſui et cuius cenſuram modeſtam, exemplo firmatus theologorum clariſſimorum, ſuscepi, biblico fundamento minime deſtitutum eſſe, praeſertim ſi ſingula quaedam bibliorum ſſ. enunciata ad praeiudicata dogmata conſtituenda violenter contorqueantur. At peritum candidumque interpretem non fugiet, in iisdem libris ſſ. non unam eandemque exſtare doctrinae formulam, ipſosque ſcriptores ſſ., non omnino ſibi conſtantes, Deo ipſo permittente, diverſos expoſuiſſe *τρόπους παιδείας*, quorum alii notiones et ſententias aevo Chriſtiano divulgatas eidemque ſatis bene accommodatas referunt, ſub quibus verae religionis ideae involutae latent, alii puriorem ſimplicioremque religionis doctrinam manifeſto exhibent, omnibus omnium temporum hominibus probandam, quippe quae cum ſanae rationis ideis optime conveniat. Quae quum ita ſint, et theologi omni tempore fruſtra in eo elaboraverint, ut diverſas illas formulas qualescunque inter ſe conciliarent, ad ſyſtema ſententiarum dogmaticarum omnibus numeris abſolutum inde exſtruendum, non eſt, quod religioni nobis ducamus, eas iam recte discernere atque ſeparare, et, purioris doctrinae ad ſumma praecepta ethica accommodatae typum ſequentes, ſententiarum ex aevi incultioris notionibus repetendarum uſu tantum ſymbolico conſervato, illius fundamentis certioribus univerſam religionis inſtitutionem ſuperſtruere. Neque vero eſt ulla rationis a Deo nobis inſitae auctoritate maior auctoritas, quippe quum in omni vitae

inſtitutione eam ducem officiorumque magiſtram ſequi Deus ipſe nos iubeat. Itaque quaecunque excogitata fuerit *poſitiva* fidei religioſae forma, hactenus demum probari debet, ſi vera rationis de religione decreta cum virtute arctiſſime coniuncta, apte et convenienter ſuis dogmatibus aut ſymbolis adumbrat. Nullius enim, ipſa ſcriptura ſ. teſte (Matth. 7, 21. 25, 14 ff. Io. 4, 23. 24. Rom. 2, 13. Iac. 2, 19.), dogmatis pretium in ſe ipſo eſt, ſed unumquodque tantum habet dignitatis, quanta eſt eius cum virtute et vera pietate neceſſitudo et coniunctio, quantumque valet ad bene beateque vivendum. Neque porro cogitari poteſt alia ratio, qua, mirum in modum auctis omnium artium ac diſciplinarum incrementis, religionis doctrinae ſua ſemper auctoritas conſtare poſſit; eademque via homines Deum optimum maximum *ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ* adorantes impiam incredulitatem pariter ac ſuperſtitionem, tanquam duo ſcopulos utrimque imminentes, facillime evitant.

Quanquam igitur in ipſis totius operis principiis et fundamentis nihil erat, quod mutandum videretur, aut quod ab ea, quam inſtitueram, differendi via et ratione recederem; haud pauca tamen reperi, quae vel accuratius dicenda eſſent, vel dilucidius fuſiusve explicanda. Itaque quum hac noſtra aetate exſtiterint, qui principatum rationis et intellectus a Deo humanae naturae prae ceteris animalibus conceſſum parum aeſtimantes, nobis religionem a ratione prorſus alienam obtrudere vellent, alii item fuerint, qui, ſpretis rationis praeceptis, aut ab obſcuris ſenſibus, aut ab altiore quadam animi conſcientia, vel *irradiatione*

et revelatione rerum divinarum naturam noſtram longe ſuperante religionem repeterent, equidem praecipue in eo elaboravi, ut rectum rationis uſum denuo commendarem et rationalis theologiae fundamenta, quantum fieri poſſet, et amplificarem et communirem, itemque maiore quam antea in luce ponerem veritatem huius ſententiae, quae omnes fidei doctrinas ad ſumma praecepta ethica accommodandas et ad horum normam tanquam ad obruſſam exigendas eſſe, ipſa ſcriptura ſ. duce, ſtatuit. Ceterum tantum abeſt, ut eos imitandos putem, qui nuper falſo iactatae ὀρθοδοξίας eccleſiaſticae pannis ſuam philoſophandi rationem myſticam aut ſcholaſticam exornare coeperunt, ut neminem, niſi eos inter veteres ac recentiores philoſophos, qui, ſubtilitate cum ſumma evidentia coniuncta, aequiſſimis harum rerum exiſtimatoribus ſua placita probarunt, ſtrenue ſecutus, *Chriſtianismi rationalis* ſyſtema confirmare ſtuduerim. Sic enim expoſita religio Chriſtiana, et, ſecretis temporalibus velamentis, ad internam veritatem et congruentem rationis principiis tenorem revocata, vere divinam originem et auctoritatem optime prae ſe fert; quippe quum ipſam rationem, cuius ope dignitas ac ſalubritas eius ad omnem poſteritatem commendatur, Dei beneficio debeamus, nec minus omnes eae res in facto poſitae, quam maxime memorabiles, quibus adiuvantibus illa et tradita primum et propagata eſt, a Dei providentia repetendae ſint.

Quum autem omnis de rebus ſacris popularis inſtitutio ad verum bonorum finem dirigenda ſit, et maximopere ita conformanda, ut homines, quod Apo-

ſtolus bene monuit Tit. 2, 12., in hoc orbe terrarum σωφρόνως καὶ δικαίως καὶ εὐσεβῶς vivendum eſſe ſibi certiſſime perſuadeant, praecipue in ſcholis theologiae dogmaticae academicis eo connitendum eſt, ut futuri religionis doctores, et ipſi hac perſuaſione penitus imbuti, in concionibus et catecheſibus ad populum habendis prudenter verſari diſcant, caveantque, ne aut antiquatis opinionum commentis pertinacius inhaerendo, aut novas inconſulto ac temere effutiendo, veriſſimorum etiam de religione, virtute et honeſtate praeceptorum vim infringant, populumque in pernicioſum hunc errorem inducant, ut ſanctiſſima illa omnis verae humanitatis fundamenta in libris ſacris clariſſime expoſita, vel tanquam futilia et una cum obſoletis dogmatibus antiquata contemnant, vel, mutato in melius de quibusdam eccleſiaſticae doctrinae partibus iudicio, ipſa quoque abroganda aut corrigenda eſſe opinentur. Itaque et hac de re inſtitutionibus meis praecepta addere haud ſupervacaneum duxi.

Omnino noſtrae aetatis rationes et univerſae de rebus divinis opinionum varietates hoc poſtulare videntur, ut theologiae ſtudioſi, qui ſe ad doctrinam religionis Chriſtianae populo tradendam parant, non ſolum dogmatum olim publice receptorum argumentum viciſſitudinesque probe intelligant, ſed ſanum etiam iis iudicium adhibere (1 Theſſ. 5, 21.), et quid in antiquiorum theologorum decretis ſcripturae ſ. auctoritate rationi bene excultae probata teſtatum non ſit, exquirere conſueſcant.

Nam illud quidem hodie nemo harum rerum prudens exiſtimator exſpectabit, fieri poſſe aut futurum eſſe, ut totus ille dogmatum complexus, qualem ſacrorum emendatores eosque ſecuti theologi ſeculi XVI et XVII ad ſui temporis rationes accommodate compoſuerunt, intelligentibus etiamnum probetur, et quae inde a proximis fere duodecim luſtris philologiae, hiſtoriae et philoſophiae luce tandem aliquando melius ac verius expoſita ſunt, a doctioribus deſerantur, vel etiam in ipſam popularem religionis inſtitutionem revocari poſſint. Namque rationis ideas, quae veritatis ſigno commendatae, noſtris quidem temporibus, ſemel ad plurimos populi cuiusdam cives pervagatae fuerint, vel hierophantarum et inani eorum, qui ſe ſolos orthodoxos, quin etiam divinitus inſpiratos, putant, arrogantia, vel fallaci myſtagogorum, qui religionis ſpeciem fraudibus aut cupiditatibus praetendunt, ſimulatione, ullo tempore plane exſtingui poſſe, nemo unquam, qui providentiae divinae curſum hiſtoriae luce illuſtratum intuetur, ſibi perſuaſerit. Omnino progreſſus in literarum doctrinis per tot ſecula facti iique non a ſingulorum hominum ingenio vel arbitrio profecti, ſed ſenſim divina providentia concurrentibus cultiorum gentium ſtudiis effecti plerosque Proteſtantium eccleſiarum ſocios ad altiora quaſi ſcientiae atque culturae templa adduxerunt, unde aliam fidei religioſae formam ac ſpeciem intuentur, quam maioribus noſtris pro illius aetatis rationibus licuit. Non enim ſola certorum hominum aut librorum auctoritate confidere poſſunt, niſi interna veritatis perſuaſio accedat; ac ſi maxime cuperent eiusmodi aucto-

ritatem denuo amplecti, non poſſent in tanta cognitionis naturae luce et antiquitatis pariter atque omnis hiſtoriae notitiis inſigniter illuſtratis et amplificatis caecutire, niſi ipſi vellent vel meticuloſa quadam animi anxietate et imbecillitate, vel pravis adeo cupiditatibus abducti oculos ſibi praeſtringere. Multas veterum falſas opiniones dies delevit ac radicitus exſtirpavit; naturae et ſanae rationis iudicia confirmavit. Atque in hoc ipſo admirabilem Dei vim et efficaciam agnoſcimus, qui, ut in artibus ad externum vitae cultum ſpectantibus, non continuo hominibus omnia tribuit, ſed ſenſim per tot ſecula eos exercuit, „curis acuens mortalia corda, Nec torpere gravi paſſus ſua regna veterno"; ſic in cognitione rerum divinarum atque coeleſtium ſenſim ac pedetentim voluit mortales ab humilioribus ad ſuperiora perducere, non in eodem, quem aliquando attigerunt, cognitionis campo anguſto crudeliter in perpetuum continere; et ſi veritas laborare videatur interdum, eandem, quam quidem ipſe regni divini conditor et verbis et factis tam egregie commendavit (Io. 18, 37. coll. 1. Tim. 6, 13.), exſtingui omnino nunquam patietur. Atque ipſius *Proteſtantismi*, veri quidem et genuini (§. 13.), conſilium et officium eſt, conſenſum in religionis decretis non aliter, niſi ſanae rationis hominibus inſitae luminibus accenſis, perficere, in iis vero, quae ab ea non poſſunt certis et indubitatis argumentis ſtabiliri, vel quae idearum ad religionem pertinentium quaſi velamenta et involucra, quibus et ipſa purior doctrina carere omnino nequit, exhibere videntur, opinionum varietatem ac discrepantiam tolerare et concedere; adeo, ut „in

rebus neceſſariis tantum unitas ſit, in dubiis vero libertas, in omnibus caritas". Unde civitatum rectores ſingulis civibus hanc veniam dare decet, ut ipſi ſtatuant, quam in religione amplectenda et ſalute ſua paranda viam ac rationem ſequantur, modo ne iuſtas leges civiles ſeditioſe violent aut recuſent.

At ſi quis timeat, ne, convulſis atque remotis obſoletis quibusdam theologorum veterum decretis *poſitivis* eorumque involucris temporalibus, omnis religio funditus tollatur, is cogitet, ſenſibus a numine ipſo, Apoſtolo teſte (Rom. 2, 13 ff.), homini inſitis ſtudium ad veram religionem emergendi in animo bene compoſito excitari et ſuſtentari, nec ullam religionis doctrinam homini cultiori eidemque ethicis praeceptis recte imbuto probari poſſe, quae ſanae rationis decretis ab ipſo bene perſpectis repugnet, nec pleno perfectoque aſſenſu comprobari poſſit. Accedit, quod in veritate indaganda nulla valet uſucapio eſtque praecipuum libertatis Evangelicorum momentum curare, ne ius ſuum ſcripturam ſ. interpretandi aliis quam ſanae rationis et verae eruditionis terminis circumſcribatur ac definiatur. Ac tantum abeſt, ut rectus rationis uſus omnino pios religionis ſenſus, inprimis pietatem in Deum gratumque ſenſum beneficiorum e Chriſti doctrina ad genus humanum redundantium, debilitet atque infringat, ut utriusque officii vim egregie augeat, efficiatque, ut homo vere religioſus divinum numen amet et vereatur, tanquam parentem et ſanctiſſimum et ſapientiſſimum, in quo omnis Chriſtianae doctrinae ſumma vertitur, non, quod eſt ſuperſtitioſi ho-

minis aut fanatici, ut hoſtem aut ut tyrannum timeat. Imo qui dubitat, liberaliore quippe philoſophandi de rebus divinis ratione recte imbutus, quae non miraculis aut myſteriis, ſed certioribus fundamentis fidem religioſam ſuperſtruit, revelationem divinam *ſupernaturalem* et *immediatam* vel exſtare vel omnino neceſſariam eſſe, hominumque de ea perſuaſionem ex ipſa animi natura derivare omnemque Dei efficaciam ad homines edocendos beandosque ad revelationem *naturalem* ac *mediatam* revocare ſtudet, eius propterea neque virtus, neque animi tranquillitas, neque pietas erga Deum ullo modo periclitatur; idemque officii cauſa hanc ipſam perſuaſionem non minus firme graviterque, quam qui contrariam opinionem fovet, ſibi tenendam putabit, ac, fide quippe ſua ad quaevis recte honeſteque facta ductus, ne ipſius quidem ſupremi iudicis ſententiam expaveſcet, ſpe ac fiducia firmiſſime repoſita in Deo, omnis veritatis auctore et vindice ſanctiſſimo et benigniſſimo. Ceterum et ſyſtema illud doctrinae Chriſtianae rationale eodem iure ac vetus illud Supernaturalismi, *poſitivum* dicere licet, quoniam ſcilicet argumentum eius auctoritate divina *interna* i. e. rectae rationis, divinae veritatis luce colluſtratae, aſſenſu comprobatum, indubitatis etiam ſcripturae ſ. effatis, tanquam auctoritate divina *externa*, confirmatur ac commendatur. Quo facto hominibus cultioribus, quibus veritas ipſa per ſeſe maxime accepta eſt, non minus bene conſulitur, quam incultioribus, quos externa quaedam auctoritas potiſſimum movet. Neque vero liberaliori doctrinae officient vani nonnullorum conatus, eccleſias evangeli-

cas ad ſingula quaeque librorum Symbolicorum decreta revocandi, quorum memoria apud plurimos illarum ſocios dudum obliterata eſt, et Auguſtini placita quaedam falſo iactata pro veris Ieſu Chriſti ipſius praeceptis vendendi; nec ſuperſtitioſae aliorum querelae, non verae ſed adumbratae pietatis ſpecie credulis illudentium et iniquiore quodam *ζήλῳ οὐ κατ' ἐπίγνωσιν* recta et iuſta aliorum ſtudia in invidiam vocantium, ad veterum opinionum commenta, quae dies delevit, repetenda ac denuo ſtabilienda quicquam hodie proficient.

Quae quum ita ſint, eos potiſſimum, quibus hoc eſt munus a ſummo rerum humanarum moderatore datum, ut veriorem religionis doctrinam aequalibus impertiant futurosque eccleſiae doctores inſtituant, maxime decet, omni ſtudio et ingenii contentione elaborare, ut in explicandis et diiudicandis priſtinorum temporum opinionibus aut decretis ſanae rationis uſum cum diſciplinarum tot ſeculorum ſtudiis excultarum fructu coniungant. Sic demum ipſius Ieſu Chriſti et Apoſtolorum praecepta ſequentur, non anilem quandam ſuperſtitionem, aut ſtuporem fanaticum hominibus, ſed *λογικὴν λατρείαν* imperantium; ſic veſtigiis magnorum illorum virorum Lutheri, Melanchthonis, Zwinglii, Calvini aliorumque inſiſtent, qui quum generoſo quodam animi et ingenii impetu tot errores generi humano male inculcatos impugnarint et profligaverint, nunquam tamen ſe unos omnia perfeciſſe gloriati, nunquam, quae poſteri in religionis doctrina vel dilucidius explicare, vel melius intellecta ediſſerere poſſent, pro-

hibere, aut quasi interdicto quodam coërcere se velle professi sunt. Ac profecto si quis alius persuasus fuit, „veritati neminem praescribere posse, non longinquitatem temporum, non patrocinia personarum, non privilegium regionum" (Tertull. de vel. virg. cap. 1.), is certe fuit Lutherus ceterique sacrorum emendatores, quorum exemplum illi minime imitantur, qui, quicquid post illos in rebus divinis aut libris ſſ. interpretandis melius constitutum fuerit, vel fastidiunt, vel in suspicionem impiae novaturiendi temeritatis adducunt. Quodsi Luthero eiusque sociis novitas tam invisa fuisset, ubi nunc essent illa sacrorum ab iis emendatorum pignora, quae illi propter solam vetustatem, nos ob divinae veritatis semina in iis latentia adamamus? Illud autem praecipue agant ecclesiae doctores, ut Christi et Apostolorum de Deo sanctissimo et de moribus et officiis doctrinam quam purissimam populo strenue impertiant, ut eius veritatem haud ab antiquis dogmatum formulis et locorum quorundam subtilitatibus pendere, sed ipsa animi natura bene exculta, teste scriptura s., optime confirmari ostendant; ut sensim relictis aut rectius constitutis doctrinae formulis, quae certis tantum hominum ac temporum rationibus accommodatae erant, haud amplius defendendis ad simpliciorem τρόπον παιδείας, in ipsis N. T. libris ſſ. aeque indicatum ideoque etiam *positivae* doctrinae forma induendum transeant, nec pro luce cognitionis fumum vendant obsoletarum ac derelictarum opinionum, quamvis cum calore quodam pietatis fucatae coniunctum, sed potius verae virtutis pietatisque igniculos ex ipsa genuinae Christi doctrinae luce exardescere patiantur.

Omni-

Omnino genus humanum a ſapientiſſima et benigniſſima Dei providentia regitur, nec verendum eſt propterea, ne ab iis, quae, ipſo Deo adiuvante, hac noſtra aetate in ſtudiis hiſtoricis, philologicis et philoſophicis facta progreſſione vera et iuſta cognovimus, perverſis inſtitutis, quaſi praeſtigiis quibusdam, prorſus depellamur. Sed ipſorum etiam religionis doctorum et eccleſiae praeſidum ſanctiſſimum eſt officium providere, ne, doctrinae formulis eccleſiae obtruſis et ſcripturae ſ. interpretatione rerumque divinarum ſcientia quaſi forenſibus circumſcripta cancellis, λογικὴ λατρεία, ipſa Chriſti et Apoſtolorum auctoritate commendata, detrimenti quid capiat, neque clandeſtinis Ieſuitarum aliorumque inſcitiae patronorum, quae in dies latius ſerpunt, conſiliis doctrinae ſpargantur Chriſti et Apoſtolorum praeceptis ac libertati Evangelicae prorſus oppoſitae veterumque ſuperſtitionum, myſticismi ac fanatismi tenebrae, ad tempus certe, reducantur.

Reſtat, ut debito cum honore ac gratiſſimo animo recorder virorum clariſſimorum, quorum ſcriptis vel monitis in hoc libro denuo edendo ſtudioſe uſus ſum. Nam ſi hic libellus doctis iuſtisque harum rerum exiſtimatoribus placere atque conſiliis ſupra ſignificatis ſatisfacere perrexerit, magna eius laudis pars viris illis debetur de univerſa re literaria, inprimis ſacra, optime meritis.

Faxit Deus, ut hic liber non ſolum ſtudium theologiae tum hiſtorico-dogmaticae tum rationalis adiuvet atque promoveat, ſed etiam veram religio-

nem pietatemque arctiſſime coniunctam cum virtute et cum nobiliſſima ea animi fortitudine, quae, „ſummum credens nefas animam praeferre pudori", nec ſenſuum illecebris, nec aegrae mentis ludibriis, a recto veritatis, honeſtatis ac decoris tramite abripi ſe patitur, in animis eruditionis theologicae ſtudioſorum alat atque confirmet. Inprimis in iudicandis aliorum de religione ſententiis memores ſemper ſint effati illius praeclariſſimi, quo veris Ieſu diſcipulis non coeca et obſcura aliqua fides ſervatori (*τῷ φῶτι τοῦ κόσμου* Io. 8, 12.) praeſtanda, nedum certa quaedam meritum eius ſplendidiſſimum interpretandi aut adumbrandi via et ratio ſtrenue iniungitur, ſed amor mutuus ad Chriſti exemplum accommodatus tanquam Chriſtianae religionis quaſi teſſera eius cultoribus commendatur: *Ἐν τούτῳ γνώσονται πάντες, ὅτι ἐμοὶ μαθηταί ἐστε, ἐὰν ἀγάπην ἔχητε ἐν ἀλλήλοις.* Io. 13, 35.

Dedi Halae d. XVI Martii a. cIↃIↃCCCXXVI.

SUMMARIUM
INSTITUTIONUM THEOLOGIAE DOGMATICAE.

PROLEGOMENA.

Caput I. De religione.

§. 1. Religionis notio hiſtorica. (Priorum editionum §§. 1 et 2. in unam contractae.) §. 2. Religionis origo et notio philoſophica. §. 3. Continuatio. §. 4. Religionis notio in libris V. et N. T. expoſita. §. 5. Variae religionis ſpecies. §§. 6. 7. Continuatio. §. 8. Origo et utilitas notionis de revelatione ſupernaturali. §. 9. Varia notionem revelationis explicandi tentamina. §. 10. De Supernaturalismo. §. 11. De Rationalismo. §. 12. Continuatio. (Pr. editt. §. 12. in duas diviſa.) §. 13. De religione Chriſtiana in univerſum.

Caput II. De theologia.

§. 14. Theologiae notio. §. 15. Theologiae nexus cum philoſophia. §. 16. Praeſtantia theologiae. §. 17. Difficultates ſtudii theologici. §. 18. Diviſio theologiae. §. 19. Theologiae rationalis utilitas. §. 20. De theologia dogmatica eiusque nexu cum theol. morali. §. 21. Theologiae dogmaticae cum ſymbolica coniunctio.

Caput III. De theologiae dogmaticae ſyſtemate recte componendo.

§. 22. Summa fidei. §. 23. Articuli fidei. §. 24. Analogia fidei et ſcripturae ſacrae. §. 25. Continuatio. §. 26. De accommodatione. §. 27. Utrum religio Chriſtiana ad maiorem perfectionem evehi poſſit? §. 28. Hiſtoria dogmatices. §. 29. Continuatio. §. 30. Eccleſia evangelica ab inconſtantiae reprehenſione aliisque criminibus vindicata. §. 31. Methodus dogmatices tradendae.

THEOLOGIAE DOGMATICAE

Pars I.

DE SCRIPTURA SACRA, RELIGIONIS CHRISTIANAE FONTE PRIMARIO, EIUSQUE AUCTORITATE DIVINA.

Caput I.

De ſcriptura ſ. in univerſum.

§. 32. Notio ſcripturae ſ. §. 33. Authentia et integritas librorum Veteris Teſtamenti. §. 34. Authentia et integritas librorum N. T. §. 35. De canone V. T. §. 36. De canone N. T.

Caput II.

De divina ſcripturae ſ. auctoritate.

§. 37. Revelationis notio biblica. §. 38. Doctrina ſymbolica et eccleſiaſtica. §. 39. Continuatio. §. 40. Hiſtoria dogmatis. §. 41. Continuatio. §. 42. Epicriſis. §§. 43. 44. Continuatio. §. 45. Affectiones ſcripturae ſ. §. 46. Miraculi notio biblica. §. 47. Doctrinae de miraculis eccleſiaſticae expoſitio hiſtorica. §. 48. Continuatio. §. 49. Epicriſis. §. 50. Vaticinia. §. 51. De argumentis divinae ſcripturae ſ. auctoritatis internis.

Pars II.

DE DEO.

Caput I.

De exiſtentia Dei unius.

§. 52. Notio et nomina Dei biblica. §. 53. De veritate notionis huius biblicae probandae. §. 54. Argumentum ontologicum. §. 55. Arg. cosmologicum et phyſico-theologicum. §. 56. Argum. practicum. §. 57. De Atheismo. §. 58. De Pantheismo. §. 59. Unitas Dei.

Caput II.

De attributis Dei.

§. 60. Modus attributa divina cognoſcendi. §. 61. Diviſiones variae. §. 62. *A.* Attributa Dei, ut ſubſtantiae abſolute perfectiſſimae infinitae, per ſe ſpectatae. §. 63. Continuatio. §. 64. *B.* Attributa Dei, ut ſubſtantiae abſolute perfectiſſimae ſpiritualis. *a.* Attri-

tributa intellectus divini. Omniscientia. §. 65. Continuatio. §. 66. Sapientia. §. 67. *b.* Attributa voluntatis divinae perfectissimae. De voluntate divina. §. 68. Libertas summa et omnipotentia. §. 69. Sanctitas. §. 70. Iustitia Dei. §. 71. Continuatio. §. 72. Benignitas Dei. §. 73. Continuatio. §. 74. Constantia et veracitas. §. 75. Beatitas et maiestas Dei.

CAPUT III.

De Trinitate in Deo.

§. 76. Doctrina ecclesiastica. §§. 77. 78. Continuatio. §. 79. Doctrina biblica. Introductio. §. 80. Testimonia primae classis. §. 81. Testimonia secundae classis: *A.* De Deo patre. §. 82. *B.* De filio Dei. §§. 83—85. Continuatio. §. 86. *C.* De spiritu sancto. §. 87. Continuatio. §. 88. Historia dogmatis antiquior. §. 89. Continuatio. §. 90. Historia dogmatis recentior. §. 91. Continuatio. §. 92. Epicrisis. §. 93. Continuatio.

CAPUT IV.

De Deo creatore.

Sectio 1. De Deo rerum universitatis creatore.

§. 94. Introductio. §. 95. Doctrina ecclesiastica et biblica cum epicrisi. §. 96. De fine mundi creati supremo. §. 97. Historia dogmatis.

Sectio 2. De Deo, naturarum intelligentium creatore.

A. *De hominibus primum creatis.*

§. 98. Doctrina biblica. §. 99. De imagine divina doctrina biblica et ecclesiastica. §. 100. Epicrisis.

B. *De Angelis.*

§. 101. Doctrina biblica et ecclesiastica. §. 102. Continuatio. §. 103. Epicrisis. §. 104. De Angelis malis doctrina biblica et ecclesiastica. §. 105. Historia dogmatis. §. 106. Epicrisis.

CAPUT V.

De providentia Dei.

§. 107. Introductio. §. 108. Doctrina biblica. §. 109. Uberior huius doctrinae tractatio. §. 110. Continuatio. §. 111. De providentia divina cum libertate hominis concilianda. §. 112. De malis in mundo obviis providentiae divinae haud repugnantibus.

Pars III.

DE CONSILIIS ET INSTITUTIS DIVINIS AD HOMINUM SALUTEM PER IESUM CHRISTUM PARANDAM.

Caput I.

De ſtatus hominum depravati cauſis et effectis.

§. 113. Introductio. §. 114. Doctrina biblica et eccleſiaſtica. *A.* De origine peccati. §. 115. *B.* De peccato originis. §. 116. Hiſtoria dogmatis. §. 117. Epicriſis. §. 118. Continuatio. §. 119. Peccatorum varietas.

Caput II.

De divino inſtituto ſalutis humanae per Ieſum Chriſtum reparandae.

Sectio 1. De perſona Chriſti.

§. 120. a. Introductio. §. 120 b. De Chriſtologia Iudaeorum. §. 121. Summa vitae Ieſu Chr. in ll. N. T. enarratae. §. 122. De Ieſu homine doctrina biblica et eccleſiaſtica. §. 123. Epicriſis. §. 124. Doctrina eccleſiaſtica de Ieſu θεανθρώπῳ expoſitio hiſtorica. §§. 125. 126. Continuatio. §. 127. Continuatio. De communicatione idiomatum. §. 128. Epicriſis. §. 129. De ſtatu Ieſu Chriſti duplici doctrina eccleſiaſtica. §. 130. Continuatio. §. 131. Epicriſis.

Sectio 2. De opere Ieſu Chriſti ſalutari ſecundum munus ipſi tributum triplex ab eo peracto, ſ. de beneficiis et meritis Ieſu Chriſti.

§. 132. Introductio. §. 133. *A.* De munere prophetico. §. 134. *B.* De munere ſacerdotali eiusque partitione. §. 135. *a.* De expiatione doctrina eccleſiaſtica. §. 136. Doctrina biblica. §. 137. Continuatio. §. 138. Hiſtoria dogmatis. §. 139. Continuatio. §. 140. Epicriſis. §§. 141. 142. Continuatio. §. 143. *b.* De interceſſione doctrina eccleſiaſtica cum epicriſi. §. 144. *C.* De munere Ieſu Chr. regio doctrina eccleſiaſtica cum epicriſi.

Caput III.

De modo ſalutis per Chr. conſequendae.

Sectio 1., qua illuſtrantur Dei decreta de ſalute per Chriſtum parata hominibus vere impertienda.

§. 145. *A.* De praedeſtinatione doctrina biblica. §. 146. Hiſtoria dogmatis. §. 147. Doctr. eccleſiaſt. cum epicriſi. §. 148. *B.* De

gratia divina doctr. biblica. §. 149. Hist. dogmatis. §. 150. Doctrina ecclesiastica. §. 151. Continuatio. §. 152. Epicrisis. §. 153. C. De iustificatione doctrina biblica. §. 154. Doctrina ecclesiastica. §. 155. Epicrisis.

Sectio 2. De ordine salutis.

§. 156. De vocatione, doctrina biblica. §. 157. Doctrina ecclesiastica cum epicrisi. §. 158. De illuminatione. §. 159. De conversione. §. 160. De sanctificatione. §. 161. Unio cum Deo mystica.

Caput IV.

De adminiculis salutis per Christum consequendae, s. de mediis gratiae.

Sectio 1. De verbo Dei.

§. 162. Doctrina biblica. §. 163. Doctr. ecclesiastica. §. 164. Continuatio cum epicrisi.

Sectio 2. De Sacramentis.

§. 165. De ritibus sacris in universum. §. 166. Sacramenti notio ex historia illustrata. §. 167. Continuatio.

A. *De Baptismo.*

§. 168. Doctrina biblica. §. 169. Historia dogmatis. §. 170. Doctrina ecclesiastica. §. 171. Epicrisis et purioris doctrinae adumbratio. §. 172. Continuatio.

B. *De sacra coena.*

§. 173. Doctrina biblica. §. 174. Historia dogmatis. §. 175. Continuatio. §. 176. Doctrina eccles. §. 177. Epicrisis. §. 178. Continuatio. §. 179. Conclusio. §. 180. a. Continuatio. §. 180. b. De consociandis ecclesiis Lutheranis et Reformatis.

Caput V.

De ecclesia.

§. 181. Doctrina biblica. §. 182. Constitutio ecclesiae primaevae. §. 183. Doctrina ecclesiastica. §. 184. Continuatio. §. 185. Uberior doctrinae biblicae tractatio. §§. 186—88. Continuatio.

Pars IV.

DE REBUS POST MORTEM FUTURIS.

Caput I.

De vita post mortem speranda.

§. 189. Introductio. §. 190. Doctrina V. T. de vita post mortem futura. §. 191. Doctrina N. T. §. 192. Historia dogmatis. §. 193. Doctrina ecclesiastica. §. 194. Epicrisis. §. 195. Continuatio.

Caput II.

De sorte hominum post mortem exspectanda.

§. 196. Doctrina biblica. §. 197. Historia dogmatis. §. 198. Doctrina ecclesiastica. §. 199. Epicrisis. §. 200. Continuatio.

PRO-

PROLEGOMENA.

CAPUT I.

DE RELIGIONE.

§. 1.

Religionis notio hiſtorica.

Nullam fere aut fuiſſe aut eſſe reperimus gentem, niſi forte fuerit immanitate prorſus efferata, quin ad numen aliquod cognoſcendum atque colendum evecta h. e. religionis [a]), quamvis incultae, ſenſibus et notionibus ſit imbuta [b]). *Cognoſcere* numen dicimus eum, cuius menti inhaeret notio de natura quadam viribus inſtructa humanas ſuperantibus, ex qua ſemet ipſum ceteraſque res ſenſuum ope percipiendas pendere, perſuaſum habet [c]). *Colere* vero numen dicitur, qui animi ſenſus et facta ad hoc numen referre ſtudet. Quibus poſitis, religionis notionem, qualem hiſtoria gentium nobis ſuppeditat, in univerſum ita definire licet, ut ſit *modus certus numen qualecunque cognoſcendi atque colendi*; unde religionis partes conſtituuntur *theoretica* (religio *theoretica*, quae ſola *cognitione* numinis continetur), et *practica* (religio *practica* [d]) ſ. *cultus* numinis), ab animo hominis vere religioſi haud ſeiungendae. Cf. Matth. 7, 21. Rom. 2, 13. Col. 1, 9. 10. Iac. 1, 22—27.

Fluxit inde discrimen, quod, *obiecto* et *subiecto* diverse cogitato, alii quidem aliter definiverunt [e]), inter religionem *obiectivam*, quae rectius appellatur religionis doctrina, i. e. complexus quidam notionum et enuntiationum de modo certo numen cognoscendi atque colendi per se cogitatus, v. c. religio Iudaica — et *subiectivam*, sive cognitionem numinis, quam quis habet, ac studium, ipsum colendi [f]), tum sensibus animi (*cultu* numinis *interno*), tum actionibus piis (*cultu* eiusdem *externo*, vel *publico* vel *privato*), e. c. religio Platonis, Newtoni [g]). Animus religione vere imbutus utrique quidem vacabit cultui; at defectus alterius non semper alterius arguit absentiam. Religio obiectiva, quae, pluribus communis hominibus, auctoritatem publicam nacta est, *publicae* religionis nomen habet.

Ex aliorum [h]) sententia religio *obiectiva* dicitur, quae religionis *obiecto*, sive *ideae* [i]) adaequata est, h. e. religio unice vera et perfecta, ad cuius normam religio *subiectiva*, cuius quidem plures species esse possunt, conformari debeat.

a) Religionis etymon ab aliis alia ratione explicatum est. Vid. Lactantii Institutt. div. l. IV. c. 28. „Hac conditione gignimur, ut generanti nos Deo iusta et debita obsequia praebeamus; hunc solum noverimus; hunc sequamur. Hoc vinculo pietatis obstricti, Deo *religati* sumus; unde ipsa *religio* [non *religio* sed *religatio*, v. Cic. Senect. c. 15.] nomen accepit; non ut Cicero interpretatus est, a relegendo. — Diximus, nomen religionis a vinculo pietatis esse deductum, quod hominem sibi Deus religaverit et pietate constrinxerit: quia servire nos ei, ut domino, et obsequi, ut patri, necesse est." Adstipulantur Lactantio Hieronymus in Amos. c. 9. et Augustinus Retractatt. I. c. 13. „Uni Deo *religantes* animas nostras, unde *religio* dicta creditur." De vera rel. c. 55. „*Religat* nos *religio* omnipotenti Deo, unde rel. dicta creditur." (Ammon *Ausführl. Unterricht in d. christl. Glaubenslehre.* B. I. 1807. p. 11. Ei. Summa Theologiae Christ. Ed. 3. 1816. p. 4. Bretschneider *Handbuch d. Dogmatik.* I. L. 2. *A.* 1822. p. 1.); alio tamen loco (de Civit. Dei. X. c. 4.) Augustinus ad Cicero-

nis expositionem propius accedit: „Ipse fons nostrae beatitudinis, ipse omnis appetitionis est finis. Hunc eligentes, vel potius *religentes* (amiseramus enim negligentes), hunc ergo religentes, unde et *religio* dicta perhibetur, ad eum dilectione tendimus, ut perveniendo quiescamus etc." Ceterum licet verbis istis *legendi* et *ligandi* una eademque *colligendi* notio inesse videatur, tamen verbum *religandi* et nomen *religationis* apud Romanos nusquam sensu quodam metaphorico dicta sunt. Mittimus Massurium Sabinum, qui *religiosum* i. e. quod propter sanctitatem aliquam remotum ac sepositum a nobis est, a *relinquendo* dictum esse docuit (Gellii Noct. Att. IV. 9.), et Nigidii versiculum ibid. allatum: „*Religentem* esse oportet, *religiosum* nefas" h. e. qui nimia religione sese adligavit. Audiamus prae ceteris Ciceronem de nat. deor. II. c. 28.: „Qui omnia, quae ad cultum deorum pertinerent, diligenter retractarent, et tanquam *relegerent*, sunt dicti *religiosi*, ex *relegendo*, ut *elegantes* ex *eligendo*, tanquam a *diligendo diligentes;* ex *intelligendo intelligentes:* his enim in verbis omnibus inest vis legendi eadem, quae in religioso." Cf. Varro de ling. lat. V. 68. Ed. Bip. Optime explicatur dicto illo Ciceroniano, quomodo religione omnino diligentia, studium singulare, cautio non temere agendi et credendi *(Gewissenhaftigkeit)*, sine qua vera religio esse non potest, cura denique et caerimonia deorum significetur. Cic. de invent. II. c. 22. 53. Ernesti Clavis Cic. h. v. Eckermann *Handb. f. d. systematische Studium d. christl. Glaubensl.* Th. I. 1801. 2 ff. Paulus *Der Denkgläubige.* I. Bd. 1. p. 50 ff.

b) Aristot. de coelo. I. 3. *Πάντες ἄνθρωποι περὶ θεῶν ἔχουσιν ὑπόληψιν.* Cic. de nat. deorum. I. c. 16. „In omnium animis deorum notionem impressit ipsa natura. Quae est enim gens, aut quod genus hominum, quod non habeat sine doctrina anticipationem quandam deorum?" Ib. I. 17. II. 4. 5. Seneca Ep. 117. — Fuerunt tamen, ipso Cicerone teste (l. l. I. 23.), qui dicerent, multas esse gentes sic immanitate efferatas, ut apud eas nulla suspicio deorum sit. Alios idem sentientes l. Meiners *Grundriss der Geschichte aller Religionen.* Lemgo. 2. *A.* 1787. §. 1. At historia gentium docet, religionis vestigia, quamvis obscura, apud omnes gentes ad humanitatis sensum emergentes deprehendi.

c) Hac *cognoscendi* significatione accepta, definitioni supra propositae, religionem in universum adumbranti, nil inest, quod iure possit reprehendi. Cf. Stäudlin *Dogmatik u. Dogmengeschichte.* 3. *A.* 1809. 75. Omnino enim, ut cum Alberto

Magno (Summa theologiae. tract. III. quaeſt. 13.) loquamur, „Deus *cognoſci* poteſt, ſed non *comprehendi*" (Gerlach *Religionsphiloſophie.* Hal. 1818. §. 37.); et quo perfectior homini fuerit rerum divinarum cognitio, eo perfectior religio eius eſſe poterit. Cf. Io. 17, 3.

d) Gerhard Loci theologici. Ed. Cotta. II. p. 4. Buddeus Inſtitutiones Theologiae Dogmat. Lipſ. 1724. p. 5. — Bretſchneider *Syſtemat. Entwicklung aller in d. Dogmatik vorkommenden Begriffe.* 3. *A.* L. 1825. p. 3 f.

e) Baumgarten-Cruſius *Einleit. in d. Studium d. Dogmatik.* L. 1820. 5.

f) Reinhard *Vorleſungen üb. die Dogmatik.* 4. *A. mit literar. Zuſätzen von* D. Schott. 1818. p. 4.

g) Chr. Weiſs Diſſ. de cultu divino interno et externo recte diiudicando. L. 1796. Herder *Von Religion, Lehrmeinungen und Gebräuchen.* 1798. 270 f. 288.

h) Eckermann *Handb. d. chriſtl. Glaubensl.* I. 76.

i) *Idea* eſt notio rei alicuius, quae perfectione ſumma experientiaeque fines plane excedente praedita cogitatur, v. c. idea numinis, virtutis, pulcritudinis. Quodſi idea cogitatur tanquam exemplar, hominis ſtudio propoſitum, ea ſenſu ſtrictiore archetypum *(das Ideal)* vocatur, v. c. archetypum omnis perfectionis ſ. Deus, archetypum honeſtatis ſ. homo ſumma et perfecta honeſtate praeditus. Huc referri poſſet ſapiens Stoicorum, tanquam archetypus ſapientiae, niſi eum, quamvis raro, inveniri tamen ſibi finxiſſent. Seneca de conſtantia ſapientis. c. 7.

§. 2.

Religionis origo et notio philoſophica.

E conſenſu illo gentium facile intelligitur, omnium hominum mentes naturali quaſi quodam inſtinctu, a philoſophis varie explicato [a]), ad religionem amplectendam ferri. Qui ſi altius indagatus fuerit, patebit, omnem religionem niti ea animi humani facultate, quamvis ſenſuum atque imaginationis illecebris ſaepius corrupta, qua homo, ratione et libertate morali praeditus, ſuper rerum externarum totiusque mundi

visibilis ordinem, *temporis* et *spatii* limitibus adstrictum, sese attollit. Animus enim humanus ita comparatus est, ut non modo *sensuum* et *intellectus* ope rerum externarum legumque, quibus rerum natura regitur, cognitionem sibi acquirat, unde persuasio ea efficitur, quae *scientia* (*das Wissen*) vel *historica* vel *mathematica* vel *philosophica* nominatur, sed etiam *rationis* [b]) potissimum vi, *intellectus* quidem et *scientiae* legibus adstrictae [c]), ad ideas sibi informandas ascendat. Rationis autem humanae, quae intellectui, h. e. facultati veram indolem nexumque rerum cognoscendi, iuncta, sensu latiore dicitur *suprema* cognoscendi vis (*das oberste Erkenntnissvermögen*) s. facultas verum cognoscendi ratiocinando (*aus Gründen*), stricte sic dictae proprium est, ideas, inprimis quae ad religionem et virtutem pertinent, concipere. Unde persuasio ea nascitur de idearum ad religionem spectantium veritate, quae *fides* dicta *religiosa rationalis*, sensus quidam est necessitatis (*Gefühl der Nöthigung*) cum recto rationis usu coniunctus, quo animus in cogitandis rebus divinis tenetur. Haec fides, licet *obiecta* eius nec mathematicorum more demonstrari, nec sensibus percipi possint (Hebr. 11, 1. 3.), tamen, siquidem ab efficacia proficiscitur, rectae rationi necessario inhaerente, non minore gaudet certitudine quam scientia [d]).

Facultas autem illa rationis ad religionem perveniendi, nisi institutione et traditione in animo hominis commota fuerit, primum excitatur imbecillitatis suae sensu, a rerum externarum potentia ipsi iniecto [e]). Quo quidem homo ductus quum naturam aliquam notione amplexus est, suis viribus longe superiorem, quam vel cum timore quodam immensae potestatis [f]), vel cum amore benivolentiae [g]) revereatur, ratio, huius cultura sensim adaucta, ulterius iam progreditur. Nam quemadmodum intellectus proprium est, causas rerum exquirere et indagare, homo constare sibi ne-

quit, nisi ratione duce omnium rerum causam primariam i. e. *absolutam* et *infinitam* animo sibi informaverit, et, quum universae naturae partium cognatio et consensus ei innotuit, ad *unum* totius mundi auctorem omnia retulerit. (Rom. 1, 19. 20.) Deinde vero quum nemo sui sibi conscius sit adeo ferus, quin certa quadam honestatis lege, quae ordinem nexumque rerum quendam moralem esse monet, se adstrictum sentiat [h]) (Rom. 2, 14 ff.), et quum ordinis istius etiam fundamentum in se firmum postulet ratio; non possumus, quin universae naturae auctorem simul summum legis moralis latorem ac vindicem esse statuamus, qui summum bonum *absolute* cogitatum in se complectitur. Sic ratio argumentis tam *theoreticis* quam *practicis*, ut dicunt, hominem eo adducit, ut ideam religionis mente recte concipiat. Qua bene cognita, non potest, quin naturae suae sublimioris (Act. 17, 29.) sibi conscius religionem *subiectivam* ad ideam illam, quamvis erroribus saepius obvolutam, excolere atque fovere omnibus viribus enitatur. Quod ut efficiatur, et reliquae animi facultates, sentiendi imaginandique vis et intellectus potissimum rationi, quae sola idearum procreatrix atque nutrix est, inservientes amice conspirent, necesse est [i]). Tum aequabilis ea atque constans evadet *animi affectio, qua homo, necessitudinem suam eandemque aeternam, quae ei cum summo omnium rerum auctore atque moderatore sanctissimo intercedit, intimo sensu complexus, cogitationes, voluntates et actiones suas ad eum referre studet* [k]). Hac in animi affectione, annuente scriptura s. (Io. 4, 24. Rom. 12, 1—3. Matth. 5, 48. Hebr. 11, 6. 1 Petr. 1, 15. Phil. 3, 20.), recte ponuntur, quae religionis *subiectivae* ideam constituunt, momenta potiora.

a) De religionis origine, non tam historiae quam psychologiae ope exploranda, neque cum Schellingio (*Vorlesungen über d. Methode d. akadem. Studiums.* Tüb. 1803. 167 ff.) e ficta quadam Heroum traditione derivanda, neque e puriore quadam

religione antiquiſſimae hominum genti divinitus patefacta (*Urreligion*), temporum quidem decurſu depravata (Tholuck *Ueb. d. Weſen u. den ſittl. Einfl. d. Heidenthums;* in: Neander *Denkwürdigkeiten aus der Geſch. des Chriſtenthums.* V. I. B. 1823. 235 ff.), quae ſententia omni ſolido hiſtoriae fundamento deſtituta eſt, cf. Aug. Matthiae Pr. de ratione tractandae Graecorum mythologiae. Altenburg. 1821. p. 5. Voſs *Antiſymbolik.* Stuttg. 1824. E. R. Lange *Einleit. in d. Stud. d. griech. Mythol.* Berol. 1825. p. 5 ff., v. praeter Cic. de nat. deor. II. 5. Lucret. de rerum nat. l. V. Sextum Empiricum adv. Phyſicos ſ. Mathematicos. l. IX. Jamblich. de Myſteriis, ſect. I. c. 3. [*Συνυπάρξει ἡμῶν αὐτῇ τῇ οὐσίᾳ ἡ περὶ θεῶν ἔμφυτος γνῶσις, κρίσεως τε πάσης ἐστὶ κρείττων καὶ προαιρέσεως, λόγου τε καὶ ἀποδείξεως προϋπάρχει, συνήνωταί τε ἐξ ἀρχῆς πρὸς τὴν οἰκείαν αἰτίαν καὶ τῇ πρὸς τ' ἀγαθὸν* (*τὸν θεὸν* cf. Plotin. Enn. V. fin.) *οὐσιώδει τῆς ψυχῆς ἐφέσει συνυφέστηκεν.*] Parker Disputatt. de Deo et providentia divina. Lond. 1678. Diſſ. I. Sect. 27., Hobbeſii et Spinozae ſententiis, Lucretio (l. II. init.) adſtipulantibus, maxime oppoſita. Cudworth Syſt. intellectuale. Lat. vert. Mosheim. II. Vol. f. Jenae 1733. V. II. 791 ff. G. Iſ. Voſs de theologia gentili etc. II. IX. Amſt. 1750. f. Dav. Hume *The natural hiſtory of Religion;* in: *Eſſays and Treatiſes on ſeveral Subjects.* Ed. 2. Lond. 1784. Vol. II. 401 ff. Stäudlin *Ideen zur Kritik d. chr. Syſtems.* 1791. 13 ff. Ph. Ch. Reinhard *Abriſs einer Geſchichte d. Entſtehung u. Ausbild. religiöſer Ideen.* Jen. 1794. Lib. noſt. de Graecorum Myſteriis. Gott. 1805. 20 ff. Meiners *Allgemeine krit. Geſch. d. Religionen.* Hann. 1806. I. 16 ff. Eckermann *Handb. d. Chr. Gl.* I. 45 ff. Ammon *Ausführl. Unt. in d. Chr. Gl.* I. 39. Gottl. Phil. Chr. Kaiſer *Die bibl. Theologie, oder Judaismus u. Chriſtianismus nach d. grammat. hiſt. Interpretationsmethode u. nach einer freimüthigen Stellung in die kritiſch-vergleichende Univerſalgeſchichte d. Religionen u. in die univerſale Rel.* I. Th. Erl. 1813. 1 ff.

De iis, qui religionis vel neceſſitatem vel utilitatem tollere conati ſunt, in quibus De la Mettrie (*L'homme machine.* Leiden. 1748. 12. *L'homme plante.* Potsdam. 1748. 8.) et auctor libelli: *Syſtème de la nature.* Londres. 1770. 2 Voll. et alii, cf. Pfaff Introduct. in Hiſt. Theol. liter. Tubing. 1724—26. III. Voll. 4. T. II. init. Schlegel *Kirchengeſch. des 18ten Jahrh.* 1784—88. B. I. 248 ff. — Cicero de nat. deor. I. c. 42. mentionem fecit eorum, qui dixerunt, totam de religione opinionem fictam eſſe ab hominibus ſapientibus reipu-

blicae cauſa, ut quos ratio non poſſet, eos ad officium religio duceret; quo quidem dicto omnem religionem funditus tolli. — Pfanner Syſtema Theol. gentilis purioris. Baſ. 1679. 4. p. 34 ſ.

b) Cf. prae ceteris multis Chryſippus ap. Diog. Laert. VII. 88. *Ὁ νόμος ὁ κοινός ἐστιν ὁ ὀρθὸς λόγος, διὰ πάντων ἐρχόμενος, ὁ αὐτὸς ἐν τῷ Διὶ καθηγεμόνι τούτῳ τῆς τῶν ὄντων διοικήσεως ὄντι.* Plutarch. de audit. c. 1. *Ταὐτόν ἐστι τὸ ἕπεσθαι θεῷ καὶ τὸ πείθεσθαι λόγῳ. — Θεῖον ἡγεμόνα τοῦ βίου λαμβάνουσι τὸν λόγον, ᾧ τοὺς ἑπομένους ἄξιόν ἐστι μόνους ἐλευθέρους νομίζειν.* Cic. Offic. I. 4. „Homo rationis eſt particeps, per quam conſequentia cernit, cauſas rerum videt earumque progreſſus et quaſi anteceſſiones non ignorat, ſimilitudines comparat rebusque praeſentibus adiungit atque annectit futuras." Tuſc. V. 13. „Humanus animus, decerptus ex mente divina, cum alio nullo, niſi cum ipſo Deo, ſi hoc fas eſt dictu, comparari poteſt. Hic igitur ſi eſt excultus, et ſi eius acies ita curata eſt, ut ne coecetur erroribus, fit perfecta mens, i. e. abſoluta ratio; quod eſt idem virtus." Seneca de benef. II. 20. „Mens adeo libera et vaga eſt, ut ne ab hoc quidem carcere, cui incluſa eſt, teneri queat, quo minus impetu ſuo utatur, et ingentia agat, et in infinitum comes coeleſtibus exeat." — Krug *Fundamental-Philoſophie.* §. 75 ff. „*Die Vernunft ſetzt ſich das Abſolute, Unendliche, zum Ziele, und iſt die Quelle der Ideen und Principien in theoretiſcher und prakt. Hinſicht.*" Friedemann Pr. de ſumma Chriſt. doctrinae atque rationis humanae in rebus neceſſariis et immutabilibus conſenſione, diverſarum partium conciliatrice. Witt. 1821. 4. p. 5 ff. Add. Bouterwek *Lehrbuch der philoſ. Wiſſenſchaften.* I. 2. *A.* Gött. 1820. p. 31. 265. „*Die Vernunft iſt das Vermögen der Erkenntniſs aus Gründen d. h. aus demjenigen in unſerm Geiſte, woraus wir die Wahrheit eines Urtheils ableiten durch richtige Schlüſſe. — Die Kraft der wahren Idee des Göttlichen, die in der Vernunft ſelbſt gegründet iſt, wird als der letzte und unmittelbare Grund des religiöſen Vernunftglaubens durch Verdeutlichung dieſer Idee verſtandesmäſsig geſichert.*" Paulus *Der Denkgläubige.* I. Heidelb. 1825. p. 12. „*Vernunft, wenn wir durch dieſes Wort genau die vom Verſtehen, Urtheilen, Begehren, Wollen, Empfinden, verſchiedene Wirkſamkeit des menſchlichen Geiſtes unterſcheiden, beſteht und wirkt eigenthümlich darin, daſs der Menſchengeiſt Vollkommenheit überhaupt zu denken und alles, was er irgend denkt, mit dieſem Muſtergedanken (Ideal) als Norm oder Maaſsſtab zu vergleichen und bis dahin zu ſteigern vermag.*"

c) Bouterwek l. l. p. 31. „*Verſtand nennen wir die Summe derjenigen Functionen der Denkkraft, durch welche Begriffe oder abſtracte Vorſtellungen gebildet werden und ſich zu Urtheilen verbinden, aus denen Schlüſſe entſpringen. — Nennen wir das Vermögen zu denken, Vernunft im weiteſten Sinne des Worts, ſo umfaſst ſie auch höhere Functionen jenes Vermögens, durch die ſich die Vernunft über das bloſse Begriffebilden, Urtheilen und Schlieſsen erhebt. Die Summe dieſer höheren Functionen der V. mag Vernunft im höheren Sinne des Worts genannt werden. In jedem Falle aber müſſen dieſe höheren Functionen übereinſtimmen mit den logiſchen in der Einheit des Denkens, ohne welche die V. ſich ſelbſt nicht erkennt.*" 233. Ei. *Die Rel. der Vernunft.* Gött. 1824. 91 ff. Gerlach *Religionsphiloſophie.* Halle. 1818. §. 45. Paulus l. l. p. 16.

d) Bouterwek *Lehrbuch d. philoſ. Vorkenntniſſe.* 2. *A.* 1820. p. 72 f. Ei. *Lehrb. der philoſ. Wiſſ.* I. 2. *A.* Gött. 1820. 63. De Wette *Ueb. Religion u. Theologie.* 2. *A.* Berl. 1821. 12 ff. Auctor a *fide* aliam quandam perſuaſionis ſpeciem diſtinguit, *divinationem (Ahnung)* ab ipſo vocatam, quae tamen fidei quidam effectus non ſatis excultus eſſe videtur. — Gerlach *Religionsphiloſophie.* §. 43. — *Scientia (das Wiſſen)* eſt firma de re obiecta, quae ſenſuum aut intellectus ope concipitur, perſuaſio; *fides* in univerſum eſt certa de iis rebus, quas experientia et ſenſibus non ipſi cognitas habemus, perſuaſio. (Hebr. 11, 1.) *Fides rationalis* ſ. *philoſophica* eſt certa de veritate rerum, quae mundi viſibilis terminos excedunt, perſuaſio, ex idearum vi et efficacia profecta. Cf. Bouterwek *Die Rel. der Vernunft.* p. 76 ff. Sic ipſa nos ſcriptura ſ. iubet *credere* Deum eſſe, cuius intimam perceptionem et agnitionem nobis in futura demum vita conceſſum iri profitetur. (1 Cor. 13, 12.) Itaque in hac ipſa fide includitur deſiderium intuitionis, etiamſi dubitationem ſustulerit. Attamen fides ea, quamvis ſupra cognitionem rerum viſibilium aſcendat, in hoc altius evolandi niſu bene regendo certis cognoſcendi principiis carere nequit. — A fide rationali (philoſophica) ſecernenda eſt *fides hiſtorica*, quae argumentis nititur ex aliorum teſtimonio derivatis. Quodſi fides habetur uni vel pluribus teſtibus ob ſolam dignitatem ſingularem iis attributam, *fides auctoritatis* dicitur, velut fides legato divino aut eccleſiae praeſtita. *Opinio* denique eſt perſuaſio de veritate rei obiectae qualiscunque nullis vel incertis, quamvis ſpecioſis, nitens argumentis. — Cf. Kant *Kritik der reinen Vernunft.* 4. *A.* 848 ff. — Ancillon *Ueb. Glauben u. Wiſſen in der Philoſophie.* B. 1824. —

Krug *Pisteologie.* L. 1825. — J. Rust *Philosophie u. Christenthum, od. Wissen u. Glauben.* Manh. 1825. — C. Hase de fide libri II. L. I. de fide naturali. Tub. 1825.

e) Bouterwek *Lehrb. d. philos. Wissenschaften. 2. A. Th. I.* p. 216. „*Die Vorstellung von einer übermenschlichen Macht entspringt so natürlich aus dem Bewufstseyn der Schranken der menschlichen Natur, dafs man dieses Bewufstseyn die psychologische Grundlage der Religion nennen kann.*"

f) Lucretius de rer. nat. l. V. Vers. 1217 ff. Petronii Satyricon Fragm. V. 872. Ed. Burmann. „Primus in orbe Deos fecit timor." Cic. de nat. deor. II. 5. Sextus Empiricus adv. Physic. l. IX. §. 24.

g) Cic. de nat. deor. I. c. 15. 42. II. 5. 37. de divinat. II. 72. Sext. Empir. l. l. IX. 18. 22. 26. 28.

h) Melanchthon in Examine eorum, qui audiuntur ante ritum ordinationis (Loc. theol. 695.), docet, *legem moralem* esse aeternam et immotam sapientiam et regulam iustitiae in Deo, patefactam hominibus in creatione et postea saepe repetitam et voce divina declaratam. — Cic. Fragm. l. III. de republ. „Est quidem vera lex recta ratio, naturae congruens, diffusa in omnes, constans, sempiterna, quae vocet ad officium iubendo, vetando a fraude deterreat — et omnes gentes et omni tempore una lex et sempiterna et immortalis continebit; unusque erit communis quasi magister et imperator omnium Deus. Ille legis huius inventor, disceptator, lator; cui qui non parebit, ipse se fugiet, ac naturam hominis aspernabitur; atque hoc ipso luet maximas poenas, etiamsi cetera supplicia, quae putantur, effugerit." De legib. II. 4. 7. Ei. ad Attic. XIII. 20. „In omni vita sua quemquam a *recta conscientia* transversum unguem non oportet discedere." Plutarch. ad princip. indoct. p. 780. ed. Fr. *Τίς οὖν ἄρξει τοῦ ἄρχοντος; ὁ νόμος, ὁ πάντων βασιλεὺς θνητῶν τε κ. ἀθανάτων (ὡς φησι Πίνδαρος), οὐκ ἐν βιβλίοις ἔξω γεγραμμένοις, οὐδέ τισι ξύλοις, ἀλλ' ἔμψυχος ὢν ἑαυτῷ λόγος, ἀεὶ συνοικῶν, κ. παραφυλάττων καὶ μηδέποτε τὴν ψυχὴν ἐῶν ἔρημον ἡγεμονίας.* — Quamvis multi homines legem istam moralem, divinitus menti insitam (Rom. 2, 14 ff.), aut penitus ignorare aut parum curare videantur, facultatem tamen eius cognoscendae homini sui ipsius probe conscio inesse eamque ab hominibus haud paucis inter plurimas gentes, Deo quidem moderante, optime et intellectam et excultam et observatam fuisse, negari non potest. „Sunt enim ingeniis nostris semina innata virtutum, quae si adoleverint, ipsa nos ad virtutem natura perducit." Cic.

Tusc. III. 1. Jacob *Die allgem. Religion.* 1 ff. 35 ff. Kant *Krit. der prakt. Vern.* 2. *A.* p. 56 ff. Frid. Heinr. Jacobi *Werke.* II. L. 1815. p. 44. Gerlach *Grundriss der philos. Tugendlehre.* H. 1820. p. 11. Salat *Moralphilosophie.* 3. *A.* Münch. 1821.

i) Carus *Nachgelassene Werke.* B. VII. L. 1810. 231 ff. — Theologorum recentiorum nonnulli omnem religionem ad merum sensum eumque ineffabilem (*unaussprechbares Gefühl*, v. De Wette *Bibl. Dogmatik.* B. 1818. 2. *A.* XII. Add. Schleiermacher *Der christl. Glaube, nach d. Grundsätzen der evang. Kirche im Zusammenhange dargest.* I. B. 1821. p. 26 ff. „*Die Frömmigkeit an sich ist weder ein Wissen noch ein Thun, sondern eine Neigung und Bestimmtheit des Gefühls.* 33. *Das Wesen der Frömmigkeit ist, dass wir uns unsrer selbst als schlechthin abhängig bewusst sind, d. h., dass wir uns abhängig fühlen von Gott.*" Cf. Bretschneider *Ueb. das Princip d. chr. Glaubensl. des Hn. Dr. Schl.*; in *Journal für Prediger.* 1825. 1*stes St.* p. 1 ff. C. Hase de fide. Tub. 1825. §. 11.), vel etiam simul et ad sensum et ad imaginandi vim revocare conati sunt, de quibus vid. Palmer *Theol. Zeitschrift.* II. St. 1816. 60 ff. At religio subiectiva, etiamsi sine sensus adminiculo in animo hominis concipi et foveri nequit, minime tamen hoc ipso sensu continetur, quippe qui per se obscurus est, nec nisi accedentibus rationis ideis religioni vere inservit. Neque rectius ad solum phantasiae effectum religio revocatur, siquidem illa non nisi ab aliis animi facultatibus suppeditatas cogitationes varie effingit easque imaginibus et vividioribus quasi coloribus animat atque illustrat. — Spalding *Ueb. d. Werth d. Gefühle im Christenthume.* 4. *A.* L. 1784. Bouterwek *Lehrb. d. philos. Wissenschaften.* I. 236. „*Das Urwesen, als Gegenstand moralischer Verehrung, ist der absolute Inbegriff alles dessen, was in menschlichen Verhältnissen Tugend genannt wird. Die moralische Religion bedarf also klarer Begriffe, damit keine unwürdige Vorstellung im Dunkel der Gefühle die Betrachtung des Göttlichen entweihe.*" Planck *Ueb. den gegenwärtigen Zustand u. d. Bedürfnisse unserer protest. Kirche bei dem Schlusse ihres dritten Jahrhunderts.* Erf. 1817. 105 ff.: „*Dringendstes Zeitbedürfniss ist, dass der Neigung des Zeitgeistes zu einer blossen Gefühls-Religion und Religiosität, durch jedes Mittel unter uns entgegen gewirkt werden muss, von dem sich nur irgend ein Erfolg erwarten lässt.*" Gerlach *Religionsphilosophie.* 59 ff.

k) Ammon Summa Theol. Christ. p. 4. Ei. *Ausführl. Unterr. in d. Chr. Glaubensl.* Nürnb. 1807. I. 11 ff., ubi variae religio-

nis expositiones diiudicatae sunt. Bretschneider *Systemat. Entwickl. d. dogmat. Begr.* §. 1. — Köppen *Philosophie d. Christenthums.* L. 1813. I. 18 ff. Cf. De Wette *Ueb. Religion u. Theol.* 2. *A.* B. 1821. p. 20 ff.

§. 3.

Continuatio.

Religionis ideam (§. 2.) simul summum honestatis studium complecti debere [a]), ita, ut homo vera religione imbutus recta morum praecepta tanquam ipsius Dei effata colat, probatur *primum* eo, quod idea numinis sine sanctitatis nota, quam sola ratio practica bene exculta suppeditat, cogitari nequit, et quod, posita sanctitate voluntatis summi omnium rerum auctoris atque moderatoris, voluntas humana recte conformata in hoc studio cum voluntate divina prorsus consentiat necesse est, ita, ut Deus sanctissimus non nisi summo sanctitatis studio recte coli possit. (Matth. 5, 48. Io. 4, 24. 1 Petr. 1, 15.) Hoc religionis et honestatis vinculum arctissimum ut statuamus, efficit *praeterea* legis moralis conscientia, quae e rectae rationis cultu atque efficacia exoritur, et qua omnes omnino animi affectiones et cogitationes regi debent, adeo, ut quaecunque religionis doctrina legi illi repugnat, fide prorsus indigna sit; *deinde* sensuum religionis et virtutis analogia nexusque proprius, siquidem non nisi mens integra et pura ad Deum recte cognoscendum colendumque idonea est (Matth. 5, 8.), et eadem ratio, quae Deum totius mundi auctorem potentissimum et sapientissimum, eundem simul legislatorem benivolentissimum veraeque virtutis et sanctitatis praeceptorem optimum agnoscendum docet [b]); *tum* ipsa natura hominis rationalis ad summum perfectionis fastigium evehenda, quae, nisi religione ac virtute bene coniuncta, ad veram dignitatem animique tranquillitatem emergere non potest; variarum *denique* religionum historia. Quo plura enim obtinuere vincula inter religionem aliquam

publicam et morum disciplinam recte constitutam, eo perfectior et ad bene beateque vivendum efficacior illa fuit; quo magis religio a veris morum praeceptis aliena fuit, eo graviora hominibus detrimenta attulit; unde doctrina Christiana virtutis studium cum religione omni modo copulandum esse recte praecipit. Matth. 5, 8. 22, 37. Marc. 12, 33. Io. 4, 24. 1 Tim. 6, 12 ff. 1 Io. 5, 3. 2 Petr. 1, 4.

Neque tamen impedit haec religionis *subiectivae* et honestatis coniunctio intima, quo minus religio *obiectiva* s. doctrina religionis (§. 1.) momenta huius potiora separatim tractet et religionis proprie sic dictae et ethices doctrina distinguatur. Quo facto illa, quae rationem necessitudinis inter Deum hominemque intercedentis *immediate* spectant, comprehendet; haec vero singulas agendi regulas e conscientia legis moralis ducendas et ad rationem illam accommodandas illustrabit. At vero etiamsi universus de officiis erga nosmet ipsos aliosque homines locus tradi potest, nulla religionis ratione habita, multo tamen augustior, efficacior et salubrior est ea morum doctrina, quae comitem habet religionis persuasionem, ex eaque nova quaedam eademque gravissima capit firmamenta. Veruntamen in ipsa hominum vita religionis vis non solum eo cernitur, quod virtus illa tanquam fundamento nititur, et quasi adminiculo erigitur; sed etiam quod in vitae humanae difficultatibus molestiisque tranquillitatem, spem et fiduciam animis affert, hominemque in eam viam deducit, qua, quo consilio et ipse et totum genus humanum genitum sit, optime intelligere possit. Neque minus religionis doctrina ethices adiumento carere potest, quoniam ideae ad religionem spectantes non nisi rationis practicae et conscientiae hominis moralis ope recte constitui et confirmari possunt. Ceterum quaestio ea, utrum religio ex studio honestatis in animo hominis nascatur, an e religione potius hoc studium prodeat, ex supra propositis ita solvitur, ut, hominem

verae probitatis ſtudioſum eo ipſo ad numen, tanquam ſummum bonum *originarium*, agnoſcendum atque colendum facillime perduci, hominem autem vere religioſum veroque in Deum amore ductum (Luc. 10, 27. 1 Io. 5, 3.) ſine illo honeſtatis ſtudio cogitari omnino non poſſe, recte exiſtimetur [c]).

a) Cf. Veterum hac de re effata praeclara: Platonis, qui commendat ὁμοίωσιν θεῷ κατὰ τὸ δυνατόν. (ὁμοίωσις δὲ δίκαιον καὶ ὅσιον μετὰ φρονήσεως γενέσθαι.) Theaetet. V. II. 121. ed. Bip. Ei. Eutyphr. c. 12. p. 38. ed. Fiſcher. Ὁμολογοῦμεν τὸ μὲν ὅσιον διὰ τοῦτο ὑπὸ τῶν θεῶν φιλεῖσθαι, ὅτι ὅσιόν ἐστιν· ἀλλ' οὐ, διότι φιλεῖται, ὅσιον εἶναι. Xenoph. Mem. III. 9. 15. Τοὺς ἀρίστους δὲ καὶ θεοφιλεστάτους ἔφη (Σωκράτης) εἶναι. Isocrat. ad Nicoclem. Ed. Baſil. 1580. p. 40.: Ἡγοῦ δὲ τοῦτο εἶναι θῦμα κάλλιστον, καὶ θεραπείαν μεγίστην, ἐὰν ὡς βέλτιστον καὶ δικαιότατον σεαυτὸν παρέχῃς. Antonini Commentt. de ſe ipſo. X. §. 8. Οἱ θεοὶ θέλουσιν, ἐξομοιοῦσθαι ἑαυτοῖς τὰ λογικὰ πάντα. — IV. 5. Ἐνὶ τέρπου καὶ προσαναπαύου, τῷ ἀπὸ πράξεως κοινωνικῆς μεταβαίνειν ἐπὶ πρᾶξιν κοινωνικὴν σὺν μνήμῃ θεοῦ. Cic. de nat. deor. II. 28. „Cultus deorum eſt optimus idemque caſtiſſimus atque ſanctiſſimus pleniſſimusque pietatis, ut eos ſemper pura, integra, incorrupta et mente et voce veneremur." Perſii Sat. II. 71 ff. „Quin damus id ſuperis — — Compoſitum ius fasque animo, ſanctosque receſſus Mentis, et incoctum generoſo pectus honeſto; Haec cedo, ut admoveam templis, et farre litabo." Seneca Prooem. ad quaeſtiones naturales. §. 5.: „Virtus, quam affectamus, magnifica eſt, non quia per ſe beatum eſt, malo caruiſſe, ſed quia animum laxat, ac praeparat ad cognitionem coeleſtium, dignumque efficit, qui in conſortium Dei veniat." Ep. 71. „Virum bonum concedas neceſſe eſt, ſummae pietatis erga deos eſſe." Ep. 95. „Vis deos propitiare? Bonus eſto. Satis illos coluit, quisquis imitatus eſt." Ep. 41. „Sacer intra nos ſpiritus (pars animae mundi, ſ. Dei) ſedet, malorum bonorumque noſtrorum obſervator et cuſtos: hic prout a nobis tractatus eſt, ita nos ipſe tractat. Bonus vir ſine Deo nemo eſt." Plin. Panegyric. c. 3. „Animadverto etiam, deos ipſos non tam accuratis adorantium precibus, quam innocentia et ſanctitate laetari, gratioremque exiſtimari, qui delubris eorum puram caſtamque mentem, quam qui meditatum carmen intulerit." Lactant. Inſt. div. IV. 4. „Ubi ſapientia cum religione inſeparabili nexu cohaeret, utrumque verum eſſe

neceſſe eſt; — ſcilicet ubi Deus colitur unus; ubi vita et actus omnis ad unum caput, et ad unam ſummam refertur." Sententiam contrariam de tollendo nexu illo inter religionem et virtutem defendit Schelling ll. *Methode d. akad. Stud.* 1803. 150. *Philoſophie u. Rel.* 1804. Alia hac de re ſcripta l. Beck Commentarii hiſtorici decretorum religionis Chriſtianae et formulae Lutheriae. L. 1801. p. 4. not. 6. V. quae contra ſententiam iſtam monuimus in libell. noſt.: *Ueber die von d. neueſten Philoſophie geforderte Trennung der Religion von Moral.* Hamb. 1804. 33 ff. et: de Graecorum Myſteriis religioni non obtrudendis. Gött. 1805. 22. — Salat *Religionsphiloſophie. 2. A.* Münch. 1821. 51 ff. Fries *Von Deutſcher Philoſ. Art u. Kunſt.* Heidelb. 1812. 100. „*Rel. iſt That und Tugend oder gar nichts.*" Planck *Ueb. den gegenw. Zuſtand u. die Bedürfniſſe unſerer proteſt. Kirche.* 93 ff. — Bouterwek *Lehrb. d. philoſ. Wiſſ.* I. 2. *A.* p. 227—29. „*Jede Religion, deren Grundſätze mit den Grundſätzen der wahren Moral unvereinbar ſind, hebt vor der Vernunft ſich ſelbſt auf inſofern, als keine Wahrheit der andern, alſo auch keine rel. Wahrheit einer moraliſchen widerſprechen kann.*" 236. Ei. *Die Rel. der Vernunft.* Gött. 1824. p. 20 ff. Gerlach *Grundriſs d. philoſ. Tugendlehre.* H. 1820. §. 52 ff. G. Ch. Müller *Vom Wahren und Gewiſſen.* B. II. L. 1822. p. 199 ff. *Ueber das Verhältniſs der Moralität u. Religioſität.* Add. Melanchthonis praeclare dictum, cuius mentionem fecimus in Progr.: Phil. Mel. Epp. XI ex Autographis nunc primum typis deſcriptae. H. 1824. p. 31. „Ego mihi ita conſcius ſum, non aliam ob cauſam unquam θεολογηκέναι, niſi *ut vitam emendarem.*"

b) Bouterwek *Lehrb. d. philoſ. Wiſſenſch.* I. 2. *A.* p. 228 f. Ei. *Kleine Schriften.* I. Gött. 1818. 140 ff. G. E. Schulze *Philoſ. Tugendlehre.* Gött. 1817. §. 19.

c) (Meyer v. Knonau) *Geiſtesreligion u. Sinnenglaube. Vereinigung d. chriſtl. Bekenntniſſe.* Winterth. 1822. p. 46. „*Zum Weſen des Proteſtantismus gehört es, daſs ſeine Bekenner moraliſchen Sinn und Ausübung der Vorſchriften der im Chriſtenthum liegenden Moral als Pflicht und als unerläſslichen Beſtandtheil ihres Bekenntniſſes anſehn. Wenn wir bisweilen leſen oder hören, daſs auch Proteſtanten und ſelbſt Theologen, ſobald von moraliſchen Anſichten und dem ſelbſtſtändigen Werthe der Sittlichkeit die Rede iſt, Bitterkeit, ja den heftigſten Ingrimm äuſsern, ſo beweiſet dieſs nur, daſs die Beſſeren unter ihnen entweder durch einzelne Erſcheinungen moraliſirender Heuchelei irre gemacht, oder in abergläubiſchen Syſtemen befangen ſind, und daſs die Schlechteren entweder überhaupt*

keine Moralität anerkennen, oder ihre vorgebliche Religion nur als das Sühnungsmittel ihrer innern Verdorbenheit betrachten, und daher in der Sittlichkeit ein Schreckbild erkennen, welches sie in ihrer Selbsttäuschung stört." Fr. Jacobs *Vermischte Schriften. Th. I.* L. 1823. p. 392 f.

§. 4.

Religionis notio in libris V. et N. T. exposita.

Quamvis nulla in sacra scriptura exstet vox, religionis notioni supra definitae prorsus respondens; reperiuntur tamen vocabula et formulae dicendi in libris Veteris et Novi Testamenti, quibus notio ea, relata quidem ad religionem Iudaicam et Christianam, simili ratione enunciata est, tum sensu quodam *subiectivo*: קָרָא בְּשֵׁם יְהוָה Gen. 4, 26.; הָלַךְ אֶת הָאֱלֹהִים Gen. 5, 24. 6, 9.; הָלַךְ לִפְנֵי יְהוָה Gen. 17, 1.; יִרְאַת יְהוָה = *φόβος θεοῦ, (κυρίου)* Gen. 20, 11. Ex. 1, 17. 14, 31. Iesa. 33, 6. Ps. 111, 10. Prov. 1, 7. 9, 10. Act. 9, 31. Rom. 3, 18. 2 Cor. 5, 11.; et elliptice . . יִרְאָה Iob. 4, 6. 15, 4.; דַּעַת אֱלֹהִים = *ἐπίγνωσις θεοῦ* Hos. 4, 1. 6, 6. Eph. 1, 17.; אֱמֶת Ps. 26, 3. Dan. 8, 12. 9, 13. 1 Reg. 2, 4. = *ἀλήθεια* Rom. 1, 18. 25. vera religio = *πίστις* Act. 6, 7. Rom. 1, 5.; *εὐσέβεια* Act. 3, 12. 1 Tim. 2, 2. 3, 16. 4, 7. 8. 6, 3. 5. 6. 11.; 2 Tim. 3, 5. Tit. 1, 1. *ἐπίγνωσις ἀληθείας τῆς κατ' εὐσέβειαν;* 2 Petr. 1, 3. 6. 7. 3, 11.; *θεοσέβεια* 1 Tim. 2, 10.; *προσκυνεῖν θεὸν ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ* Io. 4, 24. coll. Matth. 5, 48. 7, 21. *γινώσκειν τὸν μόνον ἀληθινὸν θεὸν καὶ ὃν ἀπέστειλε Ἰησοῦν Χριστὸν.* Io. 17, 3.; *τὰ ἄνω φρονεῖν* Col. 3, 2.; — tum sensu magis *obiectivo*: בְּרִית = *διαθήκη* Exod. 24. Ier. 31, 31 f. Gal. 4, 24. Hebr. 12, 24. (§. 32. *b.*); עֲבֹדָה = *λατρεία* Exod. 12, 26. Io. 16, 2. Rom. 9, 4. 12, 1. Hebr. 9, 1. 6.; עֲבֹדַת־יְהוָה 2 Chron. 35, 16.; יִרְאַת יְהוָה Ps. 10, 10.; דֶּרֶךְ יְהוָה Ps. 27, 11. 37, 34. al. et simpliciter דֶּרֶךְ = *ὁδός* Amos 8, 14. Ps. 139, 24. Ier. 18, 15. Act. 13, 10. 18, 25. 26.;

26.; *θρησκεία*, quam vocem Verſio Vulgata *religionis* vocabulo reddidit Act. 26, 5. Col. 2, 18. Iac. 1, 26. 27.; quo quidem Lutherus in verſione vernacula nondum uſus eſt; *νόμος*, religionem Moſaicam inprimis ſignificans Io. 1, 7. Act. 6, 13. Rom. 3, 19. 4, 13. 14. al.; *δεισιδαιμονία* Act. 25, 19. coll. 17, 22.

§. 5.

Variae religionis ſpecies.

Religio, quum non niſi certa nitatur de iis rebus, quae ſenſibus ſubiectae non ſunt, perſuaſione (Hebr. 11, 1. §. 2.), pro diverſitate ingeniorum, locorum, temporum et literarum atque artium quam maxime varia fuit [a]), unde plures eius ſpecies, aliis quidem aliter ſtatuentibus [b]), adumbrari ſolent. Sic in univerſum distingui ſolet religio *vera*, ſ. quae religionis ideae recte informatae (§. 2.) ſimillima eſt, et *falſa*, quae illi repugnat. Veritas tamen non niſi ſenſu *ſubiectivo* religioni recte tribui poteſt [c]). Omnis autem falſa religio ex *ſuperſtitione* [d]) naſcitur, i. e. perſuaſione de nexu quodam inter cauſam atque effectum, et inter mundum viſibilem atque inviſibilem, qui, ſalvis cogitandi agendique legibus a recta ratione ſancitis, eſſe nequit. Ad ſuperſtitionem propius accedit vel eius ſpecies eſt *myſticismus* ille, ſeu perſuaſio de ſingulari animae, ſenſibus quidem acrioribus imbutae et phantaſiae ludibriis deditae, facultate ad *immediatum* cum numine ipſo aut naturis coeleſtibus commercium iam in hac vita perveniendi, quo mens *immediate* cognitione rerum divinarum ac beatitate perfruatur [e]). Ratione potiſſimum habita *ſubiecti* ſeu hominis ipſius, qui religionis aliqua ſpecie imbutus eſt, ea vel *ſenſualis* vel *rationalis* dici poteſt, quatenus vel ſenſus et imaginatio, vel intellectus et ratio in ea effingenda atque conformanda praevalet *f*).

a) *Hiſtoire générale et particulière des Religions et du Culte de tous les peuples du Monde — par* F. H. St. Delaunaye,

ouvrage orné de 500 *figures.* Paris 1791. II. T. in 4. (germ. Erlang.) — *Origine de tous les Cultes ou Religion univerſelle par* Dupuis, *Citoyen Fr.* 1795. III. Vol. 4. XII. Vol. 8. et Vol. tab. aer. inc. — (J. G. Lindemann *Geſchichte d. Meinungen älterer u. neuerer Völker im Stande der Rohheit u. Cultur von Gott, Religion u. Prieſterthum.* Stendal 1784—95. VII. Voll.) — Meiners *Grundriſs d. Geſchichte aller Religionen. 2. A.* Lemg. 1787. Ei. *Allgem. kritiſche Geſchichte d. Rel.* II. Vol. Hannov. 1806. Haupt *Tabellariſcher Abriſs d. vorzüglichſten Religionen u. Religionsparteien d. jetzigen Erdbewohner, inſond. der chriſtl. Welt.* Quedl. 1821. f. — Paulus *Ueb. klimatiſche Verſchiedenheit im Glauben an Religionsſtifter. Memorabilien.* I. 129 ff. Kaiſer *Bibliſche Theologie.* II. Voll. J. K. F. Schlegel *Ueb. d. Geiſt d. Religioſität aller Zeiten u. Völker.* II. Voll. Hann. 1819. E. R. Lange l. §. 2. *a.* l.

b) Cf. prae ceteris Ammon Summa Th. Chr. Ed. 3. p. 5. „Si categorias ſequimur, ratione *quantitatis* habita, religio eſt *individua*, *particularis*, *univerſalis* (Kaiſer *Bibl. Theol.* I. 33.); ratione *qualitatis* eſt *vera*, *falſa*, *mixta*; ratione *relationis* eſt *rationalis* et *revelata*, *externa* et *interna*; ratione *modalitatis* eſt *ſceptica*, *thetica*, *apodictica.*"

c) Bretſchneider *Handb. d. Dogm. 2. A.* I. p. 4 f.

d) De *ſuperſtitione*, cuius etymon Cic. de nat. deor. II. 28. non apte explicuit: „qui totos dies precabantur et immolabant, ut ſui ſibi liberi ſuperſtites eſſent, *ſuperſtitioſi* ſunt appellati, quod nomen poſtea latius patuit", cf. Lactantius IV. 28.: „Superſtitioſi vocantur aut ii, qui ſuperſtitem memoriam defunctorum colunt; aut qui, parentibus ſuis ſuperſtites, colebant imagines eorum domi tanquam deos penates. Nam qui novos ſibi ritus adſumebant, ut deorum vice mortuos honorarent, quos ex hominibus in coelum receptos putabant, hos ſuperſtitioſos vocabant;" et Servius ad Aeneid. l. VIII. 187.: „ſuperſtitio eſt timor ſuperfluus et delirus; aut ab aniculis dicta ſuperſtitio, quae multis ſuperſtites per aetatem delirant et ſtultae ſunt; aut ſecundum Lucretium ſuperſtitio eſt ſuperſtantium rerum, i. e. caeleſtium et divinarum, quae ſuper nos ſtant, inanis et ſuperfluus timor." Reinhard *Syſtem d. Chr. Moral.* I. 414 ff. 5. *A.* C. H. Heidenreich *Pſychologiſche Entwicklung d. Aberglaubens u. d. damit verbundenen Schwärmerei.* L. 1798. Krug *Piſteologie, od. Glaube, Aberglaube u. Unglaube.* L. 1825. p. 147 ff. Veterum de ſuperſtitione iudicia v. apud Cic. de nat. deor. I. 42. de divinat. II. 72. Plutarch. de ſuperſtitione libell. 629 ff. ed. Reiske; et com-

mentar. Wyttenbachii in ei. ed. Plut. Moral. T. II. p. 276 ff. ed. Lipſ. Theophraſt. Charact. eth. c. 16. Suicer. Theſ. eccleſ. ſ. v. δεισιδαίμων. Add. Lactant. de vera ſapientia. IV. c. 28. eiusque de falſa religione lib. Auguſtini de vera relig. l. — Superſtitioni opponitur *incredulitas* ea, quae argumentis ſana ratione comprobatis et ad perſuadendum idoneis fidem denegat. Superſtitio, hiſtoria teſte, generi humano ad veram religionem atque virtutem evehendo longe plura et graviora damna attulit, quam incredulitas.

e) Cf. E. A. Borger Disputatio de myſticismo. Lugd. 1820. — H. Schmid *Der Myſticismus des Mittelalters in ſeiner Entſtehungsperiode dargeſtellt.* Jena. 1824. p. 23. Alia praeter hunc librum hac de re ſcr. recenſet *Hermes, redigirt von* D. K. E. Schmid. XXIV. L. 1824. p. 1 ff. „*Das Myſtiſche ſtellte ſich zuerſt dem Gnoſtiſchen entgegen, und bedeutete eine Denkart, in welcher eine Vereinigung mit der Gottheit, ſowohl als Mittel, als auch als Zweck des religiöſen Lebens angenommen wurde. — In allen Geſtalten war der Myſticismus immer eine Ueberſpannung der Gefühlsreligion; nur von einer beſondern Richtung und Beziehung.*" p. 10. „*Die Myſtik iſt immer nur ein Uebel, das, wenn es einmal vorhanden iſt, nur durch die göttlichen Fügungen und durch die urſprüngliche Kraft der menſchlichen Vernunft ausgeglichen und geſühnt werden kann.*" Omnino *myſticismum*, in cuius notione finienda non omnes conſentiunt, prae ſe ferre dicuntur ii, qui, neglectis aut repudiatis ſanae rationis legibus, ſenſibus acrioribus et phantaſiae ludibriis in religione deſcribenda et colenda indulgent. Myſticismus haud raro abit in fanaticum errorem, ſeu animi quendam fervorem ex ſenſuum et phantaſiae impotentia vel animi ingeniique imbecillitate oriundum, et in certis religionis ideis acriter tuendis conſpicuum, qui vel mitior eſt (*Religionsſchwärmerei*), vel vehementior, cum furore eos, qui ſecus ſentire videntur, infectandi (*Fanatismus*); cuius inter ipſos religionis Chriſtianae, mitiſſimae quidem, crudeliſſima maximeque nefanda exſtant exempla, odio ſempiterno proſequenda, nec, quod Deus bene vertat, unquam repetenda. Ch. F. Duttenhofer *Geſchichte d. Religionsſchwärmereien in d. Chriſtl. Kirche.* Heilbr. 1796—99. Vol. III. Salat *Ueb. Supernaturalismus u. Myſticismus. Mit hiſtor. pſychol. Aufſchlüſſen üb. die vielbeſprochene Myſtik in Baiern u. Oberöſterreich.* Sulzb. 1823. Meyer *Schwärmeriſche Greuelſcenen oder Kreutzigungsgeſchichte einer rel. Schwärmerin in Wildenſpuch Cant. Zürich.* Zür. 1823. 2. *A.* 1825. — Böhme *Ueb. Schwärmerei in d. Rel.*, in Löffler *Magaz.* IV. 2. p. 1 ff. J. K. Mezger *Einige Vor-*

leſungen üb. d. religiöſe Schwärmerei. Aarau. 1819. Dr. L. D. Cramer *Predigten.* I. L. 1822. *1ſte Pred. Von d. Religionsſchwärmerei. Fanatismo* opponitur *indifferentismus*, qui aut *univerſalis* eſt, aut *particularis.* V. Buddeus Inſt. th. dogm. p. 60. „Ille omnes religiones uno eodemque loco habet, quod aut nullam omnino, aut ſolam naturalem admittat. Prius ſi fiat, ab *atheismo* non differt; ſin poſterius, cum *naturalismo* conſentiet. *Particularis* autem ind. revelationem, quam ſ. ſ. nobis exhibet, equidem admittit, inter Chriſtianorum autem ſectas aut omnes, aut plerasque, aut quasdam, capitale aliquod intercedere discrimen negat." — Omnino ſenſibus vehementioribus piis atque phantaſiae motibus religionem in animo ſuſtentari, nec ipſum ſtudium unionis cuiusdam moralis cum Deo faciendae (Io. 17, 21.) a vera religione alienum eſſe (Schleiermacher *Predigten.* B. 1801. *Die Gemeinſchaft des Menſchen mit Gott.*) dubitari nequit (§. 3.); ſunt tamen certi quidam fines. Religio enim, quatenus in ipſis hominum mentibus inſidet, ſemper aliquid *myſtici* habet, propterea quod homo excitata quadam ſenſus affectione ducitur ad opinionem, qua Deum, cuius naturam haud comprehendit, eſſe ſibi perſuadet. Verum haec perſuaſio non proficiſcitur ex illo ipſo ſenſu; quippe qui comitatur tantum eam rationis argumentationem, qua homo intelligit, naturam divinam, quamvis incomprehenſibilem, vere tamen eſſe nec quidquam ſine ea probabiliter cogitari poſſe. Sapientis autem et eruditi hominis eſt, hanc rationis efficaciam ab illius ſenſus comitatu, neque aſſiduo neque neceſſario, accurate discernere. Gerlach *Religionsphiloſophie.* p. 59. „*Ohne dem Gefühl zu nahe zu treten, meinen wir doch, daſs das wahre Licht dem Menſchen nur dadurch entſtehe, daſs er ſich des Grundes und der wahren Bedeutung ſeiner Begriffe und Ideen zuvörderſt durch einen ernſten Verſtandesgebrauch beſtimmt bewuſst werde. Auch gewinnt er nur dadurch an ihnen ſichere Führer im Leben, nur dadurch erhält ſelbſt das Gefühl erſt die ächte Lauterkeit und Stärke.*" 71 ff. 77. — A myſticismo diſtinguitur *theoſophia* (myſt. *theoreticus*), quae myſticorum commenta artis forma ſive *theoretice* exponere atque defendere conatur. Bretſchneider *Entw. d. dogmat. Begr.* 3. *A.* p. 21 f.

f) Bouterwek *Lehrb. d. philoſ. Wiſſenſch.* I. p. 227 ff.

§. 6.

Continuatio.

Si religionis *obiectum* respexeris, ideam numinis colendi seu numen ipsum, quod homines cultu prosecuti sunt, religio, ratione habita *quantitatis*, est vel *Monotheismus* [vel *verus*, i. e. cultus Dei unius et unici, qui solus totius mundi creator et summus moderator esse putatur, vel *falsus*, i. s. cultus numinis alicuius, aliis numinibus longe potentioris [a])], vel *Polytheismus*, plura numina eaque admodum diversi generis complectens, cuius species est *Dualismus*, qui duo omnium rerum principia statuit sibi invicem adversa [b]); ratione habita *qualitatis*, religio est vel *cultus numinis tanquam mentis perfectissimae*, v. c. religio Christiana recte exposita, vel *cultus numinis cuiusdam ab illa summa perfectione recedentis*, cuius generis sunt variae species *Ololatriae* [c]), *Feticismus* [d]) s. cultus rerum sensu carentium, *cultus animalium* (Rom. 1, 23.), *Sabaeismus* s. Astrolatria, *Anthropolatria* [e]), *Daemonolatria*. Quae diversae religionis formae ad eiusdem ideam (§. 2.) recte informandam iudicari debent.

a) Varie disputatum est, non satis habita ratione discriminis inter Monotheismum *verum* s. purum, quippe qui, non nisi recte informata summi rerum terrestrium concentus ac ordinis ad unam causam referendi notione, ab hominibus cultioribus concipi potuit, et Monotheismum *falsum*: utrum Monotheismus an Polytheismus prior in animis hominum exoriri potuerit; cf. Garve *Anmerkungen zu Ferguson's Moralphilosophie*. L. 1772. Eckermann *Handb. d. Chr. Gl.* I. 90 ff. Homines quidem incultiores ab ista notione ita remoti sunt, ut potius rerum, quae fiunt, causas varias ac multiplices esse statuant ideoque et θεῖον illud, quod fide amplectuntur, varie dividant, singulisque naturis excellentioribus ineffe fumant. Unde fit, ut vel ibi, ubi notio Monotheismi in animis infixa reperitur, homines facile delabantur ad Polytheismi variam speciem. Veruntamen historia docet, apud Aegyptios, Sinenses, Indos, quod quidem a nonnullis in dubium vocatum est (Meiners Hist. doctrinae de vero Deo. Lemg. 1780. Vol. I.

23 ff. 144 ff. al.) et poſt Anaxagoram, qui quod *νοῦν* vocabat i. e. naturam intelligentem perfectiſſimam pro nomine *θεοῦ* tunc temporis graviſſimis ſuperſtitionibus obnoxio, non ſatis quidem definite, ſubſtituit, apud Graecos Monotheismum haud prorſus incognitum fuiſſe. Pleſſing *Memnonium.* L. 1787. II. 311 ff. 400 ff. 529 ff. Imm. Berger *Geſch. d. Religionsphiloſophie, od. Lehren u. Meinungen üb. Gott u. Religion.* B. 1800. Prieſtley *Vergleichung der Geſetze Moſes mit denen d. Hinduer, deutſch v.* Ziegenbein. Braunſchw. 1801. 36 ff. Atque fieri utique potuit, ut mens humana, rebus ſecundis quidem adiuta, ad Monotheismi aliquam ſpeciem potius, quam ad Polytheismum perduceretur. Omnino modus, quo idea numinis a diverſis populis efficta eſt, magnopere pependit a rei publicae forma, quae apud alios populos alia exſtaret. Sic regimen rerum patriarchale, quod apud Israelitas primum obtinuit, facillime ad Monotheismum eos perduxit, niſi hanc numinis eiusque theocratiae notionem ab Aegyptiis repetere malueris. Ceterum non niſi rariſſime Monotheismum exiſtere omni modo purum, vel Iudaeorum docet exemplum, qui Deum tanquam ſibi *ἐγχώριον*, aliarum gentium Diis longe potentiorem (Gen. 35, 1. 2. Ex. 3, 14. 15. 18. 6, 3. 18, 11. Deut. 6, 14. Ioſ. 24, 2. 14 ff. 19 ff. 1 Sam. 7, 3. Pſ. 86, 89. Ieſ. 8, 18. 19. 19, 1.), licet in aliis V. T. locis purior numinis idea emicet, v. c. Gen. 1, 1. 14, 22. Pſ. 96, 5. Zach. 6, 4. 5. Mal. 2, 10. Dan. 4, 31. 32. (Kaiſer *Bibl. Theol.* I. 98.), angelorumque agmine ſtipatum colebant, et ipſorum Chriſtianorum incultiorum, qui partim Tritheismum et cultum hominum ſanctorum prae ſe ferunt, partim Satanam eiusque angelos, tanquam Deo hominibusque infeſtiſſimos, metuunt.

b) *Dualismi* veſtigia non modo apud Iudaeos, maxime inde ab exilii Babylonici temporibus, ſed etiam apud Chriſtianos deprehenduntur. Horn *Göttingiſches Muſeum der Theologie u. Lit.* Bd. I. St. 1. 1804. 129 ff. Tennemann *Geſch. d. Philoſophie.* VII. 159 ff. Stäudlin *Beiträge zur Philoſophie u. Geſch. d. Religion u. Sittenlehre überh., u. d. verſchied. Glaubensarten u. Kirchen insbeſ.* 1795—99. V. Bde. IV. 261. Greiling *Theophanien, od. üb. d. ſymboliſchen Anſchauungen Gottes.* H. 1808. 115 ff.

c) Pfanner Syſt. theol. gentilis purioris. Baſil. 1679. 4. p. 2 ff. Ant. van Dale Diſſ. de orig. ac progreſſu idololatriae —. Amſt. 1696. 4. Meiners Com. de falſarum religionum origine et differentia, in Commentatt. Soc. Gott. Vol. VII. 58 ff. Scriptores reliquos, qui religionum hiſtoriam illuſtraverunt,

optime recenſet Bretſchneider *Syſt. Entwickl. d. dogmat. Begr.* 3. *A.* 33 ff.

d) De Broſſe *du culte des Dieux Fétiches.* 1760. Germ. B. 1785.

e) Kanngieſser *Grundriſs d. Alterthumswiſſenſchaft.* H. 1815. 71 ff. Kaiſer *Bibl. Theologie.* I. 82 ff. Erſch u. Gruber *Encyklopädie.* B. IV. p. 280. *Artikel Anthropolatrie.*

§. 7.

Continuatio.

Quodſi fontem religionis conſideraverimus, ea vel *naturalis* dicitur (quae ſi artis forma et ſubtilitate expoſita fuerit, *philoſophica* nominatur), quam homo, non pendens ab auctoritate quadam externa, rectae rationis uſu cognitionis humanae legibus adſtricto mente ſibi informat (§. 2.), vel *poſitiva*, i. e. ab inſtitutione et doctrina, quae certa auctoritate externa ſancita eſt, profecta. Plurimi enim homines fidem religioſam non propriae mentis uſu et ſuapte ſponte acquirunt, ſed eam ab aliis ſibi traditam accipiunt, ita, ut vel nunquam, vel progreſſo demum rationis cultu, eam diiudicare incipiant. Diverſis autem temporibus exſtiterunt homines ultra vulgarem captum ſapientes, qui ſuas de religione opiniones aliis traderent; atque hoc modo religionis doctrinas et caerimonias ad poſteritatem propagatas videmus. Inde igitur ortae ſunt *poſitivae*, quas dicunt, religiones, quarum auctores magis ſenſu quodam religioſo, quam ſubtiliore quadam meditatione ducti, plerumque non doctores ſolum, ſed etiam legum latores exſtiterunt. Omnis autem *poſitivae* religionis cognitio et per traditionem et per ſcripta ad poſteros propagata eſt, unde et ipſam hanc religionem, quatenus eius notitia hiſtoria duce comparatur, *hiſtoricam*, non ſatis quidem definite, appellant [a]). Praeterea nulla religio, niſi poſitiva, *publicae* religionis nomen poteſt obtinere, propterea quod tantum externa quadam et legitima auctoritate fieri poteſt, ut in

doctrinis et caerimoniis consensus communisque religionis cultus oriatur. Atque eiusmodi cultus, eadem historia teste, plurimum valuit ad religionem ipsam promovendam perficiendamque; nec nisi *positiva* quadam forma religio *naturalis* unquam invaluit. Quemadmodum enim omnis humani generis cultura non nisi communi studio et communi vel experientia vel imitatione perficitur, ita religionis studium non nisi multorum viribus iunctis bene proficit; et quum divina natura a sensibus remota ideoque eius cognitio variis erroribus subiecta sit, et ardor cupiditatum ac libidinum pios motus in animis hominum nascentes saepius vel corrumpat vel plane opprimat atque restinguat, sequitur, ut praeter naturalem ad religionem instinctum doctrina requiratur et instituta quaedam publica, quibus, quippe et originum et symbolorum gravitate commendatis, religio ipsa ad usum transferri sensimque perfici possit. Summa vero religionibus *positivis* accessit auctoritas eo, quod origo earum repetebatur a numinis institutione quadam *supernaturali* sive miraculosa, h. e. manifestas naturae vires superante eiusque cursum consuetum interrumpente, quae *revelatio* proprie dicitur; unde quaevis fere religio *positiva* simul pro *revelata* habita est. Sensu autem strictiore non nisi Iudaica et Christiana revelatae nominantur [b]). Quum scriptores V. et N. T. hanc revelationis notionem nusquam accurate definiverint, et vocabulis: ἀποκάλυψις [c]) (Luc. 2, 32. Rom. 16, 25. 1 Cor. 14, 6. 26.), ἀποκαλύπτειν (Matth. 11, 27. Eph. 3, 3. 5. Gal. 1, 16. Phil. 3, 15.), φανέρωσις (2 Cor. 4, 2.), φανεροῦν (Io. 9, 3. 17, 6. Rom. 1, 19. coll. 2, 12—16. 14, 26.), potius modum significaverint qualemcunque, et naturalem et supernaturalem, quo Deus usus esse putatur ad religionis cognitionem hominibus suppeditandam; distinctio illa revelationis *naturalis* (Ps. 19, 2. Act. 14, 17. 17, 24 ff. Rom. 1, 19. 20. 2, 12—16.), et *supernaturalis* (Gal. 1, 12. 1 Cor. 2, 7—13. 1 Petr. 1, 10—12.

2 Petr. 1, 21.) (*mediatae* et *immediatae*) [d]) inde prodiit. Quo discrimine constituto, revelatio supernaturalis, quod argumentum eius attinet, non dicitur contraria naturali [e]), sed praestantior religione naturali, partim *qualitatis*, partim *quantitatis* habita ratione, et accedere ad naturalem, tum repetendo confirmandoque, tum nova quaedam addendo, quae quidem cum certissimis religionis naturalis elementis, aeque a Deo derivandis, conciliare frustra saepe tentatum est.

a) Ammon Summa Th. Chr. p. 11.

b) Religioni *naturali* vulgo opponitur rel. *revelata*. At rel. revelata non nisi species est religionis *positivae*, cui ad normam discriminis, quod inter *ius positivum* et *ius naturae* constitutum est, religio *naturalis* recte opponitur. Quamquam omnis religio revelata, quatenus pendet ab institutione, quae certa auctoritate externa sancita existimatur, *positiva* s. religio auctoritatis recte appellatur, tamen *arbitrariam*, quippe quae rel. naturalem *cultu arbitrario* auxerit (J. A. Ernesti Vindiciae arbitrii divini in religione constituenda. Opusc. Theol. L. 1773. 187 ff. Cf. Gellius Noct. Att. X. 4., quo l. nomina *naturalia* opponuntur *positis*, quae eadem *arbitraria* appellantur.), eandem non esse dicendam, docuit Morus Commentar. in Theologiae Chr. epitomen. Ed. Hempel. V. I. 30. Cf. Ammon Summa Th. Chr. praefat. p. XIV s. Veruntamen omnis religio *positiva* hucusque cognita praecepta quaedam exhibet et instituta, quae certum numinis *arbitrium*, perperam quidem in Deum translatum, referunt. Hinc usus invaluit, ea religionis Christianae decreta, quae intelligentiae rationisque humanae vim legesque superant, *positiva* stricte sic dicta s. *arbitraria*, vocandi. — In Christianae religionis doctrina pertractanda *positivum* in genere nominamus, quidquid diserto aliquo scripturae s. effato enunciatum atque illius auctoritate confirmatum est.

c) Hieronymus in Comment. ad Galat. 1, 12. „verbum, ait, ἀποκαλύψεως, i. e. revelationis, proprie scripturarum est, a nullo sapientum seculi apud Graecos usurpatum, a LXX autem primo inventum" (cf. Amos 3, 7. Dan. 2, 22.). At deprehenditur etiam apud Porphyrium in vita Plotini c. 16. ἀποκαλύψεις Ζωροάστρου. Cf. formulae dicendi in V. T. ll. obviae גָּלָה אֶת־אֹזֶן 2 Sam. 7, 2 ff. נִגְלָה בְאָזְנֵיהֶם Ies. 22, 14. אָזְנַיִם Ps. 40, 7. חָזָה אֶת־הָאֱלֹהִים Ex. 24, 11. Iob. 19, 26. — Ies. 1, 1. 2, 1. 13, 1. Hab. 1, 1. al.

d) Revelatio ſupernaturalis *mediata* nominata eſt ea, quae interventu cauſarum externarum, praeſertim Angelorum auxilio, ad homines delata fuiſſe dicitur; *immediata* ea, quae nulla interveniente cauſa externa viris ſanctis obtigit. Gerhard Loc. Theoll. II. 18 ſ. Not. Ed. Cotta. Th. Guil. Franc. Walch Breviarium Theol. dogmat. Gott. 1775. 20. Eckermann *Handb. d. Chr. Gl.* I. 609 ff. Alii univerſam revelationem naturalem dixerunt *mediatam*, ſupernaturalem vero *immediatam*. Baumgarten *Evang. Glaubensl.* III. 8 ſ. — Cf. Löffler *Welche Offenbarung Gottes an uns iſt d. unmittelbare, die durch unſere Natur u. d. Welt, oder die durch andere Menſchen u. ihre Schriften?* in Ei. *Magaz. f. Prediger.* VIII. 1. St. 1815. et *Kleine Schriften.* B. II. Weim. 1817. — Ea de religione perſuaſio, quae, reiecta quavis revelatione, religionem naturalem ad ſalutem conſequendam ſufficere, ſtatuit, inde a ſec. XVII. medio *Naturalismus*, rarius *Rationalismus*, poſterius et *Deismus* vocata eſt, ita tamen, ut, confuſe adhibitis et, quemadmodum noſtra aetate fit, in contumeliam verſis his nominibus, non ſolum *Pelagianismus* (*Nat. moralis*), ſed ipſe etiam *Atheismus*, *Materialismus* et *Fatalismus* hoc nomine veniat (§. 10. *a*.). Vid. Ad. Tribechovius Hiſt. Naturalismi, a prima ſua origine ad noſtra usque tempora per ſuas claſſes deducta. Jen. 1700. 4. et quos l. Buddeus in Iſagoge hiſtor. theol. ad theol. univ. L. 1727. p. 1385 ſ. Add. Rechenberg Fundamenta verae rel. L. 1708. 60 ff. 264 ſ.

e) Leibnitz *Discours de la conformité de la foi avec la raiſon*, in: *Eſſais de Théodicée* etc. et Opp. ed. Dutens. T. I. Morus Epitome Theol. Chriſtianae. Ed. 4. p. 9. Eckermann *Handb. d. Chr. Gl.* I. 167 ff. 429 ff.

§. 8.

Origo et utilitas notionis de revelatione ſupernaturali.

Omnes fere gentes, apud quas cultus numinis alicuius publice inſtitutus fuit, eius numinis notionem ab ipſo illo numine repetiiſſe eiusque revelationi tribuiſſe conſtat [a]), id quod partim ex hiſtoriae fontibus, quamvis mythis [b]) traditionibusque ſaepius turbati fuerint, intelligitur, partim ex ipſa animorum humanorum indole ſatis explicari poteſt [c]). Quicunque enim naturae

eiusque virium ac legum ignarus et propriae mentis suae efficacitatis haud bene conscius est, is singulas effectiones et cogitationes extraordinarias, eas potissimum, quae religionem spectantes, e notionibus sensuum ope conceptis haud bene intelliguntur, ad causam quandam supernaturalem solet referre [a]). Atque haec revelationis opinio, cui saepissime adiunctum fuit de certa *theocratia* commentum [c]), multis modis hominibus profuit sive ad res publicas constituendas legibusque vinciendas, sive ad notionem officiorum propagandam; siquidem ratio humana sine institutionis alienae et auctoritatis externae beneficio vix satis excoli posse videtur. Longum enim ac difficile iter est per nostra ipsorum inventa, breve et efficax per aliorum exempla et praecepta. Neque tamen inde sequitur, revelationem proprie sic dictam hominibus prorsus s. *absolute* necessariam esse; etiamsi homines longe plurimos religione quadam auctoritatis s. positiva ad bene vivendum egere concedi potest.

a) Numine quodam divino se actos institutosque ipsi iactaverunt Minos [v. Diod. Sic. Bibl. hist. I. 94. προσποιηθῆναι δέ (φασιν) αὐτῷ (de Mneve, cf. c. 45., legumlatore Aegyptiorum loquitur) τὸν Ἑρμῆν δεδωκέναι τούτους (ἐγγραπτοὺς νόμους), ὡς μεγάλων ἀγαθῶν αἰτίους ἐσομένους· καθάπερ παρ' Ἕλλησι ποιῆσαί φασιν ἐν μὲν τῇ Κρήτῃ Μίνωα, παρὰ δὲ Λακεδαιμονίοις Λυκοῦργον· τὸν μὲν παρὰ Διὸς, τὸν δὲ παρ' Ἀπόλλωνος φήσαντα τούτους ἐλληφέναι. Καὶ παρ' ἑτέροις δὲ πλείοσιν ἔθνεσι παραδέδοται τοῦτο τὸ γένος τῆς ἐπινοίας ὑπάρξαι, καὶ πολλῶν ἀγαθῶν αἴτιον γενέσθαι τοῖς πεισθεῖσι. Παρὰ γὰρ τοῖς Ἀριμασποῖς Ζαθραύστην ἱστοροῦσι τὸν ἀγαθὸν δαίμονα προσποιήσασθαι τοὺς νόμους αὐτῷ διδόναι, παρὰ δὲ τοῖς ὀνομαζομένοις Γέταις, τοῖς ἀπαθανατίζουσι, Ζάμολξιν (G. E. Groddeck de immortalitatis, quam Getis persuasisse dicitur Zamolxis, ratione. Viln. 1818. Ei. Graecorum de Zamolxide fabulae. Ib. 1820.) ὡσαύτως τὴν κοινὴν Ἑστίαν, παρὰ δὲ τοῖς Ἰουδαίοις Μωσῆν τὸν Ἰαὼ ἐπικαλούμενον Θεόν· εἴτε θαυμαστὴν καὶ θείαν ὅλως ἔννοιαν εἶναι κρίναντας τὴν μέλλουσαν ὠφελήσειν ἀνθρώπων πλῆθος, εἴτε καὶ πρὸς τὴν ὑπεροχὴν καὶ δύναμιν τῶν εὑρεῖν λεγομένων τοὺς νόμους ἀποβλέψαντα τὸν ὄχλον, μᾶλλον ὑπακούσεσθαι διαλαβόντας. Strabo l. XVI. cap. 2. V. III. p. 374 f. ed. Tauchnit. Τὸ δὲ πρός-

ταγμα διττόν· ἢ γὰρ παρὰ θεῶν ἢ παρὰ ἀνθρώπων. Καὶ οἵ γε ἀρχαῖοι τὸ παρὰ τῶν θεῶν ἐπρέσβευον μᾶλλον καὶ ἐσέμνυνον. — Καὶ ὁ Μίνως — παρὰ τοῦ Διὸς τὰ προστάγματα λαμβάνων, καὶ παρακομίζων εἰς τοὺς ἀνθρώπους. Τὰ δ' ὅμοια ἐποίει καὶ Λυκοῦργος —. Ταῦτα γὰρ ὅπως ποτὲ ἀληθείας ἔχει, παρά γε τοῖς ἀνθρώποις ἐπεπίστευτο καὶ ἐνενόμιστο· Καὶ διὰ τοῦτο καὶ οἱ μάντεις ἐτιμῶντο, ὥστε καὶ βασιλείας ἀξιοῦσθαι, ὡς τὰ παρὰ τῶν θεῶν ἡμῖν ἐκφέροντες παραγγέλματα καὶ ἐπανορθώματα.], Zoroaſter [v. vita Zoroaſtri, in Zend-Aveſta, ex verſ. germ. Kleukeri. III. 1 ff. J. G. Rhode *Die heil. Sage od. d. Religionsſyſtem d. Baktrer, Meder u. Perſer, od. des Zendvolks.* Frankf. 1820. N. XIII. p. 413 ff. *Von d. Offenbarung Ormuzd. Sittenlehre. Bürgerliche u. gottesdienſtl. Geſetze. Vergleichung d. Geſetze Ormuzd's mit den Geſetzen Jehovah's.* „*Der Vendidad legt alle dieſe Lehren Ormuzd ſelbſt in den Mund, u. in einer ſpäter geſchriebenen Stelle im Izeſchne heiſst es* (Zend-Aveſta. B. I. 129.): *Zoroaſter hat geredet, — wie Ormuzd ſelbſt es ihm gelehrt; ſo red' auch ich, Zoroaſter's Schüler.*"], *Indorum* ſapientes [*Inſtitutes of Hindu law - Calcutta.* 1794. ex verſ. J. C. Hüttner *Hindu Geſetzbuch.* Weim. 1798. F. Schlegel *Ueb. d. Sprache u. Weisheit d. Indier.* 1809. 141. Friedr. Mayer *Brahma, od. die Religion d. Indier als Brahmaismus.* L. 1818. 3., ubi antiquiſſima religio Indica a ſummo numine ipſo, cui *Bramae* nomen inditum eſt, revelata eſſe traditur. Cf. *Hermes.* XXIV. p. 251 ff.], Confucius [*Le Chou-King trad. p.* Gaubil, *revu p.* de Guignes. Par. 1770.], *Sabaeorum* religionis auctores [Cod. Naſaraeus ed. Matth. Norberg. T. I—III. Lond. Goth. 1815. 4. cf. Geſenius *Art. Zabier*, in *Probeheft d. allgem. Encyklop. v.* Erſch u. Gruber. 95—100., et eiusd. cenſura cod. naſar. in *Jen. A. L. Z.* 1817. nr. 48—51.], Muhammedes [cf. Cor. III. p. 48. 68. VII. p. 160. XXXIII. p. 427. ex verſ. Boyſen. M. totus ex fraude et mendacio factus fuiſſe falſo fertur; id quod bene docuit cenſor l. Goethiani *Weſtöſtl. Divan.* I. in *A. L. Z.* 1819. nr. 288.]. — Ammon *Ausſ. Unterr. in d. Chr. Gl.* I. 86 ff. Beck Commentarii hiſt. decr. rel. Chr. 12 ff. (Röhr) *Briefe üb. d. Rationalismus, zur Berichtigung d. ſchwankenden u. zweideutigen Urtheile, die in d. neueſten dogmat. Conſequenzſtreitigkeiten über denſelben gefällt worden ſind.* Aachen (Zeitz). 1813. 45 ff.

b) Quaevis religionis doctrina, ab immediata numinis revelatione repetita, mythis involuta fuit. *Mythus* vero generatim eſt narratio quaedam, ad antiquiſſimam populi aut religionis inſtituti cuiusdam hiſtoriam maxime pertinens, quae vel pror-

ſus ficta eſt, vel veritatem hiſtoricam aut philoſophicam additamentis fictis ac plerumque miraculoſis exornatam exhibet. Imbecillitas hominum rudiorum, qui accuratiore rerum naturae philoſophiaeque cognitione deſtituti fervidioreque imaginandi vi ducti religionis ideas ſine involucris hiſtoricis et ſymbolicis nec ipſi capiunt, nec cum aliis communicare valent, et modus per *traditionem* eas propagandi, mythos iſtos, quibus omnium religionum origines implicatae ſunt, maxime progenuit atque ſuſtentavit; quemadmodum reliqua omnium gentium hiſtoria antiquior mythis referta eſt. (Niebuhr *Römiſche Geſchichte.* B. Th. I. 1812. G. Hermann Primordia hiſtoriae Graecae. L. 1820.) Ad origines horum mythorum exputandas vel eruendas hiſtorica indagatione ſeverius inſtituta, fieri poteſt, ut nonnulla probabilia exſculpantur; in pleriſque tamen vix ultra hariolationes et ſuſpiciones vel opinationes progredi licebit. Clem. Alex. Strom. V. 415. *Πάντες οἱ θεολογήσαντες βάρβαροί τε καὶ Ἕλληνες τὰς μὲν ἀρχὰς τῶν πραγμάτων ἀπεκρύψαντο, τὴν δὲ ἀλήθειαν αἰνίγμασι καὶ συμβόλοις, ἀλληγορίαις τε αὖ, καὶ μεταφοραῖς, καὶ τοιούτοισί τισι τρόποις παραδεδώκασιν.* Heyne Commentat. de Apollodori bibliotheca. T. III. 906. Ei. Sermonis mythici ſ. ſymbolici interpretatio ad cauſas et rationes ductasque inde regulas revocatur, in Comm. Soc. reg. Gott. XVI. claſſ. hiſtor. 285 ff. — Religio Graecorum et Romanorum, quae certo mythorum complexu nititur, per fidem publicam ſancito, *καὶ' ἐξοχὴν Mythologia* dicitur. F. Creuzer *Symbolik u. Mythologie des Alterthums. 2. A. VI Bde.* Darmſt. 1819—23. J. H. Voſs *Antiſymbolik.* Stuttg. 1824.

c) Stäudlin *Dogmatik u. Dogmengeſch.* 84.

d) Socrates apud Plat. Apol. Socr. V. I. ed. Bipont. 69. 77. *Πείσομαι δὲ τῷ θεῷ μᾶλλον ἢ ὑμῖν – ἐμοὶ δὲ τοῦτο προστέτακται ὑπὸ θεοῦ πράττειν, καὶ ἐκ μαντειῶν, καὶ ἐξ ἐνυπνίων, καὶ παντὶ τρόπῳ, ᾧπέρ τίς ποτε καὶ ἄλλη θεία μοῖρα ἀνθρώπῳ καὶ ὁτιοῦν προσέταξε πράττειν.* Antonin. de ſe ipſo. III. §. 6. 10. 14.

e) Omnino apud plurimas gentes incultiores norma reipublicae gubernandae *theocratica* praevaluit; unde qui Deorum loco regnare videbantur, et ipſi Dii nominati ſunt. De Wette *Commentar üb. d. Pſalmen. 2. A.* Heidelb. 1823. ad Pſ. 7, 2. Hinc apud Philonem de vit. Moſ. p. 627. ed. Pariſ. de Moſe dicitur: *ὠνομάσθη ὅλου τοῦ ἔθνους θεὸς καὶ βασιλεύς.* — Heeren *Ideen üb. Politik u. Handel d. alten Völker.* T. I. P. I. p. 20 ff. ed. nov. „*Geſetzgebungen, wenn ſie wirklich geltend gemacht werden ſollen, bedürfen einer höheren Auctorität, die*

ihnen Achtung und Folgſamkeit ſichert. Unter Völkern, bei denen politiſche Verfaſſungen ſich ſchon ausgebildet haben, und ein gewiſſer Grad von philoſophiſcher Cultur verbreitet iſt, können Geſetze ſich ihre Achtung durch ſich ſelbſt verſchaffen, weil die Ueberzeugung den Gehorſam gegen ſie zur Pflicht macht. Aber wie lieſse ſich dieſes bei rohen Völkern erwarten, und welche andere Sanction wäre hier gedenkbar, als die der Religion, indem ſie als Befehle der Götter angeſehen werden? Daher im Alterthum die Erſcheinung, daſs die polit. Geſetzgebungen zugleich den Stempel der religiöſen Geſetzgebungen tragen. — Auf dieſem Wege konnte die Claſſe der Prieſter, wo ſie einen eigenen Stand, oder ſelbſt eine Caſte, bildete, einen ſo groſsen Einfluſs auf die politiſchen Angelegenheiten ſich verſchaffen."

§. 9.

Varia notionem revelationis explicandi tentamina.

Notio illa, quae religioni cuique publicae tanquam fundamentum ſuppoſita atque traditionibus et ſcriptis, quae ad origines et progreſſus eius religionis pertinent, varie amplificata atque exornata fuit, neque apud Graecos Romanosve, neque poſtea a primis Chriſtianae religionis cultoribus uberius examinata et philoſophice tractata eſt. Neque Patres eccleſiae, neque theologi aut philoſophi Scholaſtici, dogmate de inſpiratione quadam ſpiritus divini *continua* inde a rei Chriſtianae primordiis, in eccleſia conſtanter defenſo, revelationis, qua hominum imbecillitati Deum benigne ſuccurrere voluiſſe opinabantur, notionem argumentis philoſophicis illuſtrare et ſtabilire conati ſunt. Emendatores autem ſacrorum, niſi quod Pontificiorum et Fanaticorum commenta de revelatione ſpiritus divini continua impugnarent atque reiicerent (§. 41. *g.*), in hac doctrina nihil novarunt. Poſt longum demum temporis decurſum ſententia ea de revelatione per Iudaicae et Chriſtianae religionis inſtitutum tradita, ſecundum methodum theoreticam ſubtilius expoſita [a]) et noſtra tandem aetate in uſum potius moralem ſeu practi-

cum [b]), quod ex parte quidem philosophiae a Kantio propositae recte tribuitur [c]), conversa est; ita, ut *possibilitas*, *utilitas* et ipsa revelationis *necessitas*, adserto tamen a multis rationis principatu, vario modo demonstraretur [d]). Neque vero defuerunt, qui, gravissimis ducti rationibus, omnem revelationem supernaturalem in dubium vocarent, atque in sola naturali defendenda acquiescerent [e]); aut revelationis in mundi hominumque historia deprehendendae commentum aliquod fingerent [f]). Ab aliis vario successu in eo elaboratum est, ut vel servatis quodammodo veteris disciplinae formis novum sensum supponerent, vel novis additamentis, inprimis sententia de homine Dei divinarumque rerum sibi conscio, veterum placita exornarent [g]). Quum novissimo tempore de duabus his super revelatione opinionibus maxime altercatum sit [h]), de *Supernaturalismo*, quem praeter Christianos plurimos etiam Iudaei, Muhammedani aliique religionis alicuius positivae cultores tuentur, et de *Rationalismo*, cui, varie quidem effecto atque adornato, evangelicae ecclesiae theologi plurimi adstipulantur, iam accuratius exponemus; ita quidem, ut primum universe rem tractemus, deinde de revelatione, cui Christianae religionis doctrina superstructa est, seorsum agamus.

Stäudlin *Ideen zur Kritik d. Systems d. Chr. Rel.* 210 ff. Ei. *Dogm. u. Dogmengesch.* 86 ff. Ammon *Abhandlungen zur Erläuterung seiner wissenschaftl. pract. Theologie.* B. I. St. 1. 2. Gött. 1798. 99. Ritter *Revision d. Urtheile üb. Wunder u. Offenbarung*, in Henke *N. Mag.* I. 206. Bretschneider *Entwickl. aller in d. Dogm. vork. Begriffe.* 3. *A.* L. 1825. 163 ff. Cf. Baumgarten-Crusius *Einleitung in d. Dogmatik.* L. 1820. p. 77 ff.

a) Calov Systema locorum theologicorum. Viteb. 1655. T. I. 268 ff. Quenstedt Theol. didactico-polemica. Ibid. 1701. IV. Voll. f. I. 38 ff. Buddeus Institut. theol. dogmatica. L. 1723. 4. p. 87 ff. 157. In revelatione investiganda ac constituenda discrimen posuerunt inter usum rationis *organicum* s. *instrumentalem* et *normalem*, illum admittentes, hunc repudiantes. Rationem ipsam scilicet *renatam* ac verbo divino

illuminatam, *obiectum informationis*, neque tamen *principium probationis*, *pediſſequam* fidei, neque vero *ducem* eius eſſe decreverunt.

b) Leſſing *Erziehung des Menſchengeſchlechts.* B. 1780. et in ei. *Sämmtl. Werke.* V.

c) (Flügge) *Verſuch einer hiſtor. krit. Darſtellung d. Einfluſſes d. Kant. Philoſophie auf d. Theologie.* I. 262 ff. II. 248 ff.

d) Kant *Religion innerhalb d. Grenzen d. bloſsen Vernunft.* Königsb. 1794. 63 ff. 122. 24. 180 213. 330—36. K. revelationem unquam factam eſſe, methodo *theoretica* recte demonſtrari poſſe negavit, illius cogitationi non niſi uſum aliquem ethicum, ad eccleſiae inſtitutum inaugurandum et ſtabiliendum, vindicans. (Fichte) *Verſuch einer Kritik aller Offenbarung.* Königsb. 2. *Aufl.* 1794. Ammon *von d. Urſprunge u. d. Beſchaffenheit einer unmittelbaren göttlichen Offenb.* Gött. 1797. Fr. Köppen *Verſuch zur Beſtimmung des Verhältniſſes einer Offenb. zu d. Menſchen.* 1797. Niethammer *Verſuch einer Begründung des vernunftmäſsigen Offenbarungsgl. Nach dem Lat.* L. u. Jen. 1798. (Grohmann) *Kritik d. Chriſtl. Offenbarung.* L. 1798. — Nitzſch de revelatione religionis externa eademque publica. L. 1808. Ei. *Ueb. d. Heil d. Welt, deſſen Gründung u. Förderung.* Witt. 1817. C. A. Märtens *Theophanes, od. üb. d. chriſtl. Offenb.* Halb. 1819.

e) (Reimarus) *Unmöglichkeit einer Offenbarung, die alle Menſchen auf eine gegründete Art glauben können*, in Leſſing *Beiträge aus der Wolfenb. Bibliothek.* St. 4. Henke Lineamenta inſtitutionum fidei Chriſtianae. Ed. 2. 1795. 57 ff. *Freimüthige Betrachtung üb. d. dogmatiſchen Lehren v. Wundern u. Offenb.* 1792. — *Ueb. Rel. als Wiſſenſchaft.* Neuſtrelitz 1795. (Grohmann) *Ueb. Offenb. u. Mythologie.* 1799. *Was iſt v. d. Gl. an Wunder überhaupt u. an eine übernatürl. Offenb. insbeſ. zu halten?* in Henke *N. Magazin.* Bd. I. St. 3. Herder *v. Geiſte d. Chriſtenthums.* 311: „*Offenbarung geht durch alle Zeiten, jede Zeit enthüllt und offenbart. Die Zeit Chriſti, eine groſse Offenbarerin, hat ihr Amt verrichtet. Wer eine Wahrheit in helleres Licht ſtellt, der offenbaret.*" Daub Theologumena. Heidelb. 1806. 327.: „Vera generis humani educatio a Deo aeternum inchoatur atque perficitur. — Deus omnibus praeſens et propitius, neminem mortalium negligit, nec unquam aut uſpiam inſtitutione divina genus humanum privatur." (Böhme) De Miraculis ἐγχειρίδιον a Philoſopho Theologis exhibitum. Zwiccaviae 1805. 138 ff. Tennemann *Geſchichte d. Philoſophie.* B. VII. L. 1809. 82 ff. Löffler *Ueb. d. Entbehr-*

behrlichkeit d. Glaubens an eine unmittelb. Offenb., in L. *Magazin f. Prediger.* B. VII. St. 1. 1815. et in ei. *Kleine Schriften* B. II. 1817. *Briefe üb. d. Rationalismus.* 19 ff. — De Wette *Relig. u. Theol.* 2. *A.* B. 1821. Ei. *Dogmatik der ev. Luth. Kirche.* 2. *A.* B. 1821. §. 24 f.

f) Schelling *Philosophie u. Religion.* 1804. 63. Ei. *Vorlesungen üb. d. akad. Studium.* 172 ff.

g) H. Planck *Ueb. Offenb. u. Inspiration.* Gött. 1817. Marheinecke *Die Grundlehren d. christl. Dogmatik.* B. 1819. §. 644. 672. coll. §. 35. 566 ff. — Schleiermacher *Der christl. Glaube nach den Grundsätzen der ev. Kirche im Zusammenh. dargestellt.* II. B. 1822. pag. 178. 193. 497 f.

h) Exeunte sec. XVI et ineunte sec. XVII gravissime altercatum est de usu rationis in religione ac theologia, auctoribus Dan. Hoffmann et Wencesl. Schilling, qua de re v. prae ceteris Schreiter *Unpartheiische Kritik der auffallendsten Behauptungen des Hn.* P. Harms *die Vernunft, d. Gewissen u. ihr Verhältniss zur Offenb. betreffend.* Eisenberg. 1824. p. 60 ff. Defenderunt rationis usum adversus illos theologi Vitebergenses Consilio a. 1619 edito, quod legitur in. sylloge Consilior. Wittenbergensium. P. I. p. 817. Primam controversiis recentioribus occasionem praebuerunt Reinhard (*Geständnisse, seine Predigten und seine Bildung zum Prediger betreffend.* Sulzb. 1810. p. 95 ff.) et quae super dogmatices systemate a v. b. proposito monuimus in *Allg. Lit. Zeit.* 1811. Nr. 20 f.; item Tzschirner (*Briefe, veranlasst durch Reinhard's Geständnisse.* L. 1811. Bf. 5.). Reliqua scripta, quibus in utramque partem hac de re disputatum est, recensuit Schott (*Denkschrift des homilet. Seminariums zu Jena.* 1816. *Erörterung über d. Verhältniss des Supernaturalismus z. Rationalismus.* p. 6 f.). V. prae ceteris *Briefe über d. Rationalismus.* 1815. Steudel *Ueb. d. Haltbarkeit des Glaubens an höhere Offenbarung Gottes.* Tüb. 1814. Cf. *Allg. Lit. Zeit.* 1815. Nr. 101. 2. J. A. H. Tittmann *Ueber Supernaturalismus, Rationalismus und Atheismus.* L. 1816. Cf. *Allg. Lit. Zeit.* 1816. Nr. 238 ff. et Baumgarten-Crusius *Einleit. in d. Dogm.* p. 80 f. Zöllich *Briefe über den Supernaturalismus, ein Gegenstück zu den Briefen üb. d. Rationalismus.* Sondersh. 1821. Cf. *Allg. Lit. Zeit.* 1822. Nr. 83. 84. F. H. Gebhard *Die letzten Gründe d. Rationalismus. In einer Widerlegung d. Briefe des Hn. Zöllich über d. Supernat.* Arnst. 1822. V. Röhr *Krit. Pred. Bibl.* B. IV. H. 1. 1823. p. 46 ff. — E. Sartorius *Unwissenschaftlichkeit*

u. innere Verwandtschaft des Rat. u. Romanismus in den Erkenntnifsprincipien u. Heilslehren des Christenthums. Heidelb. 1825. Cf. *A. L. Z.* 1825. Nr. 105. *Jen. A. L. Z.* 1825. N. 181.

Singularem de *Supernaturalismo* et *Rationalismo* disceptandi materiem ministrarunt Theses ab Harmsio propositae (*Das sind die 95 Theses od. Streitsätze* D. Luther's *theuern Andenkens. Zum besondern Abdruck besorgt, und mit andern 95 Sätzen, als mit einer Uebersetzung von Ao. 1517 in 1817 begleitet von* Claus H., *Archid. zu Kiel.* K. 1817.), quas praeter alios commendavit Ammon (*Bittre Arznei für d. Glaubensschwäche der Zeit.* Drsd. 1817.); impugnaverunt Schleiermacher (*Sendschreiben an Hn. O. D. Ammon üb. s. Prüfung der Harmsischen Sätze.* Berl. 1818.), Boysen (XCV Thesibus Harmsii XCV thesibus oppositis. Tychopoli 1818.), Ch. H. Schütze (*Gespräche im Bücherzimmer üb. die vom P. Harms herausg. 95 Streitsätze.* Kiel. II Hefte. 1818.), Maertens (*Protestation wider den Bannstrahl, welchen H. H. gegen Vernunft und Gewissen schleudert.* Halb. 1818.), Gurlitt (Indice praelectionum in Gymnas. Hamb. habendar. Hamb. 1818.), Ch. God. Schütz, collega coniunctissimus, Thesibus rationi humanae iustam in rerum divinarum cognitione auctoritatem asserendi causa propositis. Hal. 1818. J. C. Schreiter lib. supra l. maxime commendabili. — Alios libellos in utramque partem hac de re scriptos rec. Wilh. Schröter u. Fr. Aug. Klein *Für Christenthum u. Gottesgelahrtheit. Eine Oppositionsschrift.* Jen. 1817—19. Bd. I. II. Fr. Ad. Schrödter *Archiv d. Harms'schen Thesen, oder Charakteristik d. Schriften, welche für u. gegen dieselben erschienen sind.* Altona 1818. Add. *Allg. Lit. Zeit.* 1818. Nr. 98 ff. 143 ff. Schwabe *Bericht üb. d. Harmsischen Thesenstreit*, in Bertholdt *Krit. Journ. d. theol. Lit.* V. XII. 9 ff. Scriptum recentius ab Harmsio editum: *Dafs es mit der Vernunftreligion nichts ist.* Kiel. 1819, refutarunt ipse Ammon I. *An Harms üb. d. Abspannung u. Ueberspannung d. Vernunft in d. Rel.* L. 1819. Krug *Dafs es mit d. Vernunftreligion doch etwas ist.* L. 1819. et K. A. Maertens *Doctor Martin Luther gegen des Archid. Cl. Harms Behauptung, dafs —.* Halb. 1819. *A. L. Z. EB.* 1819. Nr. 133. 34. Nihilo minus H. lib. *Drei Reformationspredigten.* Alton. 1823. p. 52. nuper haec effatus est: „*Ist etwas verfehn von den Vertheidigern des alten Glaubens, so ists geschehn damit, dafs sie — das Christenthum wollten vernunftmäfsig machen, was es doch nicht ist, und nimmer hat seyn sollen, noch werden kann!*"

§. 10.

De Supernaturalismo.

Supernaturalismus ſenſu *objectivo* in univerſum dicitur doctrina de neceſſitate fidem habendi revelationi certae ſupernaturali et immediatae, ſive miraculoſae, ſecluſa ſanae rationis auctoritate; ſenſu ſtricto autem ita vocatur doctrina de neceſſitate fidem habendi eiusmodi revelationi, cuius notitia e ſolis bibliis ſſ. repetitur, ſecluſa rectae rationis auctoritate [a]). Quam revelationem qui defendunt, omnino eam cogitari, fieri, et cum numinis divini virtutibus bene conciliari poſſe (quod *poſſibilitatem* eius dicunt *logicam*, *metaphyſicam* et *moralem*), comprobarunt, argumentis uſi e natura Dei, hominis atque rerum, quae revelantur et modo, quo cognoſcuntur, deſumtis; nec minus *neceſſitatem* eius *abſolutam* e naturae rationisque humanae, per primum primorum hominum peccatum funditus depravatae, debilitate et e religionis naturalis indole manca atque imperfecta evincere ſtuduerunt [b]). Alii, aliis quidem parum accuratius hunc locum tractantibus, diſtinguunt notas revelationis *ſubiectivas* ſeu Κριτήρια, quorum ope aliquis cognoſcat ſibique perſuadeat, revelationem vere ſibi factam eſſe, et notas *obiectivas*, argumenta ſcilicet *externa* et *interna*, quibus aliis, revelationem quandam vere divinam eſſe, demonſtrari poſſit [c]). Ad notas *ſubiectivas* referuntur partim ſenſus quidam internus cum revelatione divina coniunctus, partim facta et eventa extraordinaria, ſingulari modo eam declarantia; ad notas *objectivas*, et argumenta quidem *externa*, miracula et vaticinia, ad argumenta *interna* ipſius doctrinae revelatae indoles. Revelatio ſupernaturalis vocatur *externa*, quae mutationibus extra animum humanum in rerum natura percipiendis tradita perhibetur, e. c. Ex. 19, 16 ſſ.; *interna*, quae mutationibus in ipſo animo effectis contigit, e. c. Act. 10, 10 ſſ. 11, 5. 22, 17. 2 Cor. 12, 2 ſſ.

Omnino revelatio ſupernaturalis ac miraculoſa hominibus pauciſſimis tantum contigiſſe fertur; unde reliquis perſuaſio de veritate eius non niſi e teſtimonio illorum afferri poteſt, quo quidem graviſſimum huius revelationis argumentum continetur. Ceterum religionis doctrinae ſupernaturali modo patefactae *myſteria* ineſſe docent *abſoluta*, eademque *poſitiva*, diſtinguenda a myſteriis dictis *naturalibus*, cuiusmodi religio *naturalis* exhibet, et *dogmatica* et *hiſtorica*, h. e. decreta et facta, quorum naturam et vim mens humana plane capere atque intelligere non valeat [d]); omninoque rationem humanam, ſimul ac religionis revelatae doctrinam, tanquam vocem Dei ipſius, ſimpliciter percepерit, *captivandam eſſe ſub obſequium fidei* [e]), contendunt, id quod et locis nonnullis biblicis, perperam quidem explicatis (1 Cor. 2, 14. 2 Cor. 10, 5. Eph. 2, 8. Col. 2, 8.), confirmari ſibi perſuaſerunt.

a) Aliam *Supernaturalismi* expoſitionem philoſophicam adumbravit De Wette *Bibl. Dogmat.* 2. *A.* 27 ff.; aliam eiusdem notionem defendit Ammon l. *Der rechte Standpunct. Ein Abſchiedswort an die Leſer des Magazins f. chr. Prediger.* L. 1822. p. 15 ff. Cf. Böhme *Die Sache des rationalen Supernaturalismus nach Hn. Obh. D. Ammons „Abſchiedsworte" darüber geprüft und erklärt.* Neuſt. a. d. O. 1823. p. 53 ff.; et ſic alii alias hac de re finitiones propoſuerunt, quae vero tantum abfuerunt, ut lites hac de re motas componerent, ut novam ſubinde, propter ambiguum et ſpinoſum dicendi genus, litigandi materiem ſtruerent. Fatendum quidem eſt, in univerſum, *Supernaturalismum* et *Rationalismum* neque ex logicis neque ex etymologicis regulis recte ſibi opponi. *Supernaturalismo* nimirum, ſi religionis *obiectum* reſpexeris, recte opponitur non niſi *Naturalismus* (ſ. *Materialismus*), ita, ut, qui illum teneat, res creatas earumque ordinem et gubernationem a natura quadam ſublimiore et ſupra naturam rerum, quae in ſenſus cadit, longe evecta i. e. a ſummo numine pendere ſtatuat, hunc autem qui foveat, rerum creatarum originem, ordinem et durationem a ſemet ipſa profectam propriis viribus ſtare ac regi ſumat, numine quodam ſummo haud interveniente. (*Verſ. einer Kritik d. Rel.* B. 1790. 117 ff.) Quae quidem perſuaſio de numine quodam ſummo ſupra rerum naturam evecto, qua *Super-*

naturalismus nititur, quum ad quaestionem de religionis origine dirimendam adhibetur, duplici modo statui potest, sive ita, ut quis notiones quoque ad religionem pertinentes Deo auctore et moderatore per vires rationi humanae insitas eiusque cogitandi leges proprias esse inventas, auctas et cultas iudicet (*Rationalismus*), sive ita, ut quis easdem non nisi immediato et miraculoso omnemque rationis humanae auctoritatem excludente Dei interventu hominibus traditas statuat (*Supernat.* stricte sic dictus). Quibus positis, ipsi-*Rationalistae*, quod ad religionis *obiectum* attinet, pro veris *Supernaturalistis* habendi sunt, neque cum Naturalistis confundendi; et *Rationalismus* et *Supernaturalismus* stricte sic dictus haud inepte ita distingui videntur, ut ille appelletur Supernaturalismus *rationalis*, hic autem Supernaturalismus *teratologicus*. Atque etiamsi, ut fit, *Naturalismus* ita definitus fuerit, ut sit ea de religione persuasio, quae, reiecta quavis revelationis notione, solam aliquam religionem naturalem tuetur, *Rationalistae* tamen a *Naturalistis* eo potissimum recedunt, quod illi divinam aliquam revelationem vere admittunt, adserta quidem rationis facultate hanc revelationem diiudicandi. Bretschneider *Handb. d. Dogmat. 2. A.* I. 46. Verum ne finitiones hac de re receptas rectaque sibi oppositas (Reinhard *Geständnisse, seine Predigten betr.* 95.) denuo conturbemus, in vulgari *supernaturalismi* explicatione theologica subsistendum putavimus. *Supernaturalistae* et *Rationalistae* in eo quidem conveniunt, quod Deum pro causa supernaturali rerum naturae legumque, quibus ea regitur, habent, et quaecunque in rerum natura evenerint, ad Deum providentem, ut causam supremam, vel efficientem, vel permittentem, referunt; inprimis autem verae religionis cognitionem inter homines deprehendendam a Deo tanquam causa suprema ac supernaturali repetunt ideoque *revelationem* divinitus factam statuunt. At differunt in modo huius revelationis definiendo ac iudicando. Namque illi *primum* Deum nonnunquam sublatis istis naturae legibus, s. per *miracula* in rerum natura operatum esse, et eo quidem consilio, ut certam religionis doctrinam eandemque *mysteriis* involutam, cum certis hominibus communicaret; deinde doctrinae, quae modo illo supernaturali patefacta putatur, seclusa rationis auctoritate, ab hominibus fidem habendam esse, contendunt: hi contra *tum* Deum providentem, minime sublatis naturae legibus in rerum natura operatum, nonnullos homines prae ceteris excitasse ad verae religionis praecepta cognoscenda eaque aliis tradenda, docent, *tum* sanae rationi facultatem vindicant religionis doctrinam qualemcunque a revelatione opinata super-

naturali derivatam diiudicandi eiusque argumentum non nisi ad leges cogitandi agendique rationi insitas exactum probandi. Röhr *Krit. Pred. Bibl.* B. VI. H. 2. 1825. p. 323. „*Die Divergenz der supernat. u. rationalistischen Denkart über jenen Punct* (*Annahme eines übernatürlichen Ursprungs der Religion*) *liegt darin, dafs nach der erstern von einem, im philosophischen Sinne des Worts, wunderbaren Ursprunge des Religiösen unter den Menschen die Rede seyn soll, und dafs die letztere darauf besteht, alle Offenbarung, d. h. alle göttliche Belehrung über religiöse Gegenstände, sei dem Menschen dadurch zu Theil geworden, dafs ihm Gott auf providentialem Wege Anlässe und Gelegenheiten zuführte, die religiöse Ausbildung zu erlangen, deren er mittelst seiner Vernunft, als des ihm gegebenen ausschliefslichen Organs für das Uebersinnliche, fähig ist. Wendet man diese Ansicht auf das Christenthum an, so begreift sich leicht, wie der Rationalist den göttlichen (übernatürlichen) Ursprung desselben eben so bestimmt anerkennt, als der Supernaturalist, ohne sich der Einseitigkeit schuldig zu machen, mit welcher dieser nur das eigentlich Wunderbare darin für göttlich hält, und ohne dabei der Vernunft zu nahe zu treten, deren Rechte der Supernaturalist theilweise achtet, und theilweise bestreitet, je nachdem es das Bedürfniss seines Systems mit sich bringt.*"

b) G. Less *Ueb. d. Rel., ihre Gesch., Wahl u. Bestätigung.* 2. *A.* 1786. II Bde. I. 1 ff. C. F. Seiler *Ueb. d. göttlichen Offenbarungen, vornehmlich die, welche Jesus u. d. Apostel empfangen haben.* Erl. 1796. 97. II Bde. Henke *N. Magazin.* II. 391 ff. *Ueb. d. Gründe, welche uns berechtigen, eine Offenb. anzunehmen.* Flatt *Magazin f. christl. Dogmatik.* St. 1. 2. Stäudlin *Dogm. u. Dogmengesch.* 97 ff. Ei. *Ideen z. Kritik d. Syst. d. Chr. Rel.* 193 ff. Bretschneider *Handb. d. Dogm.* I. 108 ff. — Kajetan Weiller *Ideen zur Gesch. d. Entwicklung des religiösen Glaubens.* III Thle. München 1809. p. 12. 14, Hic ex imbecillitate mentis humanae neceſſitatem revelationis alicuius ſupernaturalis demonſtrare denuo conatus eſt. At ſi dubitari nequit, quin homo fortunae calamitatibus ſic deprimi poſſit, ut vix a brutis animalibus differat, exemplo eorum, qui terram ab igne nominatam (terra del fuego) et novam Hollandiam incolunt; tamen ex eo non ſequitur, hominem, quocunque modo ei fortuna faviſſet, ſenſum mentemque humo affixurum fuiſſe, niſi vis quaedam divina ſuopte impulſu aut afflatu ſupernaturali melius eum ſapere docuiſſet.

c) Schott Epitome Theologiae Chr. dogmaticae. Ed. 2. L. 1822. §. 14. — Calov Syſt. loc. th. I. 275. Buddeus Inſtitut.

Theol. dogm. 87 f. Carpov. Theol. dogm. I. p. 19. Bretſchneider l. l. 64. 111 ff. Ei. *Entw. d. dogmat. Begr.* 3. *A.* §§. 31—34.

d) *Μυστήριον* in N. T. ll. ff. dicitur non tam de doctrina quadam, quae intelligentiae noſtrae vim et notionem omnino fugit, quam de ſingulari uno alterove dogmate, adhuc incognito, aut eventis quibusdam, inprimis de conſiliis divinis incognitis olim atque reconditis ob eamque rem intellectu difficilibus, v. Matth. 13, 11. Luc. 8, 10. Rom. 11, 25. 16, 25. 1 Cor. 4, 1. 15, 51. Eph. 1, 9. 3, 3. 4. 9. al. V. etiam Suidas h. v. *Μυστήρια ἐκλήθησαν παρὰ τὸ τοὺς ἀκούοντας μύειν τὸ στόμα καὶ μηδενὶ ταῦτα ἐξηγεῖσθαι;* et Suiceri Theſaur. eccleſ. h. v. Apud Graecos haec vox non niſi de *myſteriis relative* ſic dictis uſurpatur.

e) Gerhard Loci theologici. ed. Cotta. II. 362. VI. 129. ubi discrimen ponitur „inter rationem ſibi relictam et rat. per verbum Dei refraenatam." Quenſtedt Theol. didactico-polem. Vit. 1701. f. I. p. 43 f. „1. Articuli fidei non in ſe ſunt contra rationem, ſed ſolum ſupra rationem; per accidens vero fit, ut ſint etiam contra rat., quando ratio iudicium ſibi de illis ſumit ex ſuis principiis, nec ſequitur lucem verbi, ſed eosdem negat et impugnat; 2. articuli fidei ſunt non ſolum ſupra ſed et contra rationem corruptam et depravatam, quae illos ſtultitiam eſſe iudicat." Cf. Bretſchneider *Handb.* I. 98 ff.

§. 11.

De Rationalismo.

Doctrina illa quum variis prematur difficultatibus, diſciplinarum, inprimis hiſtoricarum, phyſicarum et philoſophicarum progreſſu in dies magis magisque elucentibus, inter theologos et philoſophos recentiores haud pauci exſtiterunt, qui vario modo ab illa recedentes, uſum rationis humanae in rebus divinis cognoſcendis et explicandis non ſolum *formalem*, ſed etiam *materialem*, ut dicitur, admittendum eſſe cenſerent (*Rationalismus* generatim ſic dictus). Prodiit inde *Rationalismus* proprie ſic dictus, ſ. doctrina de neceſſitate religionis ideis, per rectam rationem homini a Deo ma-

nifeſtatis, unice fidem habendi et, ſumma rationi auctoritate vindicata, revelationis cuiusque opinatae ſupernaturalis argumentum, non niſi ad leges cogitandi agendique homini a Deo inſitas exactum probandi. Nititur ea perſuaſio his potiſſimum rationibus, quae partim ex ipſa humanae mentis natura, partim ex ſummi numinis idea recte informanda ducuntur. *Primum* quemadmodum omnia alia animantia iis viribus praedita ſunt, quibus naturae ſuae fines obtinere poſſint, ita ſine dubio, ratione, qua ſola reliqua animantia ſuperant, hominibus conceſſa, facultas data eſt, quae ad ſummos generis humani fines obtinendos, ſcilicet ad officia tuenda et ad religionem colendam ſpectant, intelligendi et obſervandi [a]). *Deinde* homo ſimulatque eo pervenit, ut rationis et officii ſibi conſcius ſit, neceſſe eſt rationem agnoſcat ſupremam cognoſcendi vim (§. 2.), cuius decreta in omnibus vel cogitationibus vel actionibus ſervare debeat. Quicunque autem, ſpreto hoc rationis humanae principatu, revelationis, quae modo ſupernaturali ad certos homines delata dicitur, eam eſſe auctoritatem ſtatuit, ut ei ſine ulla dubitatione coeco quodam inſtinctu parendum ſit, is veram hominis naturam ac dignitatem tollit atque evertit. *Tum* humana mens legibus cogitandi ipſi innatis ſubiecta, quaecunque vel ſenſuum ope perceperit, vel cogitatione ac meditatione repererit, proxime quidem ad cauſam aliquam in mundo ſenſibus obvio vel ad origines in ipſa mente latentes referre cogitur [b]); ideoque ſtultae eſſet arrogantiae, ſi cauſam eventus in rerum natura obſervati aut origines verae religionis inter homines deprehenſae in animae facultatibus reconditas non ſtatim perſpexerit, eas prorſus negare velle et ſupernaturalem ac miraculoſum eventum ſibi fingere, cuius certa quaedam nota demonſtrari omnino nequit [c]). *Praeterea* quum plures religionis doctrinae, quae vulgo *poſitivae* dicuntur, revelationis divinae eiusque ſupernaturalis ac miraculoſae dignitatem ſibi affectaverint,

nisi quis coeco quodam arbitrio alteram alteri praeferre velit, nulla alia est ratio et via eas examinandi, quam ut illarum placita cum iis, quae via naturali rectae rationis de Deo eiusque voluntate ipsi innotuerint, diligenter componat, et ad hanc normam sine omni superstitione exigat [d]). Nam qui hac norma in exploranda religionis, quae supernaturalem se profitetur, veritate uti noluerit, ei verendum esset, ne, si forte daemon aliquis aut homo se Dei legatum profiteretur atque falsa aut mala pro veris et honestis venditare auderet, placita summo numine indignissima tanquam ab ipso revelata sibi obtruderentur. Quot mala facinora, neglecta rationis cultura, obtentu nominis et revelationis numinis inter homines patrata sint, historia gentium abunde docet [e]). *Accedit,* quod omnino nulla revelatio, quae, sicut historia, aliorum testimoniis nititur, tam certam nobis potest persuasionem afferre, quam quae ex ratione proficiscitur, cuius decreta homini sua ipsius conscientia innotescunt. Quo magis autem religio intimae humanae mentis conscientiae insita fuerit atque impressa, eo certius homo beneficam eius vim in diversis vitae humanae vicissitudinibus experietur [f]).

Argumentum *denique* speciosissimum, quo esse revelationem supernaturalem ostendunt, *petitionis principii,* quod vulgo dicitur, vitio premitur. Id enim sumitur ex iis, quae in aliquo libro, qui modo quodam supernaturali confectus esse perhibetur, leguntur. Huic autem ipsi fidem esse adhibendam hoc argumento scilicet persuadere conantur, quod supernaturalem revelationem contineat. Itaque demonstrandum pro demonstrato ponunt. Ac si quis, ut fit, rationis humanae imbecillitatem religionisque naturalis insufficientiam, quam dicunt, e peccato originali, ex lapsu protoplastorum scilicet oriundo, demonstrare velit, is sane in eodem errore versabitur.

Wieland *Ueb. d. Gebrauch d. Vernunft in Glaubenssachen. Sämmtl. W.* B. XXXII. 1 ff. ed. Gruber; cf. quos affert C. H.

Pudor in *Denkſchrift auf d. dritte Jubelfeier der Reformat., als die erſte allgemeine in Weſtpreuſsen.* B. 1818. p. 56—66. (Röhr) *Briefe üb. den Rationalismus.* 1813. Gebhard *Die letzten Gründe des Rationalismus.* Arnſt. 1822. Gurlitt *Rede zur Empfehlung d. Vernunftgebrauchs bei d. Studium d. Theologie.* Hamb. 1822. 4. 2. *A.* 1823. Ch. F. Böhme *Die Sache des rationalen Supernaturalismus nach Hn. Oberhofpr. D. Ammons „Abſchiedsworte" darüber geprüft u. erklärt.* Neuſt. 1823.

a) Non obſtant nonnullorum querelae (v. prae ceteris Ammon *Der rechte Standpunct.* L. 1822. p. 19 ff.), qui rationem humanam ſaepius imbecillam multisque erroribus obnoxiam, adeo ut a ſe ipſa ſaepius diſſentire videatur, fuiſſe commemorant. Nam rationem, quatenus ſuprema eius vis cernatur in *ideis* concipiendis eademque ipſa recte dicatur *idea*, homini a Deo datam eſſe facultatem non excultam, ſed aſſidue excolendam conſtat, eiusque aciem, non niſi adiuvantibus rebus fauſtiſſimis a Dei providentia repetendis, ita curari poſſe, ut ne praeſtringatur erroribus. Quapropter distinguendum eſt inter rationem *in abſtracto* et *in concreto*, uti dicitur, cogitatam. Neque vero dubitari poteſt, quin in rebus graviſſimis, quae ad religionem et honeſtatem tuendam pertinent, itemque in praeceptis artis logicae, omnes philoſophorum ſcholae mirifice inter ſe conveniant; et inter ipſos ſcriptores ſic dictos profanos, quos iniuſte averſantur ac calumniantur tenebrarum patroni, haud paucos eſſe conſtat, qui praeclaras de religione ac virtute ſententias, Ieſu Chriſti decretis et praeceptis haud abſimiles, in medium protulerint. Contra inter eos ipſos, qui eandem revelationem ſequi ſe profeſſi ſunt, magna opinionum diverſitas obtinuit; nec illa revelationis auctoritas impedire potuit, quo minus eius affectae ad ſuperſtitionem erroresque alios non modo ineptos, ſed etiam perniciosos, delaberentur. Quodſi vero Deo placuiſſet, omnes idem prorſus ſentire de rebus divinis, certe ſapientiſſimis praefidiis id effecturus fuiſſet.

Böhme l. ſupra l. p. 65 ff.

b) Eſt quaedam humanae mentis arrogantia, quam falſo modeſtiam interpretantur, quae, ubi in rerum natura aliquid accidit, quod non ſtatim ex cauſis phyſicis et moralibus explicari poſſe videtur, id immediatae, quae leges naturae interrumpat, ſive miraculoſae Dei efficaciae haud cunctanter attribuit. At modeſtum indagatorem decet, ubi talis eventus cauſas naturales et intermedias non ſtatim reperiat, earum declarationem a futuro tempore potius exſpectare, quam continuo prodigia et miracula i. e. eventus ſupernaturali modo effectos, ſomniare,

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-151142297-11/fragment/page=70

id quod, quo rudior et incultior homo fuit, eo frequentius accidit. Nihilo minus mens humana, etsi in rebus sensuum ope percipiendis temporis ac spatii limitibus et *causalitatis* legi necessario adstricta tenetur, tamen religione ducta (§. 3.), quaecunque in rerum natura evenerint, ad Deum providentem, supremam scilicet causam, pie referre valet. Sunt enim quidam eventus in rerum natura, quorum causae, sicut rationes et leges naturae, a quibus pendent, ob mentis imbecillitatem aut experientiam mancam non omnibus ex partibus et plane possunt cognosci, e. c. generationis mysterium. Neque tamen inde concludi potest, causas et leges eas hic omnino locum non habere, et ipsum Deum in mundo sensibili interdum sine causarum intermediarum interventu s. *immediate* et *supernaturali* modo operari. Namque Deus ipse leges cognitionis humanae ita constituit, ut, quaecunque in rerum natura evenerint, ad causas suas et ad leges, in ipsa rerum natura positas, revocari debeant, nec nisi his bene cogitatis, primaria summaque rerum causa, a qua omnia continuata serie pendeant, in Deo sit quaerenda; quippe qui cuncta ita disposuerit, ut ordine ac nexu quodam causali, qui ab humana mente indagari ac comprehendi queat, eveniant. Quae quum ita sint, Dei omnipotentiam legibus naturae ab ipso datis superiorem quidem esse concedendum est, homo tamen innatis ipsi cogitandi legibus subiectus divinam in administranda rerum natura vim et efficaciam, nisi ex nexu causarum et eventuum, sensuum experientia cognito, intelligere non potest. At si quis dixerit (v. censura huius l. in Winer — *N. Krit. Journal d. theol. Lit.* B. II. H. 3. p. 318 ff.), Deum revelando efficaciam suam *immediate* exserere in humanam *rationem*, quippe quae *causalitatis* legi haud obnoxia, sed vis quaedam sit sponte sua libere agens, is haud bene memor est legum, quibus animus humanus adstrictus est, qui nulla alia via ac ratione rerum, etiam divinarum, cognitionem sibi comparare atque omnino excoli potest, nisi singulis animi facultatibus bene excultis, tum *intuitione*, quae dicitur, naturae et institutione, tum meditatione et *abstractione*. Praeterea eiusmodi persuasione commenta mysticorum de commercio quodam inter Deum et homines immediato foventur ac sustentantur. Cf. *Allg. Lit. Zeit.* 1825. Nr. 68. p. 557.

c) Ammon *Bibl. Theologie.* B. II. 2. *A.* p. 342 f. 349 ff. „*Die Wahrnehmung einer Wirkung aus einer übersinnlichen Ursach ist ein Widerspruch.*" Planck *Ueb. d. Haltbarkeit des historischen Beweises für d. Göttlichkeit d. Christenthums.* Gött. 1821. p. 7. „*Kein Mensch kann mit Gewissheit beurtheilen, wo*

die ordnungsmäſsige Wirkſamkeit von Naturkräften aufgehört hat, und die auſserordentliche Cauſalität einer göttlichen Kraft eingetreten iſt, denn dieſs liegt über die Grenzen unſeres Erkenntniſsvermögens hinaus. Kein Menſch kann alſo ſich ſelbſt mit Gewiſsheit ſagen, daſs bei irgend einem Erfolg, ſo unbegreiflich er ihm auch ſeyn mag, ein wahres Wunder ſtattgefunden habe." Schleiermacher *Der Chriſtl. Glaube nach den Grundſ. der ev. Kirche.* B. I. B. 1821. p. 101. „*Einzelne Thatſachen, leibliche oder geiſtige, hängen immer mit andern in Raum und Zeit ſo zuſammen, daſs man niemals nachweiſen kann, daſs ſie nicht, in ihrer Einzelheit betrachtet, aus dem allgemeinen Zuſammenwirken entſtanden wären.*" Praeterea hiſtoria docet, multos eiusmodi eventus, olim ſupernaturales et miraculoſos multis viſos, rerum naturalium ſcientia adaucta et diligentius exculta, a naturalibus cauſis profectos ex iisque poſtea recte explicatos eſſe. Unde merito concluditur, fore, ut omnes eiusmodi eventus ſimili ratione explicari poſſint. Quod vero *ſupra* rationem eſt, aut ita comparatum, ut eius veritas nullo argumento intelligi poſſit, eius cognoſcendi vel ſtatuendi nulla menti humanae conceditur via; adeo, ut quod *ſupra* rationem eſſe exiſtimetur, idem *contra* eam ſive ei contrarium eſſe recte dicatur.

d) Quicunque in diverſas religionis formas animum intendit, neceſſario ducitur ad hanc quaeſtionem, quaenam earum veriſſima ſit, et quibus rationibus eius veritas nitatur. Cui ut reſpondeat, haud alia via eſt, niſi ut inſitam animis noſtris religionis *ideam* evolvat, et quae in ea neceſſaria ſint, clarius intelligat; ita, ſolo quaſi cognito, ex quo omnis religio efflorecſcit, eo deducitur, ut, quae de ſingularum gentium religionibus vel de doctorum placitis hiſtoria narrat, recte diiudicare poſſit.

e) Cf. praeclare dictum Demoſthen. orat. adv. Leptinem ed. Wolf. H. 1789. §. 105. *Εἰ γὰρ ἃ κατὰ μηδένα ἄλλον ἔχουσι τρόπον δεῖξαι δίκαιον ὑμᾶς ἀφελέσθαι, ταῦτ' ἐπὶ τῷ τῶν θεῶν ὀνόματι ποιεῖν ζητήσουσι, πῶς οὐκ ἀσεβέστατον ἔργον καὶ δεινότατον πράξουσι; χρὴ γάρ, ὡς ἔμοιγε δοκεῖ, πάνθ', ὅσα τις πράττει τοὺς θεοὺς ἐπιφημίζων* (deos afferens cauſam, ut culpam ſuam hac ſpecie praetexat), *τοιαῦτα φαίνεσθαι, οἷα μηδ' ἄν, ἐπ' ἀνθρώπου* (humana auctoritate) *πραχθέντα, πονηρὰ φανείη.* Lucret. de nat. rer. I. 63 — 102.

f) Mentis humanae cultura vim quoque eius inſitam promovet bonamque et fortem animi voluntatem excitat: nec fieri poteſt, ut humanitas nobilitetur, niſi rationis lumine colluſtrata

antea fuerit. Qui in luce ambulat, minus offenditur, quam qui in tenebris incedit (Matth. 6, 23.). Contra qui obſcuris et involutis ſenſibus ducitur aut vanas imagines amplectitur, ei verendum eſt, ne a graviſſimis morum et virtutis praeceptis aberret, cuius rei atrociſſima foediſſimaque exempla tulit ipſa aetas noſtra. (§. 5. *e.*) Myſtici homines humanae mentis culturam eo impediunt, quod in maximi momenti quaeſtionibus anfractus et diverticula quaerunt, et obiectiones ſibi factas prorſus differunt et amoliuntur. Göthe *Weſtöſtl. Divan.* I. p. 340. „*Der Myſtiker ſchleicht ſich an Problemen vorbei, oder ſucht ſie weiter zu ſchieben.*"

§. 12.

Continuatio.

Quod vero ad ſummi numinis ideam attinet recte informandam, perſuaſio de *ſupernaturali* et *miraculoſa* eademque *immediata* Dei revelatione haud bene conciliari videtur cum idea Dei aeterni, ſemper ſibi conſtantis, omnipotentis, omniſcii et ſapientiſſimi [a]), a cuius virtute per omnem aeternitatem actuoſa conſiliisque optimis optime accommodata et exiſtentiam et conſervationem ac perpetuitatem totius naturae rerum pendere recte ſtatuimus [b]). Namque *primum* discrimen illud, quod vulgo inter operationes Dei *immediatas* ao *mediatas* ponitur, magis ex humana iudicandi ratione, quam ex re ipſa metiendum eſt. Dei enim operationes quum neque temporis neque loci limitibus circumſcribantur, per ſe non niſi *immediatae* ſunt, ita, ut quae Deus operatur, uno ac primario quaſi ipſius actu contineantur, neque ſingulis temporis ac loci diverſitatibus quaſi repetantur, quamvis mens humana, quippe temporis ac loci terminis in modo cognoſcendi ipſi proprio adſtricta, univerſam et quaſi ſimultaneam Dei actionem uno obtutu non queat comprehendere, ſed ſingulas tantum eius partes, prouti temporis ſucceſſu et ex locorum diverſitate prodeunt, ſecundum *cauſalitatis* legem ipſi innatam conſpiciat ideoque omnia, quae Deus per ſe *immediate* operatur, eum *mediate* operari recte,

h. e. ipsius cognoscendi legibus prorsus convenienter, iudicet [c]). *Deinde* si quid est, quantumcunque demum id est, in rerum natura effectum, quod vires naturae, licet certis limitibus sint circumscriptae, efficere non potuerint, imperfectione quadam per se non necessaria, laborat natura, quae quidem imperfectionem in ipso naturae conditore supponere nos iubet. *Denique* si quis statuere auderet, eventum aliquem forte mirabilem omnino non posse ex legibus naturae explicari, eum oporteret omnium eius legum perfectissima scientia praeditum esse. Quae quum in hominem non cadat, consequitur, ne sic quidem cum sapientia divina miraculosam istam revelationem esse conciliandam. Nam si nemo eiusmodi effectionem certis signis cognoscere potest, ne apta quidem est numini divino patefaciendo, quippe quae hominem in ambiguo relinquat, nec certam unquam ei persuasionem induere possit.

Quae quum ita sint, sola *revelatio naturalis* sive manifestatio Dei per opera naturae recte defendi posse videtur, quam in *universalem* s. communem et *particularem* s. singularem dividere liceat. Et *universalis* quidem naturalibus animi facultatibus aliisque universae rerum naturae praesidiis efficitur, quibus homo ad concipiendam colendamque rerum divinarum notitiam adducitur. *Particularem* vero eandemque *mediatam* [d]), alio quidem sensu, quam veteres (§. 7.), dicimus eam, quae continetur complexu rerum secundum naturam evenientium, quibus, Deo auctore, nonnulli homines prae ceteris excitati sunt ad verae religionis principia cognoscenda eaque, popularium quidem desideriis accommodata, insigni cum successu aliis tradenda. Huiusmodi revelationis nuncius et quasi interpres, quo magis apertis divinae providentiae documentis adiutus et sancto quodam fervore plenus et virtutis pietatisque studio excellens doctrinae vere divinae i. e. per se verae Deoque dignae semina sparserit; eo verius apud alios homines doctoris seu legati divini auctoritate pol-

lebit *e*). Etenim ſicut mens noſtra divinae eſt naturae et indolis, ita non niſi numine adnuente et adiuvante ad verae religionis cognitionem evehitur. Quod vero tales revelationes ſaepius repeti voluit Deus, nihil aliud ſpectaſſe videtur, niſi ut variis temporibus inter homines eſſent, qui ſapientia et pietate ſua reliquos erudirent et emendarent. Atque haec recte dicitur educatio generis humani ad verum Dei cultum mente factisque praeſtandum ſive ad piam animi ſanctimoniam et ſalutem ipſius promovendam inſtituta. Quaecunque vero cum eiusmodi religione revelata coniunctae fuerint narrationes miraculoſae atque *myſteria*, ad origines naturales et cognitionis humanae veram indolem revocari debent.

Quum inter omnes humanae ſcientiae partes cognatio quaedam intercedat, fieri non potuit, quin, mundi *f*), naturae humanae aliarumque rerum cognitione aucta atque exculta, veriores quoque de religione ſententiae in ipſius Chriſtianae eccleſiae ſinu exorirentur atque propagarentur; ita, ut antiquiores de revelatione et coeca fide ſcriptorum quorundam auctoritati adhibenda opiniones hominibus veriore ſcientia imbutis amplius ſatisfacere nequeant. Itaque *Rationalismi* hoc opus eſt, ut rerum divinarum ſcientiam cum diſciplinarum incrementis ſapienter conciliet, recteque diſtincta eſſentia et forma, aeternaque idea ab eius temporario quodam velamento ſeiuncta, revelationis notio eo modo informetur, qui aetatis noſtrae luci reſpondeat, ut denique ipſa illa perfectionis germina, quae in ea latent, ſapienter quidem et ad captum hominum erudiendorum, a religionis doctoribus explicentur. — Ceterum *Supernaturalismi* et *Rationalismi* ſyſtemata iam paucis deſcripta, licet vario modo theologi copulanda vel confundenda iudicaverint *g*), adeo ſibi ſunt oppoſita, ut, dummodo ſibi conſtent, conciliari inter ſe omnino nequeant *h*). Nihilo minus utriusque ſyſtematis fautores in rebus graviſſimis, quae ad veram pie-

tatem fovendam virtutemque tuendam pertinent, quae quidem prae ceteris in institutione populari tradi et ad usum transferri debent, optime inter se conveniunt, ideoque omnis institutionis Christianae summum finem optime assequuntur [i]).

a) Ammon *Bibl. Theol.* II. 350 f. „*Ein Wunder, als Abweichung einer Weltbegebenheit von den Naturgesetzen, ist weder mit der Unwandelbarkeit Gottes, noch mit seiner Allwissenheit, noch mit seiner Allmacht vereinbar.*" Ei. *Ausf. Unterr. in d. Chr. Glaubensl.* I. 193 ff. Eckermann *Handb. d. Chr. Gl.* I. 454 ff.

Sunt, qui dicant, *Rationalistas*, quippe qui, in iudicandis rerum causis effectibus rationem solam sequentes, omnia comprehendere velint i. e. quemcunque effectum ex proxima quadam causa deducere ideoque doctrinae illi de supernaturali ac miraculosa Dei efficacia scholasticae fidem denegent, omnem omnino *fidem* (§. 2.) aspernari. Male vero. Quum enim, dum omnia, quae fiunt, sicuti ceteri homines, ex Deo quasi primo fonte repetant, non solum fidei in universum tribuunt, quod fidei est, sed etiam, re accuratius perpensa, maioris ambitus fidem prae se ferunt, quam *Supernaturalistae* vulgo sic dicti, qui ubique locorum, certe in religionis historia contemplanda, miracula videre sibi videntur. Hi nimirum Deum sumunt res humanas naturali ordine in universum regere, et, ubi hic naturalis ordo voluntati ipsius haud amplius satisfacere possit, miraculis patrandis ipsi quasi opem ac medicinam ferre; illi vero Deum statuunt ab aeterno omnes res continua serie secuturas tam sapienter disposuisse, ut quae v. c. ante plura iam secula evenerint, id quod nunc evenit, praepararent et efficerent, nec opus esset miraculis quibusdam quasi intercalaribus; ergo omnem gubernationis divinae sapientissimae et ima aeque ac summa, maxima aeque ac minima, extrema aeque ac novissima complectentis ambitum agnoscunt, dum isti in singulis tantum effectibus, numen summum prodentibus, hic vel illic singularem Dei omnipotentis efficaciam cernere malunt, eoque hominibus rudioris aevi aequiparandi sunt, qui magis ad summam Dei vim et efficaciam, quam ad sapientiam explorandam promti erant (§. 66.), neque cogitabant, „miraculis multo minus declarari maiestatem naturae divinae, quam ordine naturae, quum in illis vim tantum admiremur (rudem quasi), in hoc vero et vim, quae virtutem rebus etiam abiectis indidit, et sapientiam dispen-

sato-

ſatoris." (Doederlein Inſtitutio theologi Chriſtiani. V. I. p. 615.) Ceterum accuſatio illa, quae *Rationaliſtis* fidem abiudicat, ad contradictionem quaſi quandam in adiecto redit, quum in ipſa ratione humana, quam illi, ſicut in omnibus, ita et in rebus ad religionem pertinentibus, ſequuntur, omnis fides cernatur, quoniam ratione demum fieri poteſt, ut homo ſupra naturalem et ſenſibus obiectum rerum ordinem aliquid ſumat ac ponat (§. 2.). Quare et animantia, quae ratione carent, fidei haud ſunt capacia ac notiones ad religionem pertinentes hominibus tantum, quaſi ſanctiſſimum ipſorum peculium, relinquere debent.

b) Gravis eſt error *Supernaturaliſtarum*, nec niſi ex indignis de Dei natura opinionibus explicandus, quum *Rationaliſtas* ita ſtatuere incuſant, Dei efficaciam ſola mundi creatione contineri, poſt illam vero univerſam rerum naturam quaſi horologii inſtar eſſe, cuius motus et converſiones Deus ipſe nihil agens intueatur, ſumma ſcilicet quiete et otio beatus. E contrario ipſi *Supernaturaliſtae* Deo ſegnem hanc quietem ſummo eius numine indignam tribuunt. Ex eorum enim ſententia Deus, poſtquam inde a creatione vim ſuam miraculis compluribus per totam illam, quae hiſtoria biblica continetur, aetatem exſeruit, ea finita, a miraculis efficiendis prorſus abstinet. *Rationaliſtae* vero non ſolum ortum et exiſtentiam, ſed etiam conſervationem totius rerum naturae Deo per omnem aeternitatem actuoſo, ſive creationi eius continuae, quae dicitur, attribuunt. Nimirum naturae vires haud ſunt infinitae. Ut igitur Deus earum naturam ac multiplicem inter ſe nexum conſtituit plurimisque vinculis colligavit, ita idem neceſſe eſt eas vi ſua conſervet, earumque viciſſitudines temperet ac regat. Quod niſi fieret, omnes diſſolverentur et ad nihilum redigerentur. Ac ſi qui ſunt, qui opinentur, ad iſtam conſervationem omnipotentia tantum opus eſſe, non ſapientia divina, hic ſaltem otioſa, indignum illi in modum divinae naturae virtutes ac proprietates inſolubili vinculo inter ſe copulatas ſegregant et diſſolvunt. Imo ipſa mens divina rerum naturam minimasque eius partes per omnem aeternitatem ſuſtinet ac regit. Et quum totius mundi duratio a ſempiterna Dei efficacia, nec ſpatio nec tempore circumſcripta, pendeat, prorſus ineptum eſt, infinitam illam divinae mentis *ἐνέργειαν* cum hominis artificis arte comparare, cuius machina poſt primam conſtructionem ſuapte vi per aliquod temporis ſpatium motum ſuum conſervat. Nam partes huius machinae earumque virtutes artifex haud procreavit, ſed potius iis iam multo ante artificium ſuum exſtantibus ita utitur, ut novum inde opus

conficiat, artificiosum fortasse, sed tamen iisdem parens naturae legibus, quas mundi conditor esse voluit, et in quibus ipsis indagandis et ad usum transferendis omnis hominum ars cernitur.

Reimarus *Abhandlungen von den vornehmsten Wahrheiten der nat. Rel.* 6. *A.* Hamb. 1791. p. 528 f. 551. Röhr *Krit. Prediger-Biblioth.* B. IV. H. 1. 1823. p. 70 ff.

c) E. F. Hoepfner de discrimine *mediatae* et *immediatae* Dei efficaciae rectius intelligendo. L. 1823. p. 21 f. „Qui *mediatam* Dei efficaciam tuentur, ii recte discernunt inter cognitionem eius *subiectivam* et *obiectivam*. Nec igitur Deum, si *obiective* spectatur, *immediate* in mundum agere negant: sed potius eum omnia, quaecunque tandem fiant, *immediate* perficere affirmant. Negant vero: Deum si *subiective* a nobis spectatur, *immediate* operantem a nobis cognosci s. sentiri posse."

d) Herder *Christl. Schriften. Samml.* IV. p. 100 ff. Stäudlin *Dogmatik u. Dogmengesch.* 3. *A.* 105 ff. Eckermann *Handbl. d. Chr. Gl.* I. 371. Gabler *Journal f. theol. Literatur.* B. II. 1806. p. 407 ff.

e) Löffler *Magazin f. Prediger.* B. VII. St. 1. 26 ff. — Zeno apud Diog. Laert. VII. c. 1. Σοφοὺς θείους εἶναι· ἔχειν γὰρ ἐν ἑαυτοῖς οἱονεὶ θεὸν (ἕφη). Arrian. Differtatt. in Epictet. p. 412. 457. ed. Uptoni. Clemens Alex. Strom. I. ed. Col. 1688. p. 282. Πάντων μὲν γὰρ αἴτιος τῶν καλῶν ὁ θεός· ἀλλὰ τῶν μὲν, κατὰ προηγούμενον, ὡς τῆς τε διαθήκης τῆς παλαιᾶς καὶ τῆς νέας· τῶν δὲ κατ' ἐπακολούθημα, ὡς τῆς φιλοσοφίας. — Zwingli *Sämmtl. Schriften im Auszuge von* Usteri *u.* Vögelin. Zürich. 1819. Bd. I. Abth. 1. p. 281. „*Gott hat sich allen Menschen geoffenbart. — Göttlich ist Alles, was wahr, heilig und untrüglich ist, denn Gott allein ist wahrhaft. Wer also Wahrheit spricht, der redet aus Gott, und wer mit seinem Verstande von den sichtbaren Dingen zur Betrachtung der unsichtbaren Gottheit aufsteigt, der thut etwas Gott und seiner Würdiges und Heilsames und nicht ohne Erleuchtung von Gott. Ich wage also auch das göttlich zu nennen, was von den Heiden entlehnt ist, wofern es nur heilig, religiös und unbestreitbar ist. Denn dieſs muſs von Gott allein herkommen, woher und von wem es auch zunächst an uns gelangen möge.*" De Wette *Religion u. Theologie.* 2. *A.* B. 1821. 72 ff. 93 ff. 232. — „*Idee der Offenbarung, worin wir die Entwickelung des rel. Geistes, besonders in hervorspringenden entscheidenden Mo-*

menten, als göttl. Veranſtaltung anerkennen." — Schleiermacher *Der chriſtl. Glaube.* I. 103.

f) Schott *Voſs u. Stollberg, od. der Kampf des Zeitalters zwiſchen Licht u. Verdunkelung.* Stuttg. 1820. p. 74 ff. „*Die Sonne ſteht ſtill, trotz der unfehlbaren Traditions-Exegeſe.*"

g) Vid. prae ceteris D. H. G. Tzſchirner *Briefe veranlaſst durch Reinhard's Geſtändniſſe.* L. 1811. Br. 5. *Von einem offenbarungsgläubigen Rationalismus.* D. H. A. Schott *Anſichten üb. d. Verhältniſs des Rat. zum Supern.*, in Schott u. Rehkopf *Zeitſchrift für Prediger.* B. II. St. 1. 81 ff. Ammon Summa Theol. Chr. p. 55 ff. ed. 3. Ei. *Der rechte Standpunct.* L. 1822. Cf. (Böhme) *Ueb. die Behauptung eines rationalen Supernaturaliſten, daſs für die Chriſtl. Religionswiſſenſchaft zwar der formale, aber kein materialer Vernunftgebrauch gelte.* Altenb. 1820. (Röhr *Krit. Pred. Bibl.* B. II. 1821. p. 106 ff.) Ei. *Die Sache des rat. Supernaturalismus, nach Hn. Ob. Hofpr. D. Ammons „Abſchiedsworte" darüber geprüft und erklärt.* Neuſt. a. d. O. 1823. — H. Planck *Ueb. Offenbarung u. Inſpiration.* Gött. 1817. C. L. Nitzſch *Ueb. das Heil der Welt.* Witt. 1817. L. A. Kähler *Supernat. u. Rat. in ihrem gemeinſchaftl. Urſprunge, ihrer Zwietracht u. höhern Einheit.* L. 1818. Schirmer *Verſuch einer wiſſenſchaftl. Würdigung des Supernat. u. Rationalismus.* L. 1818. Klein *Grundlinien des Religioſismus.* Jen. 1819. Maertens *Theophanes, od. üb. d. Chriſtl. Offenbarung.* Halberſt. 1819. Ei. *Antwort auf d. Sendſchreiben des Hn. D. Schott.* 1821. Conr. v. Orelli *Ueb. den Kampf des Rat. u. Supernat. nebſt Vorrede v.* D. E. G. Bengel. Tüb. 1825. F. Köſter *Das Chriſtenthum die höchſte Vernunft. Ein Beitrag zur Verſtändigung üb. die neueſten theol. Streitigkeiten.* Kiel. 1825.

h) Röhr *Krit. Pred. Bibl.* B. IV. H. 2. 1823. p. 250 ff.

i) Tzſchirner *Die Verſchiedenheit der dogmatiſchen Syſteme kein Hinderniſs des Zweckes der Kirche;* in *Mag. f. chr. Prediger.* B. I. St. 1. L. 1823. p. 1 ff. Ch. F. Fritzſche *Ueb. die Vereinbarkeit d. Rationalismus mit dem Zwecke der Kirche;* in Winer u. Engelhardt *N. krit. Journ. der theol. Lit.* B. I. H. 4. 1824. p. 385 ff. J. G. Grotefend *Anſichten, Gedanken u. Erfahrungen üb. d. geiſtl. Beredſamkeit.* Hannov. 1824. p. 39 ff. „*Beide Syſteme (das ſup. u. rat.) ſind für die Wirkſamkeit der geiſtl. Beredſamkeit gleich und das eine kann für die wahren Zwecke des Chriſtenthums eben ſo vortheilhaft wirken, wie das andere, wenn die übrigen Bedingungen gleich ſind.*" Röhr *Krit. Pred. Bibl.* B. VI. H. 2. 1825. p. 324. „*Nur blinde Par-*

theisucht mag in Abrede stellen, dass der dieser theol. Denkart (dem Rat.) huldigende Prediger den Wahrheiten des Christenthums, in wie fern sie als gemeingiltige in den heil. Urkunden zweifellos vorliegen, die entschiedenste göttliche Auctorität zugesteht und sie, mit ihrem Ansehen bekleidet, zum Gegenstande seiner Vorträge machen könne, so wie auch, dass er alle wahrhaft geschichtl. Thatsachen des Christenthums mit eben dem festen Glauben, wie der Supernaturalist, umfasst und als Documente des in ihm sichtbaren göttl. Waltens für seinen Zweck zu nutzen im Stande ist. Dem Supernaturalisten darum einen Vortheil über ihn zugestehn, weil jener von manchen neutestamentlichen Dogmen, z. B. von der Auferstehung des Leibes, der sichtbaren Wiederkunft Christi, dem Weltgerichte u. s. w., einen erfolgreichern Gebrauch im Volksunterrichte machen könne (Schott *Die Theorie der Beredsamkeit. 2ter Th.* Jen. 1824. p. 25 ff.), *heisst behaupten, die Schaale gewähre kräftigere Nahrung als der Kern, und die Absicht religiöser Vorträge werde durch Beschäftigung der Phantasie mit den bildlichen Einkleidungen gewisser Wahrheiten besser erreicht, als durch praktische Verarbeitung der Wahrheiten selbst für den Verstand und das Gemüth; nicht zu gedenken, dass jenes Festhalten biblischer Dogmenformen auf der Stufe religiöser Bildung, welche jetzt selbst ein grosser Theil des Volks erreicht hat, dem Ansehn des Christenthums, als einer göttlichen Offenbarung, mehr nachtheilig als förderlich ist.*"

§. 13.

De religione Christiana in universum.

Religionum, quae speciem nomenque positivarum ac revelatarum (§. 7.) prae se ferunt, longe perfectissima, quippe quae sola e religionibus publicis, cultum Dei sanctissimi moribus emendandis s. *perfectione morali* exhibendum commendat (Matth. 5, 48. Io. 4, 23. 24. 1 Petr. 1, 15.) ipsoque ecclesiae instituto (Matth. 16, 18. 28, 18. 19. al.) promovet, unde et ipsa divinae veritatis magistra non sine numine generi humano concessa, sed iure divina possit dici (§§. 12. 44. *b. c.*) [a]), est religio per Iesum Christum et Apostolos tradita, ex *Iudaismo* [b]) nata et Pauli Apostoli potissimum opera ab illo seiuncta (Gal. 2, 16 ff. al. coll. Matth. 9, 14—17.

Io. 4, 23. 24.). Nihilo minus ea, quippe non una eademque forma *positiva* a singulis eius auctoribus et tradita et sancita, ingenio seculi, quo primum innotuit, Iudaicisque opinionum commentis accommodata, et mythis (§. 42.) traditionibusque implicata fuit [c]), omnique tempore a genio seculi variisque eam fingendi conatibus pependit [d]). Unde duae potissimum temporis successu prodierunt Christianae religionis formae sibi oppositae, altera superstitionibus nonnullis e *Paganismo* illatis [e]), et traditionis [f]) atque hierarchiae auctoritate, commento de ecclesiae et pontificis Romani *infallibilitate* maxime nitens, *Catholicismus* [g]); altera, reiectis istis superstitionibus atque commentis, non nisi scripturae s. argumento recte investigando atque ad usum transferendo decreta sua superstruens (§§. 21. 45.), *Protestantismus*. Atque Catholicae quidem ecclesiae constitutionem et doctrinam non solum rectae rationi, sed etiam ipsius Iesu Christi praeceptis aperte repugnare, facile intelligitur. Etenim ius est humanae naturae, cui nunquam potest renuntiari, ut in omnibus rebus, cui fides adhibenda sit, propriam liberamque persuasionem sequi liceat; nec vel singuli homines, vel coetus hominum auctoritatem falli nesciam (*infallibilitatem*) sibi arrogare aut ab aliis postulare possunt, ut ipsorum decreta temere ac sine iudicio sequantur; inprimis si de praeceptis religionis aut morum agatur, arctissime cum vera singulorum salute coniunctis [h]). Deinde vero illa Catholicorum ratio ipsius Christianae religionis praeceptis repugnat et gravissimis et luculentissimis, ideoque omnibus Christianis arrogatae sibi a pontificibus Romanis dominationi ius est intercedere et hanc intercessionem publice protestari. *Protestantismus* autem quum accurata et subtili indagatione librorum s. scripturae nitatur eorumque argumentum ad verum vitae usum transferre cupiat, utrumque autem pro illorum librorum diversa indole, saepius obscura, nisi adhibito rationis artisque usu obtineri nequeat,

iam ab initio reformationis ecclesiae primis eius auctoribus hic rationis usus adeo obversabatur, ut in ipsa sacrorum emendatione Rationalismi germina clarissime deprehendantur *i*), qui tamen non nisi progrediente disciplinarum cultu, plene satis explicari ac definiri poterat.

Religioni Iudaicae, molestis quibusdam caerimoniis et opinionum erroribus cum paganismo propius coniunctae, nec nisi legis imperfectae institutionem cum cultu Dei externo eoque arbitrario *k*) coniunctam exhibenti, Christiana recte exposita praestat partim propter argumentum omnium hominum, cultiorum etiam, desideriis magis adaptatum (Gal. 4, 1 — 7. 2 Cor. 3, 4 — 7.), et institutione legis moralis cultusque Dei interni atque spiritualis (Matth. 5, 17 ff. 7, 21. 12, 50. Luc. 10, 25 ff. Io. 4, 23 ff. 6, 63.) insigne, partim propter ambitum omnes omnino homines edocendos emendandosque complectentem *l*) (Matth. 28, 19. 20. 8, 11. 12. Io. 10, 16. Rom. 1, 13 ff.). Quibus bene intellectis aeterna eius utilitas, quatenus scilicet vere divinas continet doctrinas et symbolicas *m*) earum adumbrationes omnibus omnium temporum hominibus accommodatas, in dubium vocari nequit *n*). (Hebr. 7, 15 ff. 12, 27. 28.)

a) Henke *Magazin.* I. 36 ff. — Ch. Fr. Böhme *Die Religion Jesu Christi, aus ihren Urkunden dargestellt.* H. 1825.

b) (Bauer) *Theologie des A. T.* 1796. De Wette *Bibl. Dogmatik A. u. N. T.* 2. *A.* 1818. Krug *Eusebiologie.* Kgsb. 1819. p. 230 ff.

De religione Patriarcharum ante Mosen parum certi compertum habemus, quum haud dubitandum sit, Geneseos auctores sui temporis religionem cultumque subinde Patriarchis tribuisse; nec vanis iuvamur coniecturis (Lazarus Bendavid *Ueb. d. Religion der Hebräer vor Mose.* 1812. p. 12.), vel falsis traditionibus commentisve (Joseph. Archaeol. I. 8. 2.). Ceterum religio Mosaica, per se imperfectior, suscepto et propagato Monotheismo quodam, temporis successu puriorem doctrinam a prophetis nonnullis adumbratam peperit, e cuius

fonte Christiana religio perfectior prodiit. Gesenius *Commentar über Jesaia.* B. II. L. 1821. p. 2.

Varie disceptatum est de ratione, quae intercedit rel. Iudaicam inter atque religionis Christianae originem. In universum tenendum est, Christianam doctrinam, quamvis propria sua indole longe praestet Iudaicae, partim plurima repetere dogmata atque praecepta, quae eadem apud V. T. scriptores, Philonem et Rabbinos veteres reperiuntur, partim alia multa, quae cum opinionibus Iudaicis coniuncta sunt, afferre, e. c. doctrinam de Iesu Messia solis Iudaeis accommodatam, omnemque religionem Christianam ortum suum ex Iudaica etiam per *typicam* quandam Veteris T. interpretationem (Rom. 5, 14. 1 Cor. 10, 4. al.) prodere. *Typus* in universum denotat personam aut rem v. c. ritum sacrum (*typi personales* et *reales*), quibus in V. T. libris persona, aut actio quaedam futuri Messiae praesignificari putatur. Jo. Dav. Michaelis *Entwurf der typischen Gottesgelahrtheit. 2. A.* Gött. 1763. J. A. Kanne *Christus im A. T. Untersuchungen üb. d. Vorbilder u. messianischen Stellen.* 2 Thle. Nürnb. 1818. — Cf. J. W. Rau *Freimüthige Untersuchungen üb. d. Typologie.* Erlang. 1784. Griesbach Commentatt. II. de imaginibus, quibus auctor ep. ad Hebr. in describenda Messiae provincia usus est. Jen. 1791. 92. 4.

Ständlin *Gesch. d. Sittenlehre Jesu.* I. 417 ff. 491 ff. *Abriss d. Fortschritte d. hebr. Cultur, bis auf das Zeitalter Jesu;* in Henke *Magaz.* III. 506 ff. Fr. Köppen *Darstellung des Wesens d. Philosophie.* p. 200 ff.

c) De religionis Chr. historia atque doctrina per longum temporis intervallum non nisi ore traditis v. Paulus *Theol. exegetisches Conservatorium. 1ste Liefer.* Heidelb. 1822. Nr. VI. *Von einem mündl. Urevangelium.* Gieseler *Hist. krit. Versuch üb. d. Entstehung der schriftl. Evangelien.* L. 1818. 82 ff.

d) De Wette *Ueb. Religion u. Theol. 2. A.* B. 1821. p. 157 ff. Krug *Eusebiologie.* Kgsb. 1819. p. 165 f.

e) Gruber *Ueb. das romantische Epos.* Zu Wieland's *Werken.* Bd. XXIV. p. 198 ff. John James Blunt *Vestiges of ancient manners and customs discoverable in modern Italy and Sicily.* Lond. 1823. Cf. Röhr *Pred. Bibl.* IV. 3. p. 413 ff. — Tzschirner *Der Uebertritt des Hn. v. Haller zur kathol. Kirche beleuchtet.* L. 1821. Ei. *Katholicismus u. Protestantismus.* L. 1822. 2. *A.* 1823.

f) Παράδοσις proprie actus tradendi, metaphorice, omnis institutio, quae fit vel viva voce vel scriptis, doctrina, praece-

ptum, in N. T. libris saepius de iis praeceptis dicitur, quae ore tantum propagata cultum Dei externum ab Iudaeis praestandum spectabant, v. c. Matth. 15, 2 ff. Marc. 7, 3. Gal. 1, 14. *πατρικαὶ παραδόσεις.* Paulus Apostolus 2 Thess. 2, 15. quaevis praecepta et coram et per literas a se tradita *παραδόσεις* vocavit, coll. 1 Cor. 11, 2. Similem vocis *παραδόσεως* usum secuti sunt ecclesiastici scriptores, universam Christianae rel. institutionem sive doctrinam hac voce significantes, ita, ut *ἐκκλησιαστικὴ παράδοσις αἱρέσει* opponeretur; v. Eusebii Hist. eccles. IV. 8. *ἁπλανὴς παράδοσις τοῦ ἀποστολικοῦ κηρύγματος.* Cf. III. 39. Praeiverat Irenaeus, qui (adv. haeres. l. III. c. 3. p. 178. ed. Massuet.) ecclesiam Ephesinam ut *μάρτυρα ἀληθῆ τῆς ἀποστόλων παραδόσεως*, verissimum doctrinae genuinae Apostolorum testem, laudavit. Cyprianus Ep. ad Pomp. p. 215. ed. Oxon. „Si ad divinae traditionis originem revertamur, cessat omnis error humanus. — Ita et nos ad originem dominicam et Evangelicam et Apostolicam traditionem revertamur. — Ea facienda, quae scripta sunt. Deus testatur. — Si ergo aut in Evangelio praecipitur aut in Apostolorum epistolis aut in actibus continetur, observetur divina haec et sancta traditio." Gregor. Nyss. de virginitate. c. 11., quod prius vocaverat *ἀμφοτέρας διαθήκας*, id postea appellat *εὐαγγελικάς τε καὶ ἀποστολικὰς παραδόσεις.* Alia Patrum dicta huc referenda affert Suicer. Thes. eccl. s. v. *παράδοσις.* Neque tamen desunt loca, in quibus *παράδοσις* sicut *traditio* de Christiana doctrina non scripta dicitur v. c. Euseb. contra Marcellum l. I. c. 1. *Πρὸς τοῖς θείοις ἐγγράφοις, τῆς ἀπὸ περάτων γῆς ἕως περάτων καθολικῆς ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ τὰς ἀπὸ τῶν θειῶν γραφῶν μαρτυρίας, ἐξ ἀγράφου πάραδόσεως σφραγιζομένης.* Chrysost. Hom. IV. in 2 Thess. — *δῆλον, ὅτι οὐ πάντα δι' ἐπιστολῆς παρεδίδοσαν, ἀλλὰ πολλὰ καὶ ἀγράφως· ὁμοίως δὲ κἀκεῖνα καὶ ταῦτά ἐστιν ἀξιόπιστα· ὥστε καὶ τὴν παράδοσιν τῆς ἐκκλησίας ἀξιόπιστον ἡγούμεθα· παράδοσίς ἐστι, μηδὲν πλέον ζήτει.* Epiphan. Haer. 61. *Δεῖ δὲ καὶ παραδόσει κεχρῆσθαι· οὐ γὰρ πάντα ἀπὸ τῆς θείας γραφῆς δύναται λαμβάνεσθαι· διὸ τὰ μὲν ἐν γραφαῖς, τὰ δὲ ἐν παραδόσει παρέδωκαν οἱ ἅγιοι ἀπόστολοι.* Prae ceteris traditionem istam commendavit Vincentius Lerinensis Commonitor. l. I. c. 2. „Multum necesse est propter tantos, tam varii erroris anfractus, ut propheticae et apostolicae interpretationis linea *secundum ecclesiastici* et *catholici sensus normam dirigatur.* c. 3. Hoc ita fit, si sequamur universitatem, antiquitatem, consensionem —. c. 38. Divinum canonem, secundum universalis ecclesiae traditiones, et juxta catholici dogmatis regulas interpretantes,

in qua item catholicae apoſtolicaeque ſequantur neceſſe eſt univerſitatem, antiquitatem, conſenſionem."

Traditio, verbum Dei ἄγραφον (παράδοσις), apud Pontificios vocatur complexus placitorum, quae ſcriptis N. T. non conſignata ex ipſius Chriſti ore ab Apoſtolis accepta aut ab ipſis Apoſtolis, ſpiritu ſ. dictante, propoſita et continua ſucceſſione in eccleſia Catholica conſervata fuiſſe dicuntur, et quae pari, quam libros V. et N. T., pietatis affectu et reverentia eccleſia iſta ſuſcipit et veneratur. Concil. Trid. Seſſ. IV. decr. de edit. et uſu ſſ. ll. decr. 1. Chemnitz Examen Concil. Trident. Francof. ad M. 1585. f. p. 60 ff., ubi traditionem iſtam Pontificiorum veram eſſe Pandorae pyxidem demonſtratur, cuius operculo omne genus corruptelarum, abuſuum et ſuperſtitionum in eccleſiam fuerit invectum. Jo. C. Orelli Selecta Patrum eccl. capita ad ἐξηγητικὴν ſacram pertinentia. Partic. I. Turic. 1820. p. 17. „Magnopere cavendum eſt, ne traditionem, quam Pontificii etiam nunc venditant, quaeque noſtra rurſus aetate Stolbergium, Wernerum aliosque variis praeſtigiatorum artibus irretitos et ipſorum quoque ſtultitia transverſum actos, Romanae curiae miſere obnoxios fecit, vocabuli ſimilitudine decepti, cum ea confundamus, quae toties praedicatur ab Irenaeo eiusque aequalibus. Haec enim ſincera iam diu obmutuit; turbavit eam temporum longinquitas et ſuperſtitionum mole paene incredibili obruit ſedula ſacerdotum aſtutia." Marſh *Vergleichende Darſtellung d. prot. engliſchen u. röm. kathol. Kirche. Aus dem Engl. überſ. von* Schreiter. Sulzb. 1821. 302 ff. Weinmann *Darſtell. u. unparth. Kritik der zwiſchen der kath. u. prot. obwaltenden Streitfrage üb. d. Tradition als Quelle rel. Lehren u. Ueberzeugungen.* Hildburgh. 1825. Cf. Marheinecke *Ueb. den wahren Sinn d. Tradit. im Kath. Lehrbegriff*, in *d. Studien.* IV. 2.

g) Cognoſcitur Romano-Catholicorum doctrina, Proteſtantium doctrinae formulis oppoſita, e Canonibus potiſſimum et decretis Concilii Tridentini, Romae a. 1564 primum editis; Profeſſione fidei (perperam dictae) Tridentinae (Mohnike *Urkundliche Geſch. d. ſogen.* Prof. fid. Trid. *u. einiger andern römiſch-kath. Glaubensbekenntniſſe.* Greifsw. 1822.), quae fidei formula a Pio IV. eodem anno promulgata eſt, et Catechismo Romano Pii V. iuſſu primum ed. Lugd. 1567. Accedunt decreta ſ. *bullae* Paparum et ſcripta theologorum, qui eccleſiae ſuae regulam acriter tenuerunt, in quibus ſunt Melchior Canus, Petr. Caniſius, Dionyſius Petavius al. Cf. Chemnitz Examen Concil. Trident. rec. Francof. 1707. f. — Krug

Euſebiologie od. philoſ. Religionslehre. Kgsb. 1819. 259 ff. *Beiträge zur Geſch. der kath. Kirche im XIX. Jahrh., in Beziehung auf d. neueſten Verhältniſſe derſelben gegen die Röm. Curie.* Heidelb. 1818. Paulus *Sophronizon. Ergänzungsheft vom J.* 1822. Tzſchirner *Katholicismus und Proteſtantismus.* L. 1822. 2. *A.* 1823. Aloyſ. Frey *Die Finſterlinge unſerer Zeit.* Quedl. 1822. (Meier v. Knonau) *Geiſtesreligion und Sinnenglaube im 19ten Jahrh.* Winterth. 1822. — *Rom, wie es iſt; die Sitten, Gebräuche, Cerimonien, Religion und Regierung in Rom. Aus d. Franzöſ. des Santo Domingo von *r.* L. 1825.

h) V. Concil. Trid. decretum ſeſſ. IV. ſancitum: „Praeterea ad coercenda petulantia ingenia decernit (ſacroſancta Synodus), ut nemo ſuae prudentiae innixus, in rebus fidei et morum ad aedificationem doctrinae Chr. pertinentium ſ. ſcripturam ad ſuos ſenſus contorquens contra eum ſenſum, quem tenuit et tenet ſancta mater *Eccleſia*, cuius eſt iudicare de ſenſu et interpretatione ſcripturarum ſſ., aut etiam contra unanimem conſenſum Patrum, ipſam ſ. ſ. interpretari audeat, etiamſi huiusmodi interpretationes nullo unquam tempore in lucem edendae forent. Qui contravenerint, per Ordinarios declarentur et poenis a iure ſtatutis puniantur."

i) Omnino plurimi theologi eccleſiae evangelicae Supernaturaliſtae plus minusve ad Rationalismum deflexerunt, ita quidem, ut ſingula Chriſtianae religionis decreta ad humanae mentis literis artibusque excultae praecepta diiudicare vel quodam modo accommodare conarentur, id quod ipſis eccleſiae evangelicae auctoribus accidit, qui in explicandis ac conſtituendis Chr. religionis dogmatibus nonnullis rationis principia, quamvis obſcuro tantum veritatis ſenſu ducti, in auxilium vocaſſe videntur. Krauſe Pr. De Rationalismo eccleſiae noſtrae in doctrina de praedeſtinatione; et Prr. II. Quaeritur, utrum et quantum quove conſilio et ſucceſſu theologi recentiores, qui omnem ſ. ſ. interpretationem ad rationem revocent, a Lutheri mente atque legibus, quas ille ſequendas putavit, defecerint; in ei. Opuſcc. theoll. Regiom. 1818. 177 ff. 199 ff. Lutherum ipſum, quippe qui haec verba notatu digniſſima protulerit (Opp. T. XIX. p. 1940. ed. Walch. in l. *Von den geiſtl. u. Kloſtergelübden*, a. 1522 conſcripto): „*Was nun der Vernunft entgegen iſt, iſt gewiſs, daſs es Gott vielmehr entgegen iſt. Denn wie ſollte es nicht gegen die göttliche Wahrheit ſeyn, was wider Vernunft und menſchliche Wahrheit iſt;*" haud longe abfuiſſe a Rationalismo iſto, licet ſibi ipſe non conſtans poſtea

sententiam contrariam maxime professus sit, fuse docuerunt Krause l. l. 199. et Bretschneider *Luther an unsere Zeit.* Erf. 1817. 190 ff. „*Luther's Rationalismus.*"

De iis, qui dictum illud ac similia iuveni tantum excidisse finxerunt, v. Planck *Gesch. des protest. Lehrbegriffs.* II. p. 99. Friedemann Pr. supra l. de summa Chr. doctrinae atque rationis hum. — consensione. p. 19.

Ab ipso Luthero iam significatum est Rationalismi summum praeceptum, verbis illis memoria dignissimis in Comitiis imperii Wormatiensibus d. 17. April. a. 1521. ab eo pronuntiatis: „*Es sei denn, dass ich mit Zeugnissen der h. Schrift oder mit öffentlichen klaren und hellen Gründen und Ursachen überwunden und überwiesen werde —, so kann und will ich nicht widerrufen, weil weder sicher noch gerathen ist, etwas wider Gewissen zu thun. Hier stehe ich; ich kann nicht anders. Gott helfe mir! Amen.*" De quibus Paulus V. V. in oratione acad. (*Auch zu Heidelberg war D. M. Luther.* Heidelb. 1817.) p. 94. haec monuit: „*Dass hier Luther recht vorsätzlich als biblischer Theolog und doch zugleich als Rationalist sprach, wird noch klarer, da nachher Kurfürst Joachim von Brandenburg ihn fragte:* num dixisset, se non cessurum, nisi convictum scriptura s.? respondit D. Martinus: Etiam, Domine Clementiss., vel *rationibus clarissimis* et *evidentibus.*" Add. ex Opp. T. XIX. p. 1778. a. 1536 dictum: „*Es ist was ganz ausgemachtes, dass die Vernunft unter allen Dingen dieses Lebens das Beste, ja was Göttliches sei. Sie ist eine Sonne und gleichsam ein Gott, der über die Regierung der Dinge in diesem Leben gesetzt ist. Und diese Herrlichkeit hat Gott nach dem Falle Adams der Vernunft nicht genommen, sondern vielmehr bestätigt.*" Idem Epist. ad Conr. Wolf. T. XXI. p. 1103 „*Ermahnet eure Prediger, dass sie das Evangelium säuberlich und mit stiller Art lehren, nicht mit Poltern, Pochen und Stürmen; denn es wird mit der Zeit wohl selbst fallen, was unrecht ist, wenn die Herzen zuvor wohl und recht gelehrt und unterrichtet werden.*"

Imo Lutherus vel eo ipso, quod a Pontificum decretis eorumque imperiosa tyrannide ad sacram s. provocaret, rationi humanae suum ius vindicavit. Ut enim recte quis uti possit libris codice sacro comprehensis, accuratiore linguarum veterum notitia, multa antiquitatis et historiae tum Judaeorum, tum Christianorum scientia, praeterea criticae artis facultate et ingenio philosophia exculto opus est; quae sine multiplici ra-

tionis usu atque cultura locum habere omnino nequeunt. Itaque Lutherus recte potest rationis in rebus divinis cognoscendis examinandisque patronus appellari, quamvis interdum iudicandi temeritati infensus, vehementia quadam animi abreptus, veram rationis dignitatem contemnere imminuereque videretur. Vid. Ch. G. Schütz Theses rationi humanae iustam in rerum divinarum cognitione auctoritatem afferendi causa propositae. H. 1818.

Quae quum ita sint, theologi recentiores, qui ad Lutheri exemplum certissimis clarissimisque rationibus ducti ultra libros symbolicos et usum rationis, quem dicunt *formalem* (§. 10. *a.*) sapere tandem aliquando didicerunt, non nisi suo iure, sicut L., recte uti videntur, neque ideo calumniandi sunt, quod, praeeuntibus Harmsio (§. 9. *h.*) aliisque liberalioris divinarum rerum aestimationis oratoribus, nuper Sartorio placuit in libro sic inscripto: *Die Religion ausserhalb der blossen Vernunft.* Marb. 1822.

k) Fr. Köppen *Philosophie d. Christenthums.* I. p. 191 ff. Huc referri possunt notio numinis primum Abrahamidarum stirpi, postea populo Israelitico ἐγχωρίου (*Nationalgottheit*) et cultus eius externus, ita quidem comparatus, ut huius usus symbolicus nec significatus sit, nec per se intelligi potuerit, inprimis expiationes, et defectus doctrinae de animorum immortalitate. — Garve *Verm. Aufsätze.* 1800. *Das Christenthum als Lehrgebäude u. als Institut betrachtet.* 299 ff.

l) Reinhard *Vers. üb. d. Plan, welchen d. Stifter d. christl. Religion zum Besten d. Menschen entwarf.* 4. *A.* Witt. 1798. G. J. Planck *Geschichte d. Christenthums in d. Periode seiner ersten Einführung in d. Welt durch Jesum u. d. Apostel.* Gött. 1818. I. 7 ff. Contrariam sententiam de Iesu consilio, religionem ac gentem tantum Iudaicam amplexo, proposuit J. K. Häfeli *Nachgel. Schriften, herausgeg. von* D. Stolz. 2 Voll. Winterth. 1814. 15. II. 73 f. Etiamsi concedi debet, Iesum, quippe qui ipse Arabiae fines, teste Matth. 12, 42, τὰ πέρατα τῆς γῆς vocaverit, consilium suum non nisi ad notitiam orbis terrarum, tunc temporis apud Iudaeos pervulgatam accommodasse; tamen eundem, quum notiones de Messia in V. T. ll. propositae regnum quoddam Dei hominumque universale adumbraverint (Ps. 22, 29. 47, 9. 72, 11. 86, 9. Ies. 2, 2 ff. 42, 1. Ier. 4, 2. Hagg. 2, 8. — Tob. 13, 9—18. 14, 5—7. al.), praeter Iudaeos ethnicos quoque populos consilio suo amplexum fuisse, recte statuimus.

m) *Symbolum* philosophice dicimus rem sensuum ope percipiendam, aut veram aut fictam, qua *idea* sive sententia aliqua, maxime quae religionem spectat, adumbratur. Cf. quae de *symbolica* religionis Christianae explicatione commentatus est De Wette *Ueb. Rel. u. Theol.* 157 ff. 198 ff. Quam methodum sequentibus omnino videndum est, ut idea s. sententia universa, quae singulis narrationibus et mythis in s. s. traditis suppositа fuerit, ex aliis eiusdem argumenti eiusdemque auctoris, aut e rei natura et omnis antiquitatis indole bene explorata, eruatur et ad usum transferatur.

n) Wagner *Religion, Wissenschaft, Kunst u. Staat.* Erl. 1819. p. 203. „*Zoroasters Religion ist zugleich Philosophie, der Griechen Religion ist zugleich Kunst, Moses Rel. ist zugleich Staat, Christus Rel. ist blos Seele und Leben, aus welchem alles dies kommen kann.*"

CAPUT II.

DE THEOLOGIA.

§. 14.

Theologiae notio.

Etsi vocabulum illud, quod proprie significat λόγον περὶ θεοῦ sive institutionem de Deo rebusque divinis, sicut vox θεολόγος, apud scriptores profanos et in ecclesia Christiana sensu diverso usurpata est [a]) et nunc quoque ab aliis aliter definitur [b]); tamen plurimi theologi recentiores in eo consentiunt, ut theologia, *obiective* et *generatim* dicatur *doctior* et *subtilior universae religionis doctrinae expositio* [c]), (*Religionswissenschaft, subiective* dicta, *scientia rerum divinarum*). Sensu quodam angustiore *complexus* intelligitur *singularum disciplinarum ad religionis Christianae doctrinam subtiliter exponendam maxime necessariarum.* Omnino differre dicitur theologia a religione, licet utrique unum idemque sit *obiectum*, ipsis cognoscendi fontibus, consilio, argumento, forma et aetate [d]); ex quo efficitur, Christianam religionem pariter atque ecclesiam per se ean-

dem esse et manere posse, etiamsi diversae in iis exstiterint theologiae formae s. species.

a) *Theologi* nomen, quod quidem in scriptura s. non legitur, apud gentiles tribuebatur iis potissimum, qui de Diis eorumque natura et historia, omninoque de rebus divinis v. c. de oraculis, ritibus sacris, docte et subtiliter disputaverant et scripserant. Cic. Nat. deor. III. 21. Primus hoc nomine ornatus reperitur Pherecydes Syrius (v. Sturz. ad Pherecyd. fragm. p. 30 ff.), qui, teste Josepho contr. Apion. I. 2., librum composuit *θεολογίας* nomine inscriptum, „*περὶ τῶν οὐρανίων καὶ θείων φιλοσοφήσας.*" Et Homerus atque Hesiodus, *θεογονίας* auctores, *θεολόγοι* vocati sunt (Herodot. I. c. 53.) et Epimenides, (Sext. Empir. adv. Math. IX. c. 29.). — Varro apud August. de civ. Dei. VI. 5. triplex theologiae genus commemorat, theol. *mythicam* i. e. notitiam fabularum poeticarum de Diis, *civilem* s. notitiam cultus publici Deorum, et *physicam* i. e. cognitionem decretorum philosophorum de natura Deor. Add. Euseb. Praeparat. ev. IV. 130. Veteris ecclesiae doctores non modo quemvis rerum divinarum peritum, v. c. scriptores V. et N T., sed *κατ' ἐξοχὴν* defensores divinae Christi (*τοῦ λόγου*) naturae ita appellabant, praesertim Ioannem apostolum in ipsa Apocalypseos inscriptione et Gregorium Nazianzenum, qui adversus Arianos *τοῦ λόγου θειότητα* propugnavit. Vocabulum theologia a scriptoribus ecclesiasticis olim dici solebat sensu latiore de doctrina ad Deum eiusque cultum spectante (Augustin. de civ. Dei. VIII. 1. „Theologia est aut sermo Dei, aut de divinitate sermo et ratio." Theodoret Quaest. in Genes. 9.), interdum de universa religionis institutione theoretica, sensu strictiore vero de trinitatis subtili quadam expositione (Athanas. or. II. c. Arian. Opp. T. I. 333), et de summa decretorum ad naturam Iesu Christi divinam pertinentium, cui opposita erat *οἰκονομία* (Eph. 1, 10.), doctrina de incarnatione filii Dei eiusque natura humana. Euseb. hist. eccl. I. 1. Theodoret. Dial. II. c. 9. *τὴν ἐνανθρώπησιν τοῦ θεοῦ λόγου καλοῦμεν οἰκονομίαν.* Suiceri Thesaur. eccles. s. h. v.

Ex quo tempore autem Petr. Abaelardus sec. XII. breviarium ab ipso editum inscripserat: *Theologia Christiana*, usus loquendi invaluit supra definitus. V. prae ceteris Gerhard Loc. theoll. II. 13. „Theologia, *systematice* et *abstractive* considerata, est *doctrina ex verbo Dei exstructa*, qua homines in fide vera et vita pia erudiuntur ad vitam aeternam." Eandem theol. definitionem affert Quenstedt Theol. dida-

ctico-polem. I. 11. — Buddeus Inſtitutt. Th. Dogm. 50. „Theologia eſt *ſcientia rerum divinarum*, homini peccatori ad ſalutem conſequendam cognitu neceſſariarum, prout ex ſcriptura ſ. nobis conſtant, cum facultate eas iterum alios docendi, confirmandi atque defendendi coniuncta." Doederlein Inſtit. Theologi Chriſt. I. Ed. 6. 1797. 227. „Continet (theol. *obiective* ſpectata) omnem eruditionis apparatum, qui ad placita ſ. codicis eruenda ac ad alias formulas traditione et conſuetudine invectas expendendas ac aeſtimandas requiritur, ac ſimul philoſophiam circa religionis capita, licet non mere ſit illa philoſophia." Morus Epitome Theol. Chr. 11. „Theol. eſt *ſubtilior religionis expoſitio*, comprehenſo ſimul omni eruditionis apparatu, quem ſubtilitas illa poſtulat," Reinhard *Dogmatik.* 20. „Th. eſt corpus placitorum religionis Chriſtianae, erudite ac ſubtiliter expoſitum, et in artis formam redactum."

b) Cf. Ammon Summa Theol. Chr. 5 f. „Theologia *obiective* ſumta eſt doctrina de Deo relato ad mundum et ad homines in ſpecie; *ſubiective* cogitata, cognitio huius doctrinae." Simili ratione theologiam definiunt Daub Theologum. p. 15. Clodius *Grundriſs d. allgem. Religionslehre.* L. 1808. p. 16. — Quatenus theologia ſit *habitus*, utrum h. infuſus, an acquiſitus, theoreticus an practicus — olim et recentius quaeſitum. V. Muſaeus Introductio in theol. Jen. 1678. 4. p. 26. Franke *Theol. Encyklopädie.* Alton. 1819. p. 20 f.

c) *Docte* religio Chriſtiana exponitur, quando ex ipſo librorum ſſ. fonte originali, hiſtoria illius altius indagata, repetitur; *ſubtiliter* ab iis, qui tum decreta eius, tum praecepta apto quodam ordine accurate explicant et demonſtrant, eaque adhibita criſi philoſophica illuſtrant.

d) Reinhard *Dogmatik.* 20 ff. Roſenmüller de origine theologiae chriſt. L. 1786. C. C. Tittmann de discrimine theologiae et religionis, in Opuſcc. theoll. L. 1803. Bretſchneider *Handb. d. Dogm. 2. A.* I. p. 9. — De discrimine inter religionis inſtitutionem ſubtiliorem et popularem, quod in vetere eccleſia iam obtinuit, vid. Clem. Al. Strom. VII. ed. Pariſ. et Col. p. 732. *Ἡ πίστις σύντομός ἐστι τῶν κατεπειγόντων γνῶσις· ἡ γνῶσις δὲ, ἀπόδειξις τῶν διὰ πίστεως παρειλημμένων ἰσχυρὰ καὶ βέβαιος, διὰ τῆς κυριακῆς διδασκαλίας ἐποικοδομουμένη τῇ πίστει, εἰς τὸ ἀμετάπτωτον καὶ μετ' ἐπιστήμης καὶ κατάληπτον παραπέμπουσα.* Repetita eſt *ἡ γνῶσις* a peculiari inſtitutione Ieſu Chr. (Euſeb. H. E. II. 1.), diſſentientibus aliis (Iren. III. 27.), neque ea omnibus communis fuiſſe

perhibetur (Origen. c. Celſ. I. 7.). Hinc de *disciplina arcani* in eccleſia Chr. quaeſitum eſt, ab eccleſiae catholicae ſcriptoribus potiſſimum, qui eius dogmata et caerimonias ex ultima antiquitate repetere conati ſunt, fruſtra quidem. V. prae ceteris Emanuel a Schelſtrate Diſſ. apologet. de diſcipl. arcani. Rom. 1685. 4.; et quae in contrariam partem commentatus eſt G. E. Tenzel in Exercitatt. ſelect. L. 1692. 4. V. II. De diſcipl. arc. Schröckh *Kirchengeſch.* IV. 372 ff. Omnino fieri non poteſt, quin in religionis doctrina tractanda atque explicanda diverſus ſingula capita eius exponendi modus locum habeat, alter doctiorum ingenio, alter vero populari intelligentiae accommodatus; unde discrimen prodiit inter disciplinam quandam *eſotericam* et *exotericam*, a Pythagora primum ſervatum (Diog. Laert. VIII. 14. 46.), neque a ſapiente doctore plane negligendum (Matth. 4, 11—16.). Cf. Niemeyer *Popul. u. prakt. Theologie.* 6. *A.* H. 1823. p. 7. „*Ein Gegenſtand der Speculation und eines gelehrten Wiſſens kann die Rel. nur für einen — verhältniſsmäſsig zu der Menge — ſehr kleinen Theil der Menſchen ſeyn; theils wegen der Unmündigkeit ihres Verſtandes, theils wegen der durch ihre ganze Lage und ihren Beruf beſtimmten ganz anderen Richtung ihres Geiſtes. Sie geht in dieſer Hinſicht nur den Schrift- oder Gottesgelehrten an.*" Ammon *Magazin.* Bd. V. St. 1. p. 9 ff. *Ueb. d. Unterſchied d. Kirchen- u. Religionslehre.*

§. 15.

Theologiae nexus cum philoſophia.

Arctiſſimo cum vera philoſophia vinculo theologia, ſi vel formam vel materiem eius reſpexeris, coniuncta cernitur [a]). Non ſolum enim philoſophia recte cogitare iuſtasque rerum notiones informare nos docet, verum etiam ideas ipſas ad religionem ſpectantes disciplina ſua ipſius Chriſtianae religionis doctrina puriore adiuta, adumbrat easque diiudicat, ita, ut, annuente ipſa ſcriptura ſ. 1 Cor. 10, 15. Eph. 5, 10. Phil. 1, 10. 1 Theſſ. 5, 21. Io. 6, 63. 1 Io. 4, 1., nulla religionis alicuius poſitivae doctrina homini cultiori poſſit probari, niſi ad ſanae rationis, ſenſu veri atque honeſti recte imbutae, praecepta et theoretica et practica, tanquam ad lapidem Lydium, prius exacta fuerit.

Dis-

Distinguunt *philosophicam religionis doctrinam* s. *theologiam rationalem* (§. 19.) *(philosophische Religionswissenschaft, Religionsphilosophie)*, quae religionis naturalis (§. 7.) fundamenta docte atque subtiliter illustrat [b]), et *philosophiam de religione certa positiva*, quae philosophia duce religionis cuiusdam positivae argumentum illustrat et constituit [c]). Philosophiae historia docet: partim philosophos omnium temporum fere omnes religionem tuitos esse eosque haud raro in eo elaborasse, ut placita sua cum publica religionis doctrina conciliarent, partim theologos a philosophia subinde systemati theologiae exstruendo fundamenta petiisse; quo factum est, ut philosophiae conversiones maximam semper vim exseruerint in theologiae formam ipsumque eius argumentum [d]). Quo magis autem nostris temporibus progressu doctrinarum omnium *fides auctoritatis* qualiscunque concussa est, et fundamenta, quibus theologia olim superstrui solebat, labefactata sunt; eo gravius sanae philosophiae, qua theologia recentior ut fundamento nititur solidissimo, studium theologiae cultoribus commendari debet. Cavendum tamen est, ne genus quoddam philosophandi spinosum, religionis et virtutis ideas omnino pervertens, pro vera philosophia amplectamur. Nam certissimum est, in omni philosophia nisi doctrinae morum, claris quidem ac perspicuis notionibus adstrictae, principatus tribuatur, fieri non posse, quin materiae sive corporum sive animarum iusto maior dignitas assignetur, unde fit, ut error *Materialismi* consequatur, varia quidem specie indutus, sed omnino vel scientiae vel vitae recte gerendae adversus.

Tantum vero abest, ut philosophia religioni, quae animum ad veram Dei agnitionem erigit, repugnet, ut haec ab illa, quae sint vera fidei religiosae fundamenta, explicari sibi cupiat. Imo, quod est culturae humani generis sensim progredienti consentaneum, religio a cupiditatum illecebris et inhonesto utilitatis studio se-

iuncta, Deo quidem auctore, non nisi ipsorum hominum viribus libertate sua et ratione utentium comparari, nec nisi in eo, qui liberaliore doctrina fuerit eruditus, esse potest. At si qui eam ipsam, quae externa quadam auctoritate nititur, religionis doctrinam amplexi fuerint, hi iisdem vitiis et erroribus laborabunt, qui, ubi vel ratio, vel morum honestas parum exculta fuerit, in hominibus dominantur [e]).

a) Stäudlin *Dogm. u. Dogmengesch.* 3 ff. — Quo magis diversa hac de re iudicia in medium prolata sunt et etiamnum feruntur, eo accuratius ratio, quae intercedit philosophiam inter et theologiam, constitui debet. Clem. Alex. philosophiae usum commendat Strom. (I. 16. 366. 20. 375 ff. IV. 8. 592. ed. Potter.) I. 288. ed. Paris. et Col. *Φιλοσοφίαν δέ, οὐ τὴν στωϊκὴν λέγω, οὐδὲ τὴν πλατωνικὴν ἢ τὴν ἐπικούρειόν τε καὶ ἀριστοτελικήν· ἀλλ' ὅσα εἴρηται περὶ ἑκάστη τῶν αἱρέσεων τούτων καλῶς, δικαιοσύνην μετὰ εὐσεβοῦς ἐπιστήμης ἐκδιδάσκοντα, τοῦτο σύμπαν τε ἐκλεκτικὸν φιλοσοφίαν φημί.* Ipse Augustinus, quamvis inique aliis locis de ratione humana iudicaverit, Philosophos Platonicos, „paucis mutatis verbis et sententiis, ait, Christianos fieri posse." De vera rel. c. 5. et ib. 8. „Sic enim creditur et docetur, quod est humanae salutis caput, non aliam esse philosophiam i. e. sapientiae studium et aliam religionem." Lutherus in ep. ad Mel. a. 1521 scr. Opp. T. I. epp. 360. „Vehementer et toto coelo errare, ait, censeo, qui philosophiam et naturae cognitionem inutilem putant." Iam eo perventum est, ut Baconis Verulamii in libro eximio de augmentis scientiarum (l. l. 5.) prolata vox egregia: „leviores haustus in philosophia a Deo avocare, pleniores ad Deum reducere," omnibus vere philosophis probata, et sententia ista ab Ambrosio (de Abrahamo l. II. c. 10.) primum proposita de philosophia, theologiae ancilla (Quenstedt Th. did. polem. I. 39.), iamdudum explosa sit. Philosophiam quidem dicimus, „non formulariam illam, quae argutias venatur, et garrulitate magis quam disputandi subtilitate insignis est, neque scholasticam aut mysticam, ludentem imperitos obscuritate et mysteriis verborum, quae etiam scholas theologiae academicas invasit, sed veram et sobriam, veri indagatricem, cui uni, ut Strabo ait, causarum convenit cognitio, et propria haec virtus est, ut mentem claris, perspicuis, enucleatis assuefaciat notionibus." Eichstädt Or. de accurata doctrina Principum favore ornata firmissimo dignitatis professoriae prae-

fidio. Jan. 1822. 4. p. 14. — F. H. Jacobi *v. d. göttl. Dingen u. ihrer Offenbarung.* L. 1811. p. 55.

b) V. §. 18. a.

c) Bretſchneider *Entwickl. d. dogm. Begr.* 2. *A.* 43 ff. — Kant *Religion innerhalb d. Grenzen d. bloſsen Vernunft.* 2. *A.* 1794. Fr. Köppen *Philoſophie d. Chriſtenthums.* II Thle. L. 1813. 15. De Wette *Ueb. Rel. u. Theologie.* B. 1815. 2. *A.* 1821.

d) Mosheim Diſſ. ad hiſt. eccleſ. pertinentt. Vol. I. 86. De turbata per recentiores Platonicos eccleſia. Löffler *Ueb. den Platonismus d. Kirchenväter, aus d. Franz. d.* Souverain. 2. *A.* 1792. Tennemann *Geſchichte d. Philoſophie.* B. VII. „*Philoſophie im Dienſte d. Kirche.*" B. VIII. „*Coalition d. Philoſ. u. Theol. oder Scholaſtiſche Philoſophie.*" Cramer *Von d. Schickſalen d. Rel. vom 9ten Jahrh. bis zur Kirchenverb. Fortſ. d.* Boſſuet. V. I. 508 ff. J. G. Canz Philoſophiae Wolf. et Leibnit. uſus in theologia. 1749. (Flügge) *Hiſt. krit. Darſtellung d. bisher. Einfluſſes d. Kant. Philoſophie auf d. Theol.* Hann. 1796—98. II Voll.

e) Gerlach *Religionsphiloſophie.* 92. Cf. Cic. Tuſc. V. 2. „O vitae philoſophia dux! o virtutis indagatrix expultrixque vitiorum! quid non modo nos, ſed omnino vita hominum ſine te eſſe potuiſſet?" cet.

Cf. quae contra ſententiam ſupra expoſitam disputavit Schleiermacher V. V. in I. *Der chriſtl. Glaube nach den Grundſ. d. ev. Kirche.* B. I. p. 11. „*Wenn die Weltweisheit, die doch eigentlich, nämlich die neuere, ſich allmählig aus dem Chriſtenthum entwickelt hat, ſich von der chriſtl. Theologie hat frei zu machen gewuſst: ſo muſs auch die chriſtl. Theologie ſuchen von der Weltw. immer mehr frei zu werden, und beſonders ſich von der Gemeinſchaft mit demjenigen Theile derſelben, den man die natürliche Theologie zu nennen pflegt, frei zu machen. Denn dieſe Gemeinſchaft unterhält noch immer zum gröſsten Nachtheil jene Verwirrung, daſs theol. Sätze für philoſophiſche und umgekehrt können gehalten werden.*" Quorum tamen ipſe parum memor V. Cl. theologiae ſymbolicae et eccleſiaſticae decreta philoſophiae artisque dialecticae ope illuſtrare atque cum rationis iudicio conciliare ſtuduit, haud ſatis ſeiunctis atque diſtinctis eccleſiae rationisque decretis (§. 16.).

§. 16.

Praestantia theologiae.

Theologiae cum vera philosophia coniunctae haud iniuria nobilis inter disciplinas humanas locus vindicatur, *primum* propter *dignitatem*, quia summis mentem humanam imbuit ideis [a]); *tum* propter *ambitum*, siquidem universum rerum ordinem terrestrem aeque ac coelestem amplectitur suaque luce collustrat; *deinde* propter *utilitatem*, quia ad intimam veri honestique cognitionem, ad veram pietatem et ad bene beateque vivendum homines evehere valet; *denique* propter ipsam *iucunditatem*, qua animum ad altiora illa atque coelestia emergentem perfundit solatiumque praebet vel miserrima sorte oppressis, ideoque sane dignissima, ad quam recte cognoscendam ad usumque transferendam summo et indefesso studio enitamur.

Spalding *Die Religion, eine Angelegenheit d. Menschen.* 2. *A.* L. 1788. 116 ff. Ammon Summa Th. Chr. 7.

a) Seneca Nat. quaest. l. l. praef. „O quam contemta res est homo, nisi supra humana surrexerit, dignus, qui in consortium Dei veniat.

§. 17.

Difficultates studii theologici.

Omnino vero theologiae studium multis gravibusque premitur salebris. Ratione enim *subiecti* habita, requiritur ingenium foecundum et sagax, diligentiae pertinacia meditandique perseverantia, et multiplex eruditio insigneque iudicium, librorum sacrorum sensui, qui interdum ambiguus et obscurus est, indagando atque diiudicando haud impar, nec minus mens pura religionis ac virtutis studiosissima (2 Tim. 3, 17. Io. 3, 21. 8, 47.) [a]). Respectu habito ad *obiecti* sublimitatem numinisque naturam perfectissimam mere

ſpiritualem (Io. 4, 24.), videndum eſt, ne animus vanis deceptus imaginibus in ſuperſtitionem et *Anthropomorphismi* et *Anthropopathiae* [b]) errores delabatur, nec formulas inanes ſophiſticas aut myſticas pro vera religionis doctrina ad vitae ſanctioris ſtudium alendum animumque tranquillandum proficiente, amplectatur, nec meditationis abuſu in dubitandi libidinem inanem vagamque abducatur incredulitatem, aut temere proferendo, quaecunque ipſe meditando aſſecutus fuerit, imbecilliores offendat.

Ammon *Ausf. Unterr. in der Chr. Glaubensl.* 59 ff. Add. Erasmus Ratio verae theologiae, in Opp. T. V. 75 ff. Ed. Lugdun.

a) Auguſtinus de vera religione. c. 5. „Nihil ad percipiendam veritatem magis impedit, quam vita libidinibus dedita et falſae imagines rerum ſenſibilium, quae nobis ab hoc ſenſibili mundo per corpus impreſſae varias opiniones erroresque generant." — Cf. haud inepte a Luthero dictum: *Oratio, meditatio, tentatio* faciunt Theologum." — Clodius *Allgem. Religionsl.* 149 ff. „*Nur durch ein göttliches Leben wird der Menſch Gottes inne.*" F. H. Jacobi.

b) *Anthropomorphismus* ad etymon accommodate recte ſic definitur, ut ſit ea cogitationum noſtrarum formularumque de Deo indoles, qua corporis humani figura aut membra aut actiones in Deum transferuntur, v. c. Ieſ. 37, 17. Ierem. 27, 5. Pſ. 33, 18. Luc. 1, 51. Iac. 5, 4., *Anthropopathia* ſ. *Anthropopathismus* ea, qua ſenſus et cupiditates humanae ei tribuuntur, v. c. Exod. 32, 14. Ier. 31, 20. Quod ſi proprie fit, damnandum, ſenſu metaphorico et analogico admittendum eſt. Ab aliis *Anthropomorphismus* in genere dicitur ea cogitationum noſtrarum formularumque indoles, qua humani et imperfecti aliquid ad Deum transfertur, quod ſi re vera Deo tribuimus, Anthrop. dicitur *dogmaticus* ſ. materialis, ſin ſenſu tantum ſymbolico atque analogico, prout mentis humanae imbecillitas poſtulat, ad Deum refertur, Anthr. vocatur *ſymbolicus* ſ. formalis vel *Anthropopathismus*. Reinhard *Dogm.* 98. Ei. *Moral.* I. §. 108. Alii aliter; cf. Stäudlin *Dogmatik und Dogmengeſchichte.* 197. Erſch u. Gruber *Encyklopädie. Art. Anthropomorphismus.* IV. 287 f.

§. 18.

Diviſio theologiae.

Theologia, cuius variae rationes et partes, non omnes ſatis commode, excogitatae ſunt, ratione *fontis* habita, ſicut religio (§. 7.), eſt vel *naturalis* [a]) (rationalis, philoſophica), quae diviſa eſt in *puram* atque *empiricam*, vel *poſitiva*, cuius ſpecies eſt theologia *Chriſtiana* eademque *revelata*, ad quam ſtricte ſic dictam referri poſſunt: 1. theologia *biblica* [b]), quae religionis doctrinam proponit e ſolis bibliis repetitam, 2. theologia *ſymbolica* ſ. eccleſiaſtica, quae in explicandis potiſſimum unius [c]) vel plurium [d]) eccleſiarum ſymbolis ſ. formulis doctrinae publice receptis verſatur et dogmata atque praecepta inde derivanda illuſtrat. Ratione *argumenti* eſt vel *theoretica* (dogmatica §. 20.) vel *practica* [e]) (moralis §. 3.). Ratione *methodi* eſt vel *ſyſtematica* ſenſu ſtricto dicta, ſiquidem omnis theologia artis quandam formam induat neceſſe eſt, vel *popularis* [f]) (vel *acroamatica* vel *catechetica*). Quodſi ſub theologiae voce univerſum theologicae eruditionis ambitum comprehendimus, ad religionis doctrinam ſubtiliter exponendam neceſſariae, omnis theologia dividitur 1. in theologiam *hiſtoricam*, quae fata religionis et rei Chriſtianae enarrat, 2. *exegeticam*, quae in fontibus religionis doctrinae recte explicandis verſatur, 3. *ſyſtematicam*, ſ. theologiam ſtricte ſic dictam, quae ipſam religionis doctrinam in ſyſtematis formam redigit et cuius partes ſunt theologia *dogmatica* et *moralis*, 4. *practicam*, ſive de religionis doctrina publice tradenda inſtitutionem, cuius quidem argumentum maxima ex parte ad aliarum diſciplinarum ditionem pertinet; ſicut ars homiletica proprie pars eſt quaedam artis oratoriae [g]).

a) Theologiae *naturalis* nomine primus uſus eſt Raymundus de Sabūnde, natione Hiſpanus, ineunte ſec. XV., auctor

libri, primum editi Daventriae 1487. fol., et *Theologia naturalis, sive liber creaturarum*, inscripti.

Scriptores, qui de theologia rationali exposuerunt, v. apud C. H. L. Pölitz *Encyklopädie der philosoph. Wissenschaften.* L. 1807. 433 ff. et K. G. Bretschneider *Entwickl. d. dogm. Begr.* 3. *A.* L. 1825. §. 22 ff. p. 147 ff. Post Christ. Wolf, qui primus exstitit auctor theol. naturalis methodo scientifica pertractatae. II. Voll. 4. L. 1736., prae ceteris laudandi sunt: H. S. Reimarus *Abhandlungen v. d. vornehmsten Wahrheiten d. natürl. Rel.* 1791. 6. *A.* Jerusalem *Betrachtungen üb. d. vornehmsten Wahrheiten der Rel.* Th. I. 1772. M. Mendelssohn *Morgenstunden.* Th. I. B. 1786. *Phädon.* 5. *A.* 1813. — Kant *Relig. innerh. d. Grenzen d. bloßen Vernunft.* 2. *A.* 1794. K. H. Heydenreich *Betrachtungen üb. d. Philosophie d. natürl. Relig.* 1790. Ei. *Philosoph. Taschenbuch.* IV Bde. 1796. *Versuch einer neuen Theorie der Religionsphilosophie.* Germanien. 1797. L. H. Jacob *Allgem. Religion.* 1797. 2. *A.* 1801. J. H. Tieftrunk *Die Religion d. Mündigen.* B. 1800. II Bde. Fichte *Anweisung zum seligen Leben.* B. 1806. C. W. Snell *Versuch einer populären philos. Religionslehre.* Giessen. 1806. Kant *Vorles. üb. d. philos. Religionslehre.* L. 1817. — Gerlach *Religionsphilosophie.* H. 1818. Krug *Eusebiologie oder philos. Religionslehre.* Kgsb. 1819. Weise *Philos. Religionslehre.* Heid. 1820. Salat *Religionsphilosophie.* 2. *A.* Münch. 1821. Bouterwek *Rel. d. Vernunft.* Gött. 1824. — J. Berger *Gesch. d. Religionsphilosophie, od. Lehren u. Meinungen d. originellsten Denker aller Zeiten üb. Gott u. Religion.* B. 1800.

b) G. T. Zachariae *Bibl. Theologie.* Gött. 1771—74. IV Thle. 2. *A.* 1786. Vter Th. *von* J. C. Volborth. 1786. W. F. Hufnagel *Handb. d. bibl. Theologie.* Erl. 1785. II Thle. (G. L. Bauer) *Theol. des A. T.* L. 1796. Ei. *Bibl. Theol. des N. T.* L. 1800—2. IV Bde. Chr. F. Ammon *Bibl. Theol.* Erl. 1792. 2. *A.* 1801—2. III Thle. cf. Gabler *Neuestes theol. Journal.* Bd. X. 1802. 402 ff. H. H. Cludius *Uransichten d. Christenthums.* Altona. 1808. G. P. Chr. Kaiser *Die bibl. Theol. od. Judaismus u. Christianismus.* II Thle. 1813. 14. De Wette *Bibl. Dogmatik.* B. 1813. 2. *A.* 1818.

c) Jo. Aug. Heinr. Tittmann Institutio symbolica ad sententiam ecclesiae evangelicae. L. 1811. — Theologia ecclesiastica et *orthodoxa*, vocabulo in ll. ff. haud obvio, nominata est, quatenus formulam publicam strenue tuetur. *Τῆς ἑτεροδοξίας* notio, quae pendet ab *ὀρθοδοξίας* notione, aliis temporibus aliter definita est. Heterodoxiae et ipsi haeresi semina

veri plerumque ineſſe easque ſucceſſu temporis in orthodoxiam abire poſſe, exemplum docet ipſius Ieſu Chriſti et Apoſtolorum, itemque Lutheri, Calixti, Balth. Bekkeri, Semleri aliorumque.

d) Planck *Abriſs einer hiſtor. Darſtellung d. chriſtl. Hauptpartheien, nach ihren Grundbegriffen, Unterſcheidungslehren und deren prakt. Folgen.* 3. *A.* Gött. 1823. Phil. Marheinecke Inſtitt. ſymbolicae. B. Ed. 2. 1825. Ei. *Chriſtl. Symbolik.* Bd. I—III. 1809—13. Winer *Comparative Darſtellung des Lehrbegriffs d. verſchiedenen chriſtl. Kirchenpartheien, nebſt vollſtändigen Belegen aus den ſymboliſchen Schriften derſelben in der Urſprache.* L. 1824. 4.

e) Theologiae *practicae* nomine a nonnullis ea vocata eſt diſciplina, quae, exuta ſcholaſtica forma, ex univerſo theologiae complexu, quaecunque uſui practico potiſſimum inſerviunt, adumbrat, additis ſimul de fine et de methodo inſtitutionis popularis praeceptis. Val. Frid. Baur *Ueb. d. Verhältniſs der pract. Theologie zur wiſſenſchaftl.* Tüb. 1811. — Griesbach *Anleit. z. Studium d. populären Dogmat.* 4. *A.* Jen. 1789. Palmer *Verſuch einer prakt. Dogmatik.* L. 1792. J. H. Fritſch *Handb. d. prakt. Glaubenslehre der Chriſten.* Magd. III Thle. 1816—20. Niemeyer *Populäre u. practiſche Theologie.* 6. *A.* H. 1823. — Klefeker *Lichtvolle Behandlung der Religionswahrheiten, das Haupterforderniſs eines guten Kanzelredners.* Alton. 1822. 2. *A.* 1824.

f) Quod olim vocarunt theologiam *polemicam* ſ. antitheticam, theologiae ſic dictae *theticae* ſ. dogmaticae oppoſitam, id non propriam ſive ſingularem theologiae partem conſtituit, quippe quum in omnibus diſciplinis liceat diſſentientium opiniones impugnare vel refutare. Theologiae *polemicae* nomine primus uſus eſt Fridemannus Bechmann, theologus Ienenſis, cuius theol. polem. cum praefatione Buddei prodiit Jenae 1710. 4.; Theologiae *elencticae*, quae *ἀντιλέγοντας ἐλέγχειν* conatur (Tit. 1, 9.), Franc. Turretin, cuius *Inſtitutio theologiae elencticae* ſaepius typis exſcripta eſt, v. c. Lugd. Batav. 1696. III Voll. 4.

g) Nöſſelt *Anweiſ. z. Bildung angehender Theologen.* H. 1786. 3. *A. herausg. v.* Niemeyer. H. 1818. II. p. 6 ff. J. E. Ch. Schmidt *Theol. Encyklopädie.* Gieſs. 1811. p. 3. Planck *Theol. Encyklopädie.* Gött. 1813. Aliam theologiae partitionem propoſuit F. Schleiermacher *Kurze Darſtellung des theol. Studiums.* B. 1811.

Probata fuit olim Theologis ea ratio theologiae ſpecies discernendi, quae pendet a diverſa ſubiectorum, quibus tribuitur, natura et conditione. Theologia ἀρχέτυπος, πρωτότυπος, *originalis*, ſoli Deo competit, ἔκτυπος, *originata*, eſt, qua ſpiritus finiti gaudent, angeli et homines. Diſtinguunt porro theol. *viatorum* i. e. hominum in ſtatu terreſtri verſantium, et theol. *patriae* i. e. beatorum. Gerhard Loci theoll. T. II. p. 6. Quenſtedt Theol. did. polem. I. 3 ff. Buddeus Inſtitutt. Theol. dogmat. p. 69.

§. 19.

Theologiae rationalis utilitas.

Uſus eius multiplex in theologia Chriſtiana cognoſcenda ac diiudicanda eademque in artis formam redigenda (§. 15.) elucet *primum* ex ipſa indole religionis Chriſtianae, principia et fundamenta illius ſupponentis eiusque ſtudium commendantis Deut. 30, 11 ff. Pſ. 8, 2 ff. 19, 2. Ierem. 31, 33. (Hebr. 8, 10.) Matth. 6, 26 ff. Act. 14, 15—17. 17, 24 ff. Rom. 1, 19. 10, 6 ff.; *tum* e mentis humanae natura, nihil aſſenſu efficaci amplectentis, niſi quod legibus intellectus humani fuerit accommodatum; *deinde* ex analogia cuiusque diſciplinae, quae, ut ordine certo exponatur, ad notiones et enuntiationes univerſales revocari debet; *denique* ex aevi noſtri ingenio, partim *myſticismum* (§. 5.) et *miſologiam* [a]) quandam prae ſe ferentis obſoletarumque opinionum patrocinium affectantis [b]), partim novum quendam *Gnoſticismum* et *Scholaſticismum* tuentis; partim *Syncretismo* [c]), adeoque *Cryptocatholicismo* indulgentis; quae vitia non niſi rationali theologia bene explorata atque ſtabilita evitari poſſunt, ſiquidem ea recte cognita ſola veram exhibet normam, ad quam quaevis religio poſitiva et ſingulae eius partes exigi ac iudicari debent [d]).

a) Moſche Oratio de ſeculi noſtri miſologia. Lubecae. 1815. B. auctor, praeeunte Socrate (ap. Platon. Phaedon. c. 39. ed. Fiſcher) τῆς μισολογίας voce *odium* ſignificavit *rationum* (ſ. argumentorum), quo fit, ut de veritate rationibus inveſti-

ganda atque invenienda omnino desperent ac porro illas vero indagando neque adhibere velint, neque omnino adhibendas censeant. p. 12. Verum etiam *odium rationis* illa voce haud inepte exprimi potest, quale hac nostra potissimum aetate cernitur apud eos, qui negant, animi humani intelligentiam (*intellectum* et *rationem* stricte sic dictam), quamvis excultam ac perfectam accurata scientia artium literarumque omnium hucusque mirifice perpolitarum, adhiberi debere diiudicandis praeceptis et historiis cuiusvis religionis, quae modo *supernaturali* et *immediato* divinitus patefacta dicitur. (§. 10. n. *h.*) Cf. quae hac de re adnotavimus ad h. M. orat. supra l. rec. in Friedemann et Seebode Miscellan., maximam partem crit. V. II. P. I. Wittenb. 1823. p. 27 ff. Add. Krug *Eusebiologie.* Kgsb. 1819. p. 42. „*Es regt sich der Mysticismus (sowie der Vernunfthass) im Grossen nur dann, wenn die Lebenskraft einer Nation untergegangen, oder auch, wenn eine neue grosse Idee die Gemüther ergreift, ohne dass diese die Fähigkeit haben, sich derselben mit voller Klarheit zu bemächtigen Um so trauriger müssen uns ebendeshalb solche Zeiten erscheinen, wo selbst diejenigen, welche sich die Wissenden nennen, anfangen, sich recht mit Eifer auf den Mysticismus zu legen, indem ein solcher künstlich hervorgebrachter Mysticismus ein unwidersprechlicher Beweis von innerer Mattigkeit ist, und folglich jedem wahr und kräftig empfindenden Gemüthe etwas durchaus Widerstrebendes seyn muss.*" Nec minus verum est, eos potissimum, qui, occultis dissolutae iuventutis flagitiis et effusis in omnem intemperantiam libidinibus effeminati, ingenii quoque acumen hebetarunt, maxime proclives esse ad mysticismum amplectendum omnisque generis superstitiones fovendas. Nam in mutua, quam esse scimus, non item explanare possumus, animi corporisque coniunctione, nimia et naturae legibus repugnans nervorum remissio ac resolutio ingenium animique vigorem frangit atque virtutis nervos incidit suique iudicii homines esse non patitur, adeo ut hi alienae auctoritati omnino obnoxii fiant nec sapere *audeant.* — Gabler Pr. de *αὐθεντίᾳ* ep. P. Lentuli. Jen. 1819. p. 4. „Nostra aetas credendi magis, quam dubitandi libidine laborare, atque ad superstitionem, ignorantiae et testem et comitem, adeo proclivis esse videtur, ut mirabilia quaevis sectetur, atque, sola vi imaginandi correpta, lectione quarumque fabularum, modo religionem spirent, mirifice delectetur."

b) Tzschirner *Ueb. d. Reactionssystem unserer Zeit.* L. 1823.

c) Vocabulum *συγχρησιασμὸς*, teste Plutarcho (de fraterna charitate. T. VII. 910. ed. Reisk.) proverbio Cretico olim de iis

usurpatum, qui, quum bellis intestinis inter se pugnarent, invadentibus aliunde hostibus, subito coniungebantur, post controversias *syncretisticas* sec. XVII. excitatas (Walch *Religionsstreitigkeiten in d. ev. Luth. Kirche.* I. 219 ff. IV. 666 ff.), in genere dicitur de vano illo studio res plane sibi oppositas, v. c. sententias de religione, ecclesias, inter se conciliandi easque confundendi.

d) Omnem theol. rationalem repudiavit Faustus Socinus Praelectt. theol. Irenop. 1656. c. 2. et in Bibliotheca fratrum Polonor. I. 537. Add. Schubert Instit. theol. polemicae. III. 531 ff. Francke *Grundrifs d. Vernunftheologie.* Alton. 1824. p. 132 ff.

§. 20.

De theologia dogmatica eiusque nexu cum theologia morali.

Theologia Christiana *theoretica* seu *dogmatica* rectas de Deo et homine et de mutua inter Deum et hominem ratione sententias cum fide amplectendas, quae *institutiones fidei* s. *dogmata* dicuntur *a*), ad religionis Christianae normam tradit. Quod ut efficiatur, quemadmodum scientiae dignitas tempori nostro conveniens postulat, haec potissimum illa praestet necesse est: *primum* ut fontes dogmatum partim in ipsis religionis Christianae monumentis, partim in libris veterum ecclesiae Christianae doctorum, praesertim formulae evangelicae auctorum, latentes sedulo inquirantur atque examinentur; *deinde* ut dogmata inde haurienda, via et ratione inter se composita, dilucide et subtiliter explicentur; *postremo* ut cum rationis humanae principiis comparentur et ad ethices normam exigantur *b*). Quum theologia dogmatica et *practica* s. *moralis*, quae deductas ex dogmatibus *agendi regulas*, *officia*, *praecepta morum*, illustrat, non nisi mutuo auxilio optime confirmentur (§. 3.), et fides, quae factis caret, plane emortua vel omnino nulla recte dicatur Iac. 2, 26., ipsa praeeunte scriptura sacra, in docenda altera ad alteram continuo respiciendum est *c*). Matth. 5. 6. 7, 21. 13, 43.

25, 14 ff. 34 ff. Io. 4, 23. 24. Rom. 2, 13. Iac. 2, 19. Nullius enim dogmatis, teſte ſ. ſ., pretium in ſe ipſo eſt, ſed unumquodque tantum habet dignitatis, quanta eſt eius cum virtute et vera pietate neceſſitudo et coniunctio, quantumque habet ad bene beateque vivendum momenti.

a) Vocabulum *δόγμα* ex uſu loquendi veterum eſt quodvis decretum ſeu placitum [Cic. Quaeſt. acad. II. 9. Seneca Ep. 95. ſimiliter Clem. Al. Strom. VIII. 777. ed. Col. *τὸ μὲν δόγμα*, ait, *ἐστὶ κατάληψίς τις λογικὴ* i. e. comprehenſio, quae ratione fit, *κατάληψις δὲ ἕξις καὶ συγκατάθεσις τῆς διανοίας* (habitus et aſſenſio animi)]. Luc. 2, 1. Act. 17, 7. ſignificat edictum, ſ. decretum imperatoris; Act. 16, 4. coll. 15, 20. *δόγματα* ſunt placita ab eccleſia ſancita; hinc Eph. 2, 15. Col. 2, 14. decreta ſ. inſtituta ad legem Moſaicam caerimonialem ritusque ſacros pertinentia; ubi tamen nonnulli, Theodoreto et Theophylacto praeeuntibus, *ἐν δόγμασι* de religionis Chriſtianae decretis interpretantur. Apud Patres eccl. *δόγμα* ſaepius ſingulas propoſitiones ad religionis Chr. doctrinam pertinentes, vel ſententias eorum de ſingulis religionis doctrinis deſignat, vel etiam univerſam doctrinam evangelicam, quemadmodum Orig. c. Celſ. l. III. 125. Evangeliſtas et Apoſtolos *δ. διδασκάλους τοῦ δόγματος* ſimpliciter nominavit. Singularis huius vocis uſus, quem eundem commendat Eulogius quidam, Archiep. Alex., apud Photium cod. 230., exſtat in Baſil. M. l. de ſpiritu ſ. c. 27., ubi doctrinae Chr. duas partes diſtinguit, *τὰ κηρύγματα* ſ. fidei Chr. capita *ἐγγραφα* et ſine ulla occultatione omnibus annuncianda et *τὰ δόγματα*, de ritibus certis praecepta, quae ex non ſcripta Apoſtolorum traditione et *ἐν μυστηρίῳ* ſ. *μυστικῶς* in eccleſia conſervantur i. e. obſcuritate de induſtria involvuntur, ne eorum ratio ab omnibus perſpici poſſit, neve profanis ſancta patefiant. Huc refert e. c. *τῷ τύπῳ τοῦ σταυροῦ κατασημαίνεσθαι, τὸ πρὸς ἀνατολὰς τετράφθαι κατὰ τὴν προσευχήν* cet. Rectius Gregor. Nyſſ. ep. 6. omnem hominis Chriſtiani ſcientiam dividit *εἰς τὸ ἐθικὸν μέρος, καὶ εἰς δογμάτων ἀκρίβειαν*, provocans quippe ad verba *μαθητεύσατε* et *τηρεῖν πάντα* (Matth. 28, 19. 20.), et dogmaticam religionis partem, uti pervulgatum fuit in eccleſia vetere, ethicae longe praeferens. Add. Cyrill. Hieroſ. Catech. IV. n. 2. *ὁ γὰρ εὐσεβείας τρόπος ἐκ δύο τούτων συνέστηκε, δογμάτων εὐσεβῶν καὶ πράξεων ἀγαθῶν.* Suiceri Theſ. Eccl. T. I. 932. (Stange *Symmikta*. Th. I. 1802. 157 ff.) Uſus nominis *theologiae dog-*

maticae post Christoph. Matth. Pfaff (Institt. theol. dogmaticae et moralis. Tüb. 1720.) et Buddeum (Institt. theol. dogmaticae. L. 1724.) demum invaluit. Primus illo usus est J. B. Reinhard, Theol. Altdorf., in: Synopsi Theol. dogmat. 1659., quem secuti sunt Joach. Hildebrand. Helmst. 1692. et J. W. Jäger. 1715.

b) Cf. De Wette *Dogmatik d. ev. luth. Kirche.* 2. *A.* p. 16.

c) Böhme *Ueb. d. Verbindung d. Glaubens- u. Sittenlehre; Journal f. Prediger.* Halle. B. 47. St. 1.

§. 21.

Theologiae dogmaticae cum symbolica coniunctio.

Neque minus theologia Christiana dogmatica, quatenus simul formulam certae ecclesiae publicam, e libris huius symbolicis maxime repetendam *a*), respicere debet, cohaeret cum theologia symbolica (§. 18.), quae fusius demonstrat, quomodo formula Lutherana nitatur, praeter symbola *b*) tria oecumenica dicta, libris his symbolicis *c*): 1. *Confessione Augustana* immutata, a Melanchthone conscripta et a. 1530 in Comitiis Augustanis, iussu Caroli V. Imp. Rom., ab ordinibus imperii, qui evangelicam doctrinam amplexi fuerant, exhibita; 2. *Apologia Confessionis Augustanae,* a Melanchthone conscripta et Confutationi theologorum Pontificiorum opposita a. 1531; 3. *Articulis Smalcaldicis,* ab ipso Luthero compositis a. 1536, et in conventu Smalcaldiensi, ab ordinibus Evang. ecclesiae addictis celebrato, m. Febr. a. 1537 exhibitis ibique a Principibus probatis; 4. *Catechismo minore,* et *maiore,* qui non ecclesiae mandato, sed privato consilio a Luthero conscripti et simul editi sunt a. 1529; 5. *Formula concordiae* per sex theologos, Iac. Andreae, Dav. Chytraeum, Mart. Chemnitium, Andr. Musculum, Christoph. Cornerum, Nicol. Selneccerum, Torgae a. 1576 conscripta, in coenobio Bergensi, prope Magdeburgum

olim sito, nunc diruto, a. 1577 recognita et a. 1580 Dresdae primum publice proposita; quae quidem, quum non ex auctoritate universae ecclesiae scripta sit, neque universae ecclesiae confessionem, sed theologorum nonnullorum sententiam contineat de controversis quibusdam doctrinae evangelicae locis, in Saxonicis tantum terris publice recepta atque sancita est. Tamen ex ea potissimum *theologia ecclesiastica* seu formula illa prodiit, quae, a doctoribus seculi XVII praecipue exculta, in ecclesia Lutherana obtinuit, nec nisi inde a seculo XVIII medio compluribus in locis emendata est. Ceterum tantum abfuit, ut ipsi sacrorum instauratores scripta illa, quae a Formulae Conc. auctoribus demum symbolorum nomine insignita sunt [d]), tanquam unicam atque immutabilem docendi normam singulis ecclesiis iniungerent, ut, in quo summum Evangelicorum principium recte ponitur (§. 13.), ad scripturam s. tanquam solam fidei regulam diserte provocarent [e]). Unde factum est, ut ecclesia Evangelica uni eidemque summo *principio*, quod dicitur (*Einheit des Princips*) superstructa sit, neque tamen certo quodam eodemque immutabili dogmatum aut rituum complexu contineatur. Quapropter illa ecclesiarum symbola, quippe quae auctoritatem mere humanam prae se ferant, eatenus tantum certam fidei normam [f]) exhibere recte iudicantur, si cum scripturae sacrae effatis, sanae rationi et legi morali haud repugnantibus, consentiunt. (Act. 4, 19. 5, 29.)

In ecclesiis Reformatis, quum neque generali Synodo neque universorum consensu una eademque omnibus probata sit confessio, plures obtinuerunt formulae doctrinae publicae pro terris diversae, quarum praecipuae [g]) sunt: 1. Confessiones Helveticae, *a*) Conf. Basileensis a. 1532; *b*) Conf. Helvetica s. Basil., composita Basileae 1536 à Bullingero, Myconio, Grynaeo, Leone Iuda et Megandro, latine excusa 1581; *c*) Conf. et expositio simplex orthodoxae fidei et

dogmatum catholicorum ſincerae religionis Chriſt. — Tiguri. 1566; 2. Gallicarum eccleſiarum confeſſio fidei Carolo IX. regi a. 1561 exhibita; 3. Articuli XXXIX eccl. Anglicanae et Liturgia Anglic. (*Common prayer-book*) a Synodo Londinenſi a. 1563 ſancita; 4. Confeſſio Belgica a Guidone de Bres compoſita et primum gallice ed. a. 1562, poſtea accuratius expenſa et confirmata a Synodo Dordracena. Acceſſerunt Canones et Decreta Synodi nationalis Dordraci a. 1618 et 19 habitae, promulgata d. 6. Maii 1619; quibus oppoſita eſt Confeſſio ſive declaratio ſententiae Paſtorum, qui in foederato Belgio Remonſtrantes vocantur, ſuper praecipuis articulis religionis Chr. a Sim. Epiſcopio concinnata a. 1621, lat. verſa 1622. 5. Catechismus Heidelbergenſis a Casp. Oleviano et Zach. Urſino, Friderici III., Elect. Palatini, iuſſu a. 1562 conſcriptus et anno ſequente publice in eccleſia Palatina receptus. 6. Confeſſiones tres Brandenburgenſes, quarum prima anno 1614 ab Io. Sigismundo, Electore Brand. promulgata eſt [h]). 7. Formula conſenſus Helvetica, ab Io. Henr. Heideggero, Franc. Turretino aliisque conſcripta et a magiſtratu Tigurino, quem alii plures ſecuti ſunt, ſymbolica auctoritate ornata a. 1675.

a) Σύμβολον, a συμβολὴ collatione, coena collatitia, discernendum, graece et latine notat *ſignum*, *indicium*, *teſſeram*, omnino id, quo res vel perſona ab aliis dignoſcitur, hinc ritum quoque, quo Graeci et Romani in myſteriis utebantur; apud ſcriptores eccleſiaſticos *ſacramentum*, ſaepius ſigna viſibilia in ſacramentis adhibita, ut aquam in baptismo, panem et vinum in ſ. coena, et inde a ſec. IV. potiſſimum *confeſſionem* vel *expoſitionem* vel *regulam fidei*. V. Suiceri Theſ. eccleſ. ſub h. v. *Symbolum* recentioribus temporibus dici ſolet brevior fidei formula ac profeſſio, *liber ſymbolicus* autem uberior fidei expoſitio ac confeſſio.

b) Sunt, qui ſtatuant (Bretſchneider *Handb. d. Dogmat.* I. §. 8. p. 23.), antiquam eccleſiam Lutheranam non univerſum librorum ſymb. argumentum, ſed ea tantummodo capita, in quibus *docere*, *profiteri*, *confiteri* aut *improbare*, *damnare* ſeſe

velle aperte significet, pro summis ac peculiaribus placitis suis ac *norma confessionis* et *docendorum* habuisse, contra vero omnes historias, Patrum sententias, singulorum quorundam hominum opiniones, lemmata, corollaria exclusisse. At vero haec possunt iis opponi: Neque ipsi librorum symb. auctores, neque principes ac magistratus, qui publice proposuerunt hanc docendi normam, quidquam de istorum placitorum discrimine unquam monuerunt; neque, si cummaxime volueris, distingui satis accurate poterunt res primariae a minus necessariis in tanto, quo illi libri cohaerent, singularium partium nexu. Itaque systema quoddam theologiae symbolicae s. ecclesiasticae nulla alia via et ratione concinnari potest, nisi *universo* librorum symb. argumento accurate explorato atque pro fundamento posito. Verum enim vero quum librorum symb. auctores scripturam s. solam esse credendorum normam saepius contendant, quum s. s. effata, litteris indies magis excultis, rectius intelligi ac diiudicari coepta sint et quum librorum symb. auctores nec singuli semper sibi constiterint, neque omnes inter sese ubique convenerint: verae Chr. religionis interpretes tum demum esse possunt illi scriptores, ubi a scriptura s., quantum quidem nunc fieri potest ac debet, accuratius intellecta, non recedunt. Quapropter fugienda est *symbololatria* illa, nonnullis recentiorum theologorum probata, qui veterum placita novis commentis exornantes veteribusque formulis novum quendam sensum temere subiicientes, universam religionis institutionem ad theologiae symbolicae formulas, partim antiquatas, partim summo iure antiquandas, revocare studeant. Quod ut efficiant, iactant crepantque isti, parum quidem memores veri *Protestantismi*, summam ecclesiae quandam auctoritatem, qua constans et immutabilis doctrina tanquam certissima omnium seculorum norma sancita fuerit. Tantum vero abest, ut in singulis librorum symbolicorum decretis immutabilis totius ecclesiae persuasio ac confessio insit, ut celeberrimi ecclesiae doctores, nec minus Laici, qui dicuntur, et ipsi ii, qui praestantiam et immutabilitatem formulae ecclesiasticae falsis laudibus celebrant, vario modo ab eius argumento recesserint ideoque valde incerta et ambigua et fuerit et sit ecclesiae auctoritas. Niemeyer *Popul. u. prakt. Theologie.* 6. *A.* p. XLII s. „*Unsere ältere Dogmatik ging von den Haupt- und Beweisstellen der h. Schrift aus, und entwickelte aus ihnen das Dogma. — Jetzt hört man immer und immer den Namen der Kirche wiederholen, und von den ältern Lehrern derselben wird als lauter Heiligen in so unbedingten Lobsprüchen geredet, dass nur der Name der Unfehlbarkeit noch übrig ist. Im*

Geist

Geist der Kirchenreformatoren ist dies wenigstens nicht geredet. Vielmehr dürfte ein ev. Theologe wohl fragen, was dann eigentlich mit dieser Kirche, deren Glauben wir unbedingt fest halten sollten, gemeint sey? Ob die uns ganz unbekannten Lehrer, welche die älteste Bekenntnisformel entworfen haben, die man ohne alle historische Basis die apostolische nennt? Ob die 300 Bischöfe, die zu Nicäa versammelt waren, und schon von dem ersten christl. Kaiser erinnert werden mussten, nicht um Worte zu streiten und über Unbegreifliches sich leidenschaftlich anzufeinden? Oder ob die Repräsentanten der christlichen Gemeine auf ökumenischen und provinciellen Concilien und Synoden, deren Decrete so oft in dem grellsten Widerspruch mit einander standen? Oder die Vff. des Augsb. Lehrbekenntnisses, oder der Concordienformel? Des Helvetischen Consensus, oder die Wortführer auf der Dordrechter Synode? — Mir will es wenigstens scheinen, als wenn ein unbefangenes Studium der Geschichte, von dem unter uns herrschend werdenden Idealisiren der Heiligkeit der alten Kirche, und der Vollkommenheit ihrer Glaubensformen, nothwendig zurückbringen, unsere Aufmerksamkeit vielmehr auf die Schriftlehre, als auf die statutarische Lehre einer Kirche hinlenken müsste."

c) Editiones librorum symbolic. prae ceteris laudandas curarunt Adam Rechenberg Concordia pia et unanimi consensu repetita confessio fidei et doctrinae Electorum, Principum, Ordinum Imperii eorundem Theologorum, qui Aug. conf. amplectuntur. L. 1678. Edit. noviss. 1742. Ch. Weiss *Christl. Concordienbuch, d. i. der Ev. Luth. Kirche symbol. Schriften.* 1739. 4. J. G. Walch *Christl. Concordienbuch — deutsch und lat., mit hist. Erläuterungen.* Jen. 1750. Mich. Weber Libri symb. eccl. ev.-Luth. accuratius edd. et animadverss. ac disputatt. illustrati. Vit. 1809. V. I. J. A. H. Tittmann Libri symb. eccl. ev. Ad fidem optimor. codd. rec. Misen. 1817. Paginae ed. Rechenb. in margine huius edit. adnotatae sunt.

d) Form. Conc. praefat. ad solid. decl. 632. Ed. Rechenb.

e) Art. Smalc. II. 2. p. 308. „Regulam habemus, ut videlicet verbum Dei condat articulos fidei, et praeterea nemo, ne Angelus quidem." Add. Form. Conc. Epitome. I. 572. „Sola sacra scriptura (cum Veteris, tum Novi Testamenti) iudex, norma et regula cognoscitur, ad quam, ceu ad Lydium lapidem, omnia dogmata exigenda sunt et iudicanda, an pia, an impia, an vera, an vero falsa sint. Cetera autem symbola (sc. ea; quae dicuntur oecumenica, Confessio Augustana non

mutata, Apologia, Artt. Smalcaldici et Catechismi Lutheri) et alia ſcripta (ſive Patrum ſive Neotericorum) non obtinent auctoritatem iudicis: haec enim dignitas ſolis ſacris literis debetur, ſed duntaxat pro religione noſtra *teſtimonium* dicunt eandemque explicant." 635. Itaque ſoli ſcripturae ſ., non libris ſymbolicis, auctoritas *conſtitutiva*, quam dicunt, recte attribuitur; licet Formulae Conc. auctores illam ſententiam profeſſi ſibi ipſi non conſtiterint. De Wette *Dogmat. d. ev. luth. Kirche.* 45. — Cf. Bretſchneider *Handb. d. Dogmat.* I. 2. *A.* 20 ff.

f) Libris ſymb. olim tribuebatur vis nomenque *normae*, non *primariae*, ſed *ſecundariae;* ſive, quod alii malunt, non fidei, ſed profeſſionis fidei; non normae *normantis*, ſed *normatae.* Walch Breviar. Th. Symb. Gött. 1765. p. 7.

g) Corpus et Syntagma confeſſionum fidei, quae in diverſis regnis et nationibus Eccleſiarum nomine authentice editae, in celeberrimis conventibus exhibitae publicaque auctoritate comprobatae ſunt. Genev. 1581. ed. auct. 1612 et 1654. Baumgarten *Geſch. d. Religionspartheien.* H. 1766. p. 820 ff. Marheinecke Inſtitutt. ſymbolicae. B. 1812. p. 91 ff.

h) *Der Chur Brandenburg Reformationswerk: die drey* Confeſſiones *oder Glaubensbekenntniſſe, welche in den Churf. Brandenb. die Religion betreffenden* Edictis *zu beobachten befohlen worden.* 1666. Col. Brand. 1695. 4.

CAPUT III.

DE THEOLOGIAE DOGMATICAE SYSTEMATE RECTE COMPONENDO.

§. 22.

Summa fidei.

Quum recentiori aetate, utrum religionis Chriſtianae theoreticae doctrina omnino philoſophiae modo et arte exponi poſſit, et cuinam principio ac fundamento ea ſuperſtrui debeat, quaeſitum et ſimul difficillimum iudicatum ſit, dogmatices, partim *hiſtorica* et *poſitiva*, partim *philoſophica* decreta complectentis, ſyſtema

omnibus numeris abſolutum effingere [a]): in eo acquieſcendum eſſe videtur, ut notiones et propoſitiones quaedam univerſales, e libris ſacris erutae, huic theologiae parti tanquam fundamenta ſupponantur et ſecundum methodum *ſyntheticam* et *analyticam* [b]) recte explicentur. Propoſitiones illae ad unam quandam revocari poſſunt ſententiam primariam, quae dogmatices Chriſtianae vel *fidei ſummam* ſeu *ſummum principium materiale* (*Hauptinhalt*) exhibeat, ab antiquioribus quidem eccleſiae evang. theologis nondum quaeſitum, a recentioribus aliis alia ratione propoſitum [c]). Quod, ſi ad eccleſiae evangelicae formulam in libris ſymbolicis expreſſam accommodate concinnatum fuerit, ita ſe habet: *Deus trinunus generi humano per peccatum originis penitus depravato et miſeriae aeternae obnoxio per Ieſum Chr. θεάνθρωπον, morte expiatoria defunctum, viam et rationem patefecit, qua homines per fidem in morte illa vicaria collocatam, adiuvante ſpiritu ſ., gratiam Dei et ſalutem aeternam amiſſam recuperare poſſint* [d]). Sin autem e ſolis N. T. libris ſſ. repetieris eiusmodi principium, hoc fere erit: *Deus rerum omnium auctor atque gubernator ſanctiſſimus* (1 Petr. 1, 15. 16.), *et benigniſſimus* (Io. 3, 16. Tit. 2, 11.), *omnibus hominibus per Ieſum Chriſtum viam et rationem patefecit, qua, ſummo honeſtatis ſtudio pio Deo probati* (Matth. 4, 17. 5, 48. 7, 21. 25, 34 ſſ. Luc. 24, 47. Io. 3, 5. 6. 4, 24. Rom. 5, 11. 12, 1. 1 Cor. 13, 13. 2 Cor. 5, 17. 18. Tit. 2, 14.), *ſalutem aeternam adipiſci poſſint* [e]). (Io. 17, 3. 1 Tim. 2, 4.) Quibus poſitis univerſae theologiae dogmaticae quatuor partes recte conſtituuntur: *Bibliologia ſacra*, *Theologia* ſtrictiſſime ſic dicta, *Soterologia*, quae et hominum et ſervatoris conditionem ac relationem mutuam adumbrat, et *Eſchatologia*. A ſummo illo dogmatices principio *materiali* recte diſtinguitur eiusdem ſummum principium *formale*, ſ. ſententia quaedam certam aliquam normam exhibens, a qua quaeque religionis decreta

pendere ſtatuimus. Quae ſi ad doctrinae eccleſiaſticae formulam conſtitui debet, alia nulla eſſe poteſt, niſi haec: ſententia ſcilicet *de univerſo ſcripturae ſ. argumento, quod modo ſupernaturali a Deo revelatum eſſe creditur.* Doctrinae vero purioris e N. T. ll. ff. repetendae principium *formale* eſt *idea Dei ut creatoris* (Act. 14, 15.) *ac moderatoris rerum univerſitatis ſanctiſſimi*, qualis ex ipſa legis moralis conſcientia menti noſtrae inſita (§. 2.), adſtipulante ſcriptura ſ. (Deut. 32, 4. Matth. 5, 48. 19, 17. Act. 10, 35. Eph. 4, 24. 1 Petr. 1, 15. 16.), cognoſcitur. Singula dogmata ab hoc principio ita pendent, ut, quaecunque ei repugnant, eo ipſo a dogmatices purioris ſyſtemate ſecludi debeant.

a) Beck Commentt. 178. Dogmatices ſyſtema, non ſicut diſciplinam ſtricte ſic dictam philoſophicam, e ſummo quodam principio exſtrui poſſe, argumenti eius varietas ſatis luculenter demonſtrat. Ständlin *Dogm. u. Dogmengeſch.* 38. Ei. *Ideen zur Kritik d. Syſtems d. Chr. Rel.* 270 ff. 302 ff. Cf. Gabler *Journal für auserleſ. theol. Lit.* V. p. 3. 10. „*Verdient unſer chriſtlich-theologiſcher Lehrbegriff wirklich den Namen eines Syſtemes?*" — Schröter u. Klein *Für Chriſtenth. u. Gottesgel.* B. II. H. 3. 1819. 387 ff. *Briefwechſel üb. den alten u. neuen Glauben.*

b) Ordo, quem cogitando ſequimur, *methodus* nuncupatur. Differt igitur methodus pro diverſitate regulae, ad quam ordo ille eſt compoſitus. Iam ſi hanc regulam ſequitur, ut praecedant ſemper, quae ſequentium rationem, qua nimirum vel clara vel certa fiant, continent, methodus *ſynthetica* dicitur. Inverſa via methodus incedit *analytica*. Paucis, meth. *ſynthetica* eſt a rationibus ad conſectaria progreſſus, *analytica*, ab his ad illas regreſſus. Diiudicentur methodi olim a theologis adhibitae *Ariſtotelico-ſcholaſtica*, vel *analytica*, vel *ſynthetica*, *foederalis*, *comparativa*, *biblica*, et meth. tractandis ſingulis doctrinis adhibitae *cauſalis*, *mathematico-demonſtrativa*, et recentiores, meth. *hiſtorica*, *critica*, al. Buddeus Iſagoge hiſtorico-theologica ad theol. univerſam. L. 1727. 4. p. 426 ff. Heinrich *Verſ. einer Geſch. d. verſchied. Lehrarten d. chriſtl. Glaubenswahrheiten.* L. 1790. p. 220 ff. Ständlin *Ideen* —. 343 ff. — Melanchthon Loci theol. introduct. Opp. V. I. Viteb. p. 150. 148. „In doctrina eccleſiae tantum ordo quaeritur, non illa methodus demonſtrativa."

c) Heinrich libr. l. Ammon *Ausf. Unterr. in d. Chr. Glaubensl.* 279 ff. Cf. Eckermann *Handb. d. Chr. Gl.* I. 713 ff. Summum aliquod principium a sensu communi aut ab *eudaemonismo* ductum rationibus satis firmis stabiliri nequit. Reinhard de notione felicitatis humanae ad iudicium de placitis religionis Chr. parum idonea. Opusc. V. I. 428.

d) Bretschneider *Handb. d. Dogmatik d. ev. Luth. Kirche.* I. 2. *A.* §. 9. p. 33 ff.

e) Religionis Christianae institutum, quippe quod hominibus primum admotum fuit, qui, a recta Deum colendi ratione varie aberrando, iram atque inimicitiam Dei sibi contraxisse putabantur, et variis de necessitate certarum expiationum commentis imbuti erant, in libris ff. saepius describitur tanquam homines cum Deo reconcilians eosque in gratiam eius reducens. Unde theologi nonnulli recentiores summum universae religionis doctrinae biblicae principium in notione *reconciliationis*, s. *redemtionis*, s. *expiationis* (*Erlösung*, *Versöhnung*) ponendum esse opinati sunt. V. prae aliis De Wette *Ueb. Religion u. Theol.* 178. 2. *A.* 207. Ei. *Bibl. Dogm.* §. 229. Schleiermacher *Der christl. Glaube.* I. 80 ff. Verum quum hanc notionem non tam ab ipso Iesu Christo, qui quidem doctrinae suae summam ad studium similitudinis cum Deo (Matth. 5, 48. Io. 4, 24.) τὴν μετάνοιαν (Matth. 4, 17. 11, 20. Marc. 1, 14. 15. Luc. 10, 25—28. 13, 35. 24, 47. al.) et τὸ σώζεσθαι (Matth. 18, 11. 19, 24. 25. coll. Marc. 10, 26. 12, 29—34. 16, 16. Luc. 8, 12. 19, 10. Io. 3, 17. 5, 34. al. Add. 1 Tim. 2, 4.) sive τὴν ζωὴν αἰώνιον (Matth. 19, 29. Marc. 10, 17. Io. 3, 15. 4, 15. 17, 3.) refert, sed ab Apostolis post fata ipsius demum propositam reperiamus (§. 137.); in summo quodam doctrinae Chr. principio enunciando gravissima illa effatorum Iesu ipsius momenta potius respicienda duximus. Quapropter notionem istam *reconciliationis* s. *redemtionis* non nisi *morali* quodam sensu puriori religionis Chr. doctrinae substruere licet.

§. 23.

Articuli fidei.

Singula capita, quibus doctrina Christiana theoretica continetur, *articuli fidei* (ἄρθρα τῆς πίστεως) dicti, I. ratione habita *fontis*, unde petuntur, s. principii cognoscendi, sunt vel *puri* (positivi), quorum notitia e sola scriptura sacra hauriri potest, v. c. do-

ctrina de Iesu Christo, huius religionis auctore, vel *mixti* (rationales), qui non modo e libris sacris, sed etiam e theologia naturali cognosci possunt, e. c. doctrina de providentia; II. ratione *argumenti*, quod a fidei Christianae fundamento [a]) vel propius abest vel longius, vocantur: 1. *fundamentales*, qui salva religionis integritate tolli nequeunt, *a*) *primarii* s. constitutivi, doctrinae religionis Christianae directe necessariae, v. c. de Deo spiritu perfectissimo spirituali modo colendo (Io. 4, 24.), per Iesum Christum homines ad salutem aeternam perducente (Io. 17, 3.), *b*) *secundarii* s. consecutivi, qui propiore aut remotiore nexu cum illis cohaerent [b]), e. c. doctrina de angelis; 2. *non fundamentales* s. illustrantes, qui salva religionis integritate tolli possunt, e. c. doctrina de peccato angelorum [c]). In constituendis articulis fidei Christianae fundamentalibus probe dignoscantur articuli dicti *absolute* fundamentales, h. e. e solis bibliis repetiti et *relative* fundamentales, h. e. e formula ecclesiae alicuius publica derivati [d]). Neque minus investigetur: quaenam propositiones fundamentales biblicae propriis singulorum scriptorum ss. iudiciis et temporis ac locorum rationibus rectius accenseantur, quam universae religionis doctrinae puriori, cuius fundamenta ex Iesu ipsius effatis generalibus sanae rationi optime accommodatis recte eruta fuerint. Quibus perpensis, dogmatices expositioni nostrae, ad partes eiusdem accommodate, non nisi hos fidei articulos supponemus fundamentales, et quidem primarios, scilicet *doctrinam de scriptura sacra religionis Christianae fonte; de Deo rerum universitatis creatore et moderatore sanctissimo eoque benignissimo; de Iesu Christo hominum sospitatore* s. *sotere;* et *de animi immortalitate eiusque conditione post mortem moribus huius vitae congrua;* quibus alios quosdam tanquam secundarios articulos addere licet.

a) Depromta est haec vox ex iis N. T. locis, in quibus vel elementa doctrinae nominantur θεμέλιος, Hebr. 6, 1. Rom. 15, 20.

1 Cor. 3, 10. (Doederlein Instit. Theologi Christ. Ed. 6. I. 61 ff.), vel doctrina ab ipso Iesu Christo 1 Cor. 3, 11. et ab apostolis vere tradita. Eph. 2, 20. Post Nicol. Hunnium (vid. eiusd. *Διάκρισις* de fundamentali dissensu doctrinae Lutheranae et Calvinianae. Vit. 1626.), qui *triplex* fidei fundamentum proposuerat, *personale* s. substantiale (Christum), *organicum* (scripturam s.) et *dogmaticum* (articulos fundamentales), alii duplex statuerunt *fundamentum fidei*, alterum *dogmaticum* s. doctrinale, h. e. ipsam doctrinam revelatam in libris sacris traditam eiusque auctoritatem divinam, alterum *reale*, h. e. meritum Christi universum, quod fide apprehensum salutis aeternae homines participes reddit. Hinc patet, quomodo dicatur, fundamentum dogmaticum ad fidem *quae*, reale ad fidem, *qua* creditur, referri. Walch Breviarium theol. dogmaticae. 52 ff. Nos quidem fundamentum fidei (*Glaubensgrund*, *Grundlehre des Christl. Glaubens*) unum idemque ac summam fidei (§. 22.) esse sumimus.

b) Morus Epit. Th. Chr. p. 12.

c) Studium discrimina illa, a Nic. Hunnio primum proposita recte constituendi et constituta defendendi plurimum exercuit theologos seculi XVII et XVIII. (Walch *Religionsstreitigkeiten d. ev. Kirche.* T. IV. 658 ff.) Vulgo *fundamentales*, praeeunte Hunnio, olim ita definiebant: qui salva fide et salute ignorari non possunt; *primarios* ita, qui salva fide et salute nec ignorari, nec negari possunt: *secundarios* ita, qui ignorari salva salute possunt, sed cogniti semel non debent negari. Calov. Systema locor. theol. V. I. 774. Musaeus Introductio in theol. Jen. 1678. 162 ff. Quenstedt Theol. did. polem. I. 242. Baier Compend. theol. posit. 42 ff. Buddeus Comp. inst. theol. dogm. 25 ff. Ed. Walch. (cf. Reinhard *Dogm.* 33 ff.); at perperam, quia salus aeterna minime pendet a persuasione quadam *theoretica*, sed a fide, quam Deo habemus, *practica*, i. e. a vera virtute Deo probata. Matth. 7, 21. Io. 4, 23. 24. 7, 17. Act. 10, 35. Rom. 2, 12 ff. 12, 2. 3. Gal. 5, 6. Quare theologi recentiores fere omnes finitiones istas improbaverunt, ipse Morus Epit. Theol. Christ. 13., et alii alios proposuerunt articulos fundamentales. Ammon *Ausf. Unterr. in d. Chr. Gl.* 273 ff. (Fuhrmann) *Die Aufhellungen in der Chr. Glaubensl.* I. 781 ff. Henke *Magaz.* B. IV. 433 ff. *Ueb. die Rangordnung d. Chr. Religionslehren nach der Eintheil.* in Art. f. fund. et non fund., primarios et secundarios.

d) Reinhard *Dogm.* 34. Cf. Form. Conc. Solid. decl. Art. III. 683. Ed. Rechenberg. „Articulus *de justitia fidei* praeci-

puus est (ut Apologia loquitur Art. II. 60.) in tota doctrina Christiana, sine quo conscientiae perturbatae nullam veram et firmam consolationem habere, aut divitias gratiae Christi recte agnoscere possunt. Id D. Lutherus suo etiam testimonio confirmavit, quum inquit: Si unicus hic articulus sincerus permanserit, etiam Christiana ecclesia sincera, concors, et sine omnibus sectis permanet: sin vero corrumpitur, impossibile est, ut uni errori aut fanatico spiritui recte obviam iri possit." Cf. §§. 154. 155.

§. 24.

Analogia fidei et scripturae s.

Ea singulorum fidei articulorum, qui in libris ss. clare docentur, ad se invicem relatio, qua, remota quavis inter singulas doctrinas repugnantia, articuli ipsi se mutuo illustrant, determinant atque confirmant, vocatur *analogia fidei* [a]), nomine ex Rom. 12, 6. non recte ducto. Nititur consensio illa articulorum *analogia scripturae s.* seu ea singulorum eius effatorum inter se consensione, qua alia aliis dictis illustrantur, constituuntur et confirmantur, ita, ut minus clara et manifesta diiudicentur e perspicuis et evidentibus [b]). Analogia fidei et anal. scripturae s. ita inter se differunt, ut illa ad nonnulla scripturae s. loca, quippe dogmatica, referatur, haec ad omnia cuiuscunque argumenti. Summa quaedam doctrinae Christianae ex clarissimis scripturae s. locis collecta, ab aliis *analogiae fidei* nomine dicta, ab aliis rectius *regula fidei* nominata est [c]); et ea scripturae s. loca, quae vel disertis verbis (κατὰ τὸ ῥητόν) placita quaedam continent, vel sic, ut ea recte ratiocinando e dictis illis possint elici (κατὰ διάνοιαν), vocantur *dicta probantia* [d]). Quaecunque scriptorum sacrorum effata religionis Christianae dogma aliquod perspicue enunciant, *classica* dicta [e]) (loci classici, sedes doctrinarum) nominantur, sicut universa de iis institutio *topices* [f]) nomine appellata est. In deligendis dictis probantibus videndum est, ne quid dubiae lectio-

nis, v. c. 1 Io. 5, 7., aut incertae interpretationis, v. c. Rom. 9, 5. al., proferatur.

a) Baumgarten *Glaubenslehre.* I. 44 ff. Ei. *Polem.* III. 30 ff. 507 ff. Monuerat iam Lutherus: „*Nicht von den einfältigen Worten der Schrift zu weichen, es zwinge ihn denn irgend ein Artikel des Glaubens, dass man es müsse anders verstehn, denn die Worte lauten.*" Opp. III. 23. ed. Walch. — Analogia ista fidei non eadem est ac *regula veritatis* (*κανὼν ἀληθείας ἀκλινής*) ab Irenaeo (adv. haeres. I. c. 1. 19. p. 114. III. 2. p. 230. ed. Paris. 1675. cf. Clem. Al. Strom. VII. 756. ed. Col.), aut *regula fidei*, a Tertulliano (de praescriptt. adverss. haeret. c. 12—20. et aliis locis, vid. Schütz Diss. de regula fidei apud Tertullianum. Jen. 1781. 4.) commemorata, qua designatur complexus doctrinarum praecipuarum ab Apostolis non solum scriptis, sed *ore* traditarum et in ecclesia publice receptarum, ad similitudinem Symb. Apostolici concinnatus ab Iren. I. 2. et Tert. de virginib. velandis I. c. 1. (Schröckh *Kirchengesch.* IX. 96 ff. Münscher *Dogmengesch.* I. 246 ff. 361 ff.); nec minus illa differt a *regula pietatis*, iniusta et indigna quaevis a Deo removente secundum ecclesiae catholicae auctoritatem, quam regulam Augustinus commendat ll. de praedest. et gratia c. 1., contra epistolam Manichaei, quam vocant, fundamenti. c. 5. Add. Ep. 76. ad Hieronym. „Ego — nullum eorum (librorum canonicorum) auctorem scribendo aliquid erasse, firmissime credo; at si aliquid in eis offendero literis, quod videatur contrarium veritati, nihil aliud, quam vel mendosum esse codicem, vel interpretem non assecutum esse, quod dictum est, vel me minime intellexisse, non ambigam."

b) Apolog. Conf. Aug. Art. XIII. 290. — „iuxta regulam, hoc est, iuxta scripturas certas et claras, non contra regulam, seu contra scripturas interpretari convenit."

c) Notiones *analogiae fidei*, ad quam inde a sec. XVII theologi ecclesiae Luth., quo certius Fanaticorum et Pontificiorum de sufficientia scripturae s. dubitationes repellerent, strenue provocaverunt, et *regulae* fidei saepissime confunduntur, ita, ut per *analogiam fidei* (*obiective* dictae) non solum proprietas quaedam, consensus nimirum doctrinae seu congruentia credendorum, sed etiam summa ipsa doctrinae Christianae sibi consentiens perspicue cognita, quatenus tanquam regula de sententiis minus perspicuis iudicandi spectatur, vulgo significata sit. Rectius tamen analogia ad usum veterum Graecorum et Latinorum accommodate (Quinctil. inst. or. I. c. 6.)

de ratione ſive proportione quadam dicitur. Cf. Gerhard Loc. theol. 53. „Regula fidei eſt ſumma quaedam coeleſtis doctrinae ex apertiſſimis ſcripturae locis collecta." 54. „Ex perſpicuis ſcripturae locis colligitur regula fidei, ad quam reliquorum expoſitio conformanda. Ac ſi vel maxime proprium et genuinum omnium locorum ſenſum non aſſequamur, tamen ſufficit nihil contra *fidei ἀναλογίαν* in illis interpretandis proferre." Hollaz Examen theologic. Ed. R. Teller. p. 161. „Anal. f. eſt harmonia dictorum bibliorum, ſive eſt typus doctrinae, claris et perſpicuis teſtimoniis ſcripturae ſuperſtructus." — Baumgarten *Glaubensl.* I. 44. „Nexus, quo articuli fidei tam inter ſe, quam cum fine ſuo cohaerent, atque exinde enata *relatio* eorundem ad ſe invicem vocatur analogia fidei, — quae requirit primo, ut omnes doctrinae ſint homogeneae, ſeu tam commune principium quam finem eundem habeant, ſecundo ut ſe invicem determinent, atque tertio ſuum ſingulae locum ſ. ordinem occupent." Carpov. Theol. dogm. I. 240. „Nexus veritatum ad ſalutem neceſſariarum dicitur anal. fid. Nexus autem eſt — ea veritatum ad ſe invicem *relatio*, ut una contineat in ſe alterius rationem." Buddeus Inſtitutt. Th. dogm. 47. *ἀναλογίαν τῆς πίστεως* nexum, concentum et ſummam nominat praecipuorum doctrinae ſacrae capitum, ſeu articulorum fundamentalium, qui arctiſſimo inter ſe vinculo connexi, normam velut ac regulam conſtituant, ad quam cuncta exploranda ſint, atque exigenda. — Morus Epit. Th. Chr. 14. „Summa illarum propoſitionum, evidenter et perſpicue exſtantium in Scr. ſ. nominatur analogia doctrinae (*πίστεως*), quatenus eſt norma iudicandi de ceteris, et veluti typus doctrinae." Reinhard *Dogm.* 35. „Analogia fidei eſt ſumma religionis, in ſcripturis tam evidenter tradita, ut omnibus manifeſta ſit."

d) Cf. Origen. c. Celſ. VII. 20. V. I. p. 708. ed. De la Rue. *Φαμὲν τοίνυν, ὅτι ὁ νόμος διττός ἐστιν· ὁ μέν τις πρὸς ῥητὸν, ὁ δὲ πρὸς διάνοιαν, ὡς καὶ τῶν πρὸ ἡμῶν τινες ἐδίδαξαν. — ᾧ ἀκολούθως καὶ ὁ Παῦλος τὸ μὲν γράμμα εἶπεν ἀποκτείνειν, ὅπερ ἴσον ἐστὶ τῷ πρὸς τὸ ῥητὸν· τὸ δὲ πνεῦμα ζωοποιεῖν, ὅπερ ἰσοδυναμεῖ τῷ πρὸς διάνοιαν.*

e) (G. L. Bauer) Dicta claſſica V. T. notis illuſtrata. L. 1798. II Voll. (W. D. Fuhrmann) *Exeg. Handb. f. d. bibl. Beweisſtellen in der Dogmatik.* T. I. L. 1795. T. II. Abth. 1. 1802. — Bretſchneider *Handb. d. Dogm.* I. 280 ff.

f) Hyperius Topica theologia. Baſil. 1573. Teller Topice ſcripturae, in Opuſcc. varii argum. Frcf. ad V. 1780.

§. 25.

Continuatio.

In constituenda demonstrandaque analogia scripturae s. omni modo fugienda est quaecunque librorum ss. interpretatio allegorica, sensum inferens, non efferens, qualis iam a Philone [a]), Origene [b]), et nostris temporibus, alia quidem forma, a Kantio [c]), Fichtio [d]) aliisque commendata est. Strenue contra tuenda atque sequenda est explicandi ratio grammatico-historica [e]), unice vera optimisque interpretibus probata [f]), quae, sicut in quovis alio vetere scriptore, non nisi aevi sui ingenium referente, recte initur ad verum eius sensum inveniendum, ita unam eam ostendit viam, qua ad scripturam s. probe intelligendam pervenire possimus. Accedit, quod scriptores ss. nusquam se occultum quendam sensum allegoricum verbis ab ipsis prolatis subiecisse professi sunt. Quodsi vero hac via ingredientibus nobis non omnium scripturae s. dictorum consensum absolutum atque perfectum agnoscere licet, adeo, ut potius varios de dogmatibus quibusdam doctrinae *typos* (τρόπους παιδείας) inveniamus [g]), quos scriptores ss., non omnino sibi constantes, Deo ipso permittente, quasi ad ingenia lectorum exercenda, proposuerint, et quorum alii notiones ac sententias Christi aetate divulgatas eidemque satis accommodatas referunt, alii puriorem religionis doctrinam exhibent, omnibus omnium temporum hominibus probandam; ut porro multa reperiamus explicatu difficillima, imo nonnulla, quae ipse Origenes οὐκ ἀληθῆ, ἄλογα, καὶ ἀδύνατα dicere haud dubitavit [h]): eorum potissimum analogiam et consensionem studiose anquirere debemus, quae, per se satis perspicua, vere divini sunt argumenti; quatenus scilicet cum vera numinis atque virtutis idea menti nostrae a Deo insita [i]) et per Christum Apostolosque confirmata (Io. 4, 24. Act. 17, 27. Rom. 2, 14. 15. 1 Petr. 1, 15.) et cum religionis omnibus omnium tem-

porum hominibus deſtinatae (Matth. 28, 18. 19.) indole bene conveniunt, aut hiſtorica atque ſymbolica quadam ratione, ad rudiorum potiſſimum ingeniorum captum accommodata, verae religionis ideas apte adumbrant [k]). Quum enim theologi omni tempore fruſtra in eo elaboraverint, ut diverſos illos doctrinae typos qualescunque inter ſe conciliarent, ad ſyſtema ſententiarum dogmaticarum omnibus numeris abſolutum inde exſtruendum, non eſt, quod religioni nobis ducamus, eos iam discernere atque ſeparare, et, non niſi purioris doctrinae typum ſequendo, reliquorum ex aevi incultioris notionibus repetendorum uſu tantum ſymbolico conſervato, novum aliquod ſyſtema proponere, quod, eodem iure ac vetus illud, et ipſum *poſitivum* dicere licet, quatenus ſcilicet argumentum eius auctoritate divina *interna*, i. e. ſanae rationis, divinae veritatis luce colluſtratae, aſſenſu comprobatum, indubitatis etiam ſcripturae ſ. effatis, tanquam auctoritate divina *externa* confirmatur. Sic hominibus cultioribus, quibus veritas ipſa per ſe accepta eſt, aeque ac incultioribus, quos non niſi externa quaedam auctoritas movet, bene conſulitur. Dolendum quidem eſt, non de omnibus, quae in Evangeliis Ieſu Chriſto tribuuntur, effatis ſatis conſtare, an recte in eum collata ſint; nonnulla enim aperte inter ſe pugnantia facile ſuſpicionem movent, ea non ab uno eodemque auctore ſapientiſſimo profecta eſſe. Nihilominus ſatis multa exſtant, e quibus verior divini huius doctoris doctrina, miſſis quaecunque ſpeciem atque ingenium aevi rudioris prae ſe ferunt, cognoſci ideaeque aeternum valiturae univerſales ad purioris eius doctrinae ſyſtema aliquod concinnandum repeti poſſint [l]). Verum ſi quis quaerat, quonam iure nos puriorem tantum doctrinae biblicae normam pro vere divina et unice nobis ſequenda habeamus, provocamus ad mentis humanae indolem (§§. 11. 12.), qua ad cognitionem rerum perfectiorem ſibi comparandam eamque ſemel intellectam

strenue defendendam necessario ducitur, ad diserta Iesu Christi ipsius (Matth. 9, 16. 17.) et Apostolorum effata (§. 27.), et ad exemplum disciplinae nostrae evangelicae instauratorum, qui scripturam s. recte explicandam pro unico doctrinae fundamento posuerunt, et, non omnia se penitus absolvisse libere professi, veram *Protestantismi* indolem universam quidem bene adumbraverunt, sed singulas doctrinas posteris rectius constituendas reliquerunt. Ceterum in s. codice interpretando hoc agamus, ut explicationi grammatico-historicae pium animum adiungamus et verum scriptoris s. sensum bene exploratum, quoad eius fieri possit, ad usum nostrum transferamus; neque immemores simus divinae illius providentiae, quae in quavis cognitione hominibus vel impertienda vel deneganda consilium sequitur sapientissimum, et, licet nos lateat, pia mente venerandum.

a) Quod Deus immutabilis. p. 301. 2. De linguarum confusione. 339. 40. De somniis. I. 599. 600. al. Stahl *Philo's Lehrbegriff;* in Eichhorn *Bibl. der bibl. Lit.* IV. 792 ff. Henr. Planck Commentatio de principiis et cauſſis interpretationis Philonianae allegoricae. Gott. 1806. Omnino e scriptis Philonis, qui recte dicitur praecipuus auctor, ex quo doctrina religionis et formulae theologicae inter Graecos Iudaeos, tempore religionis Chr. nascentis, usurpatae possint cognosci, etiam ratio V. T. loca interpretandi in N. T. libris adhibita satis illustratur.

b) *Περὶ ἀρχῶν.* l. IV. §. 1—8. 12 ff. — Similiter Augustinus interpretationem librorum ss. allegoricam et mysticam saepius commendavit, „quidquid in sermone divino neque ad morum honestatem, neque ad fidei veritatem propria referri potest, figuratum esse" censens. De doctrina Christiana. II. c. 33. J. G. Rosenmüller Hist. interpretationis librorum ss. P. I. Hildburgh. 1795. Flügge *Vers. einer Gesch. d. theol. Wissenschaften.* I. 351 ff. II. 249 f. Meyer *Gesch. d. Schrifterklärung.* I. Gött. 1802. 41 ff.

c) *Religion innerhalb d. Grenzen d. Vernunft.* 149 ff.

d) *Anweisung zum seligen Leben.* B. 1806. 157 ff.

c) Bretſchneider *Handb. d. Dogm.* I. 260 ff. Ei. *Entwickl. d. dogm. Begr.* 347 ff. Lutherus et antiquiſſimi eccl. Luth. theologi, inprimis Gerhardus (Loc. theol. I. c. 25. p. 227.), ſcripturae ſ. unum ſenſum ex linguae indole et orationis nexu, adiuvante ſpiritu ſ., eruendum tribuerunt, ſenſum *literalem* ſ. *verbalem*, vel *proprium* vel *figuratum* ſ. *tropicum*. Calovius, Quenſtedtius, Hollazius praeter illum ſenſum etiam *myſticum* ſ. *ſpiritualem* libris ſſ. ineſſe voluerunt, quem quidem ſpiritus ſ. non diſerte verbis ſubiecerit, ex quo tamen *ſpiritualis* quaedam *applicatio* ſ. accommodatio dicti alicuius oriri poſſit. Baumgartenius, Baierus, Buddeus et al. primum quidem in ſenſum verbalem, tum vero in myſticum illum inquirendum ſtatuerunt et hunc quidem eſſe triplicem, *typicum* (§. 13.), *allegoricum*, qui rebus externis et viſibilibus tanquam imagine coeleſtes et ſpirituales adumbret, et *parabolicum*, ubi praeter id, quod parabola docet, caſus cuiusdam futuri inſit ſignificatio. Sic, qui in latrones incidit, ſignificat genus humanum peccato depravatum, Samaritanus Chriſtum. Erneſtius demum et Semlerus, quorum ille *grammaticam*, hic *hiſtoricam* commendabat interpretandi rationem, arbitrariam illam abrogarunt, adſtipulantibus optimis interpretibus. Bretſchneider *Die hiſt.-dogmat. Auslegung des N. T.* L. 1806. D. K. A. G. Keil *Lehrbuch d. Hermeneutik des N. T. nach Grundſätzen d. grammatiſch-hiſtor. Interpret.* L. 1810. 7 ff. Keil *u.* Tzſchirner *Analekten für d. Stud. d. exeget. u. ſyſtemat. Theol.* B. I. St. 1. *Vertheidigung d. grammat. hiſt. Interpret. d. Bücher des N. T. gegen die neuerlich wider ſie erregten Zweifel u. ihr gemachten Vorwürfe*, v. D. Keil. p. 47 ff. Ei. Opuſcula acad. ad N. T. interpretationem grammatico-hiſtor. et theol. chr. origines pertinentia. Ed. Goldhorn. L. 1821. N. III. p. 84 ff. XIII. p. 377 ff. Omnino *interpretari* ſcriptorem aliquem nil aliud eſt, quam docere, quamnam ſententiam ille ſingulis libri ſui verbis dicendique formulis ſubiecerit, vel efficere, ut alter librum eius legens eadem cogitet, quae ipſe ſcribens cogitavit; id quod fit tum lingua ſcriptoris, tum *περιστάσεσιν* hiſtoriae ſubiacentibus, quae ad ſcriptorem et ad tempus, quo ſcripſit, pertinent, bene cognitis. Cf. quae commentatus eſt Stäudlin Pr. de interpretatione librorum N. T. hiſtorica non unice vera. Gott. 1807. 4. et in l.: Ammon *u.* Bertholdt *Krit. Journal der neueſten theol. Lit.* B. I. St. 4. 1814. B. II. St. 1. de ſublimiore aliqua ſeu philoſophica libros ſſ. explicandi ratione, quae tamen, niſi prius recte adhibita grammatico-hiſtorica illa interpretatione, admitti nequit. Idem fere ſtatuendum eſt de interpre-

tandi ratione, quam commendavit F. G. Germar *Die panharmonische Interpretation der h. Schr.* Schlesw. 1821. p. 364 ff. — Interpretationem quandam *typicam* et *allegoricam* cum historico-grammatica coniungendam denuo commendavit H. Olshausen *Ein Wort über tiefern Schriftsinn.* Königsb. 1824. Cf. *Allg. Lit. Zeit.* 1825. Nr. 310. In interpretandis ll. ff. saepius in eo peccatum esse videtur, quod discrimen inter *explicationem* veri scriptoris sensus et inter *applicationem* s. accommodationem eiusdem neglectum est.

f) V. prae ceteris J. A. Ernesti Diss. pro grammat. interpret. ll. ff. (Opp. phil. et crit. ed. 2. p. 225 ff.) „Falsum est, modum interpretandi a rebus ita adfici, ut in alia re alia interpretandi ratio esse debeat. — Quodsi rerum diversitas diversam desideraret interpretationem, necessarium foret, ut tot essent interpretationum genera, quot rerum, quo nihil dici stultius potest." Cf. F. A. Wolf *Darstellung der Alterthumswissensch.*; in *Mus. d. A. W.* T. I. P. I. 37 ff. et quos laudat Friedemann in Pr. supra l. p. 16. Add. Gurlitti Progr. a. 1822 ed. p. 6., ubi praeter alia haec potissimum praecipiuntur: *Primum* est, utrumque codicem s. explicandum esse ex legibus hermeneutices communibus, ideoque, ut quemlibet alium librum antiquitatis, ex lingua, moribus, opinionibus, et cogitandi cogitataque eloquendi modis, illo tempore, quo scriptus, et in illo populo, cui scriptus est, usitatis; nullo autem modo scriptores ll. suas et proprias quasdam sibi poscere interpretandi regulas. *Alterum* est, scripta ll. non philosophos, non dialecticos et grammaticos auctores habere, qui mentis animique sensa ἀκριβεστάτως verbis expresserint, ut nusquam dictio aut uberior sit aut parcior, ut nusquam obscure quid aut ambigue dictum reperiatur, quod non rationis adiumento vel limitandum, vel amplificandum, vel illustrandum et ulterius patefaciendum sit, ut in locis de praedestinatione, de inimicorum et hostium amore, etiam in iis, quae secum pugnantia tradere videntur. Unde sequitur, verba et locutiones scriptorum ll. non ubique urgenda esse et dialectice premenda, sed ex usu hominum, quanquam piorum nec omnino rudium, tamen ad modum quotidiani sermonis ac vitae communis loquentium, accipienda, qui laxius alia, alia angustius, pro re nata aut pro animi impetu enuntiare solent. — Contra eos, qui cum Harmsio nuper conquesti sunt (*Thesis* 87.): „*Die Vernunftreligion will von keiner Auslegung wissen, ausser von der, die sich jeder Kopf für heute und vielleicht für morgen macht*"; cf. quae Ernestius bene monuit (Institutio interpretis N. T. ed. 5. cur. Ammon. L. 1809. p. 30 s.): „Illud quoque intel-

ligitur, rationem ſenſus verborum in libris ſacris indagandi non magis eſſe arbitrariam, quam in ceteris libris, ſed pariter adſtrictam certis a natura linguarum ductis legibus; eaque de cauſa perabſurde facere, qui librorum divinorum interpretationem, deque ſenſu verborum divinorum iudicium, humano, ut pontificis Romani, iudicio (arbitrio) ſubiiciant." Schreiter *Unpartheiiſche Kritik d. Behauptungen des Hn. P. Harms.* Eiſenberg. 1821. p. 104 ff. 180 ff.

g) *Sammlung abweichender Vorſtellungen d. neueſt. Schriftſteller üb. einen u. denſelben Gegenſtand.* II Thle. L. 1803. Ammon *Ausführl. Unterr. in d. Chr. Gl.* I. 338. Kaiſer *Bibl. Theol.* I. 124 ff.

h) Philocalia. c. 1. — In longe aliam ſententiam abierunt, vera librorum ff. interpretione nondum bene cognita, veteres formulae noſtrae defenſores, v. c. Gerhard L. th. II. p. 424. „Quum tota ſcriptura ſit ab immediato ſpiritus ſ. afflatu profecta ac θεόπνευστος, ideo etiam omnia in ea ſunt συναληθῆ, ac ſibi optime conſtant, ut nihil in ea occurrat contrarium, aut repugnans, aut ſecum diſſidens." Add. p. 213. „Scriptura ſui ipſius *infallibilis* eſt interpres — habet facultatem ſemet ipſam *infallibiliter* interpretandi." Calov. Syſtema locor. theol. I. 551. „Nullus error, vel in leviusculis, nullus memoriae lapſus — ullum locum habere poteſt in univerſa ſcr. ſ." Quenſtedt Theol. did. polem. I. 112.

i) Ammon *Ausführl. Unterr.* 309 ff.

k) Greiling *Theophanien, oder über die ſymbol. Anſchauungen Gottes.* 201 ff. De Wette *Ueb. Rel. u. Theol.* 185 ff.

l) G. Ch. Müller *Vom Wahren u. Gewiſſen.* II. L. 1822. 142 f. „*Der ſchöne Kern liegt in mehr als einer Hülle. Es gehört nicht gemeine Kenntniſs dazu, das Reine, Wahre zu finden, das in Geſchichte, in Zeitideen, in Accommodationen, in Localitäten für uns verhüllt iſt, die wir eine ganz andere Denkweiſe, Sprache, Vorſtellung haben, unter einem ganz andern Himmel leben, ein ganz anderes Volk ſind. Daher iſt durch die Bibel nicht weniger Irrthum und Aberglaube verbreitet, als verdrängt worden, und in den Händen des Volks wird ſie immer ein miſsliches Geſchenk bleiben, ſo lange man die Mittel verſchmäht, mit ihr zugleich auch das rechte Verſtändniſs zu verbreiten, wodurch ſie allererſt dem Volke ein wahres Gottesbuch wird, und groſsen und reichen Segen ſtiftet.*"

§. 26.

§. 26.

De accommodatione.

Ut perfecta efficeretur scripturae s. analogia, nostris temporibus denuo provocatum est ad accommodationem (συγκατάβασιν), quae dicitur, qua usi Iesus et Apostoli ad opiniones populares, etiam vanas, se demisisse putantur. Accommodatio, quae tradendae religionis doctrinae adhiberi potest, vel ad *materiem*, vel ad *formam* institutionis atque doctrinae, vel ad utramque pertinet, eaque, quae ad materiem spectat, vel *negativa* est, vel *positiva* (accommodatio stricte sic dicta). Iesum et Apostolos accommodatione usos esse *formali*, probatur universa religionis tradendae methodo et argumentationibus κατ' ἄνθρωπον, quas in docendo eos secutos esse partim evangelistarum testimonio (Matth. 12, 1—8. 22, 31. 32.), partim ipsa Apostolorum professione (1 Cor. 3, 1. 2. 9, 20 ff. Gal. 3, 15. Hebr. 5, 11—14.) constat. Omnino autem huc referenda est dictio *gnomica* et *parabolica* ab Iesu usurpata. Iesum vero et accommodationem *negativam* haud repudiasse, ipse declarat Io. 16, 12. Neque negari potest, quod pluribus N. T. locis haud obscure significatur (Matth. 17, 27. 19, 8. Io. 5, 34. Rom. 14, 1 ff. 1 Cor. 9, 20—22. Gal. 3, 15.), methodo illa religionis doctorem, qui, ipso Paulo Apostolo auctore (1 Cor. 9, 22.), quovis modo licito aliquos servare studebit, abstinere non posse. Verum accommodatione *positiva*, opiniones vanas prae se ferente, usum esse Iesum, quemadmodum a Paulo (Act. 16, 3.) et Petro (Gal. 2, 11 ff.) factum videmus, hac tantum ratione satis probari posset, ut Iesum aliter coram populo, aliter coram amicis et discipulis de placito quodam tradidisse demonstraretur; cuius rei certa vestigia in libris ff. frustra quaeruntur. Quodsi igitur eiusmodi accommodationem, quam quidem optimo recte faciendi consilio adhibitam esse dixeris, in Iesu institutione admittere nolueris, con-

cedendum esse nonnulli putant, illa effata, quibus ipse opinionibus Iudaeorum praeiudicatis ac falsis faviſſe videri possit, vel perperam intellecta atque relata esse a scriptoribus ſſ., vel iis adnumeranda, quae Iesus ipse, qui super aevi sui ingenium ac scientiam non omnino elatus fuerit, ignorare se profeſſus sit (Matth. 24, 36. Mc. 13, 32.), quaeque providentia divina posteritati emendanda tradi voluerit. Veruntamen sic potius hac de re statuendum videtur. Quum satis constet, Iesum Christum in doctrina religionis quam plurima vere, recte et intelligenter praecepiſſe, quae profecto non ab evangeliſtis, utpote eius ingenio multo inferioribus, ipsi supponi potuerunt, sed genuina eius et propria decreta haberi debent; fieri non potest, ut, si quae ei attribuantur ab iſtis prorsus discrepantia, quae populares quasdam nec satis perpurgatas seculi sui opiniones redoleant, ipsum inconstantiae aut insciantiae arguamus. Mitem potius summi doctoris sapientiam in eo agnoscere licet, qui communes populi sui errores, longinquitate temporis inveteratos, benigne et lente sanare, quam repente ac violenter omnes evellere et radicitus extrahere maluerit [a]). Itaque nihil impedit, quo minus Iesum nonnunquam, ut maioribus et potioribus religionis ac virtutis praeceptis aditum ad animos audientium pararet, si quid in leviori-bus errarent, hactenus toleraſſe statuamus; ut in iis connivendum, vel etiam ad ea quodam modo descendendum arbitraretur. Attamen si forte quaedam nobis occurrant in libris evangeliſtarum, ubi in graviſſimis doctrinae partibus Iesus a se ipse discesſiſſe, et sibi repugnaſſe videatur, multo est credibilius, iſtos eius discipulos, quippe ipsos falsis opinionibus et erroribus nondum omnino liberatos, nonnulla, praesertim imaginibus et symbolis apud Iudaeos pervulgatis involuta, perperam intellexiſſe verumque Iesu Christi consilium haud satis recte interpretatos esse, (uti patet e locis Matth. 6, 33. Luc. 17, 20. 21. Io. 3, 3. 5. 18, 36. coll.

Luc. 24, 21. Act. 1, 6. 2, 30. — Matth. 5, 17. coll. Io. 4, 21 ff. — Matth. 13, 13. coll. Marc. 4, 12. et Luc. 8, 10. — Matth. 28, 18. 19. coll. Act. 11, 1—3. — Io. 10, 8. al.), quam sapientissimum illum generis humani praeceptorem in summis doctrinae capitibus sibi parum constitisse.

De accommodatione (cf. Cic. Verr. III. 28. init.) in sermonibus Iesu scriptisque Apostolorum non admittenda v. C. V. Hauff *Bemerk. üb. d. Lehrart Jesu, m. Rücksicht auf jüd. Sprach- u. Denkart.* 2. *A.* Offenb. 1798. Wolfg. F. Gess *Briefe üb. einige Zeitmaterien.* Stuttg. 1797. Storr *Lehrb. d. Dogm.* 2. *A.* 203 ff.; et quae in contrariam sententiam varie disputata sunt in Semleri Progr. acad. select. H. 1779. Behn *Ueb. d. Lehrart Jesu u. seiner Ap.* L. 1791. P. van Hemert *Ueb. Accomm. im N. T.* Dortm. u. L. 1797. (Böhme) *Neue Erklärung des höchst wichtigen Paulinischen Gegensatzes zwischen Buchstabe u. Geist.* Jen. 1799. Stäudlin *Dogmat. u. Dogmengesch.* 146 ff. Henke *Magaz.* V. 539. Schott Epit. Theol. Chr. Dogm. 2. *Ed.* 60 ff. Niemeyer *Briefe an Christl. Religionslehrer.* I. 94 ff.; quae in universum hac de re monita sunt in Reinhard *Syst. d. Chr. Moral.* III. 183 ff. 3. *A.* Ei. Opusc. ac. V. I. 475 ff. P. G. S. Vogel *Aufsätze theol. Inhalts.* II. St. 2. Henke *N. Magaz.* II. 249 ff. Bretschneider *Entwickl. d. dogm. Begriffe.* 3. *A.* 141 ff. Ei. *Handb. d. Dogm.* I. 2. *A.* 270 ff. — Non nova fuisse iudicia ea de re nuper prolata docuit Carus in Hist. antiquiore sententiarum eccl. Graecae de accomm. Christo inpr. et Apostolis tributa. 1793. 4. Henke *N. Mag.* II. 638 ff. J. Jahn *Nachträge zu seinen theol. Werken, nach s. Tode herausgeg.* Tüb. 1821. II. *Was hielten die Kirchenväter von der Accommodation?* p. 15 ff. „*Aus den hier aus Clemens Al., Tertull., Origenes, Athanasius, Chrysostomus und Hieronymus beigebrachten Stellen erhellt, dass sie die Herablassung, Dispensation und Oekonomie bis zur förmlichen Verstellung, List und Lüge zum Vortheil des Nebenmenschen ausdehnten, welchem Unwesen sich Augustin mit Nachdruck widersetzte, der aber hierbei doch die so beschränkte Accommodation, dass sie nicht zur förmlichen Lüge wird, nicht leugnet.* Ep. 76. a. 404 ad Hieron. scripta." P. 86. eiusd. l. auctor hanc regulam proposuit: „*Wenn zwei unvereinbare Vorstellungen und Angaben von einer und eben derselben Sache, Wirkung, Begebenheit oder Handlung in der Bibel, besonders in dem Munde eben derselben Person, oder in den Schrif-*

ten eben deſſelben Autors vorkommen: ſo muſs eine von denſelben nothwendig eine Accommodation, eine Herablaſſung zu den gemeinen Vorſtellungen, eine Bequemung zu dem herrſchenden Sprachgebrauch ſeyn."

a) De Wette *Chriſtl. Sittenlehre.* III. B. 1823. p. 131 f.

§. 27.

Utrum religio Chriſtiana ad maiorem perfectionem evehi poſſit?

Abſolutam ſcripturae ſ. analogiam anquirentes theologorum praeſertim recentiorum nonnulli in eo elaboraverunt, ut religionem Chriſtianam maioris perfectionis capacem eſſe probarent; quo facto quicunque ſcripturae loci analogiae repugnare viderentur, eorum argumentum ſenſim emendari ac corrigi poſſet. Omnino autem in religionem maior perfectio cadere dicitur non tam ſenſu quodam *ſubiectivo*, quatenus eius cognitio in hominibus perfectior reddi poteſt, quam *obiectivo*, ita, ut ea religionis doctrinae intelligatur indoles, quae permittit adeoque adiuvat et methodi et ipſius argumenti emendationem temporis ſucceſſu ſuscipiendam a). In qua eius indole commonſtranda reſpici debet *primum* ad homines, quibus ab initio doctrina illa tradita fuit, rudiores multisque opinionum commentis imbutos, et ad conſilium Ieſu ipſius religionem ſuam omnibus omnis aevi hominibus (Matth. 28, 19. 16, 18. add. Col. 1, 23.) et iis, qui populo Iudaico multo cultiores futuri eſſent, deſtinantis; *tum* ad Ieſu effata (Io. 8, 32. 16, 12. cf. 1 Cor. 13, 10. Eph. 5, 10. 1 Theſſ. 5, 21. 1 Io. 4, 1.) et ad eiusdem actiones, quibus ipſe ſignificavit, ſupereſſe quaedam in rel. doctrina a ſe inſtituta, quae a discipulis vel ſupplenda vel emendanda eſſent. Sic accurate obſervavit religionis Iud. cultum externum, ab Apoſtolis demum ſenſim abrogatum (cf. Io. 4, 21 ff. Matth. 9, 16. 17.). *Deinde* provocare licet ad religionis ab Ieſu et ab Apoſtolis traditae ipſum

argumentum, non omni numero absolutum [b]); *praeterea* ad historiam doctrinae ecclesiasticae, temporis successu, id quod et Iudaicae religioni contigit, emendatae; *denique* ad omnium artium et disciplinarum, quae ad humanitatem pertinent, commune vinculum atque cognationem, qua efficitur, ut lumen quoddam uni alterive affusum et reliquas collustret. Quae si cogitaveris, haud miraberis, iam inde a rei Christianae primordiis apud *Gnosticos* [c]), *Montanistas* [d]) et Clementem Alex. [e]) notionem quandam de religionis doctrina emendanda reperiri, cum persuasione de revelatione supernaturali ac miraculosa quidem minime conciliandam (§. 11.). Videndum tamen est, ne universum fidei fundamentum evertatur, ne sua quisque de religione commenta eiusdem doctrinae obtrudere conetur, neque symbolicae idearum adumbrationes historicaque earum quasi involucra, quae libris ss. insunt, plane reiiciantur, quum verae religioni, virtuti ac tranquillitati hominum haud officiant, imo ad eas promovendas et confirmandas, in institutione praesertim populari, plurimum conferant. Qua religionis Christianae emendatione, ad *Rationalismi* quidem praecepta accommodate, suscipienda omnem eius doctrinam in theologiam rationalem, quanquam *formale* tantum nec *materiale*, quod dicitur, discrimen inter religionis Chr. doctrinam puriorem et theologiam rationalem intercedit [f]), abire debere, haud sequitur. Perfectior tantum ut magis magisque inde evadat *Christianismus* ille, qui, nonnullis ipsius N. T. locis adumbratus, homini τελείῳ etiam (1 Cor. 14, 20.) optime accommodatus sit, enixe studeamus necesse est, μέχρι καταντήσωμεν οἱ πάντες – εἰς ἄνδρα τέλειον [g]) · – ἀληθεύοντες δὲ ἐν ἀγάπῃ, αὐξήσωμεν εἰς αὐτὸν τὰ πάντα, ὅς ἐστιν ἡ κεφαλὴ, ὁ χριστός. Eph. 4, 13 ff. (Io. 18, 37. 1 Cor. 13, 8 — 13.)

a) Semler *Abhandl. von freier Untersuch. des Canon.* H. 1771. Abh. I. 120 ff. II. 320. Ei. praefat. ad Farmer *Briefe üb. die Dämonischen.* H. 1783. 22 ff. Zus. 132. 224. et alia ei. scripta.

Hic primus inter theologos ecclesiae Lutheranae sententias vere divinas aeternumque valituras, quae in libris ss. propositae sint, ab iis distinguendas esse docuit, quae solis certorum locorum temporumve rationibus accommodatae fuerint. — G. Ephr. Lessing *Die Erziehung d. Menschengeschlechts.* B. 1780. §. 71. W. A. Teller *Die Rel. d. Vollkommnern. Als Beilage zu dessen Wörterb. u. Beitrag zur reinen Philos. d. Christenthums.* B. 1792. (Krug) *Briefe üb. d. Perfectibilität. d. geoffenb. Rel.* Jen. u. L. 1795. 96. (Cf. quae contra huius sententiam monita sunt in Eichhorn *Allg. Bibliothek d. bibl. Lit.* V. VI. 561 ff.). (Böhme) *Neue Erklär. d. Paulin. Gegensatzes, Buchst. u. Geist.* 1799. Tieftrunk *Die Relig. d. Mündigen.* B. 1800. Niemeyer *Briefe an Christl. Religionslehrer.* I. 93 ff.

b) Huc referri possunt diversae illae, quae super singulis dogmatibus in N. T. ll. exstant, docendi formulae, (v. §§. 98. 100. 106. 145. al.), expositio doctrinae passim manca neque satis definita, v. c. super attributis divinis, vita aeterna, liber Apocalypseos tot., inprimis doctrina de Iesu Messia ad notiones Iudaicas accommodata (§. 120. *b.*), v. Bertholdt Christologia Iudaeorum. praef. p. XV. „Omnes rerum sacrarum bene gnari probe norunt, omnia, quae in doctrina christiana Christologiam Iudaicam seu Messianismum sapiunt, mere esse σχηματισμὸν, quo Numen supremum ceu fulcro seu vehiculo usum est, ut nova doctrina divinitus patefacta animis Iudaeorum insinuaretur atque eo ceu fundamento, haud vero perenni, sed tamen opportuno, superstruatur." Eandem sententiam professus est Ammon *Bibl. Theol.* II. p. 7 s. 339. „*Sollen wir immer Juden bleiben, die ihren Messias vom Himmel erwarten* (Kant *Relig. innerh. d. Gr. d. Vern. S.* 238.)*? Jesus hat die Lehren von seiner Würde, von der Auferstehung der Todten und dem Weltgericht exoterisch und esoterisch vorgetragen. Warum soll es uns nicht erlaubt seyn, die letzte Lehrmethode vorzuziehn, und die Religion Jesu von dem Messianismus zu unterscheiden.*" 415 s.

c) Irenaeus adv. haeres. l. III. c. 2. p. 230. ed. Par. „Adversantur traditioni, dicentes, se non solum Presbyteris, sed etiam Apostolis existentes sapientiores, sinceram inveniisse veritatem; App. autem admiscuisse ea, quae sunt legalia salvatoris verba; et non solum App., sed etiam ipsum Dominum modo quidem a Demiurgo, modo autem a medietate, interdum autem a summitate feciisse sermones; se vero indubitate et incontaminate et sincere absconditum scire mysterium."

d) Tertull. de velandis virgin. c. 1. De praescriptionibus adv. haeret. c. 52.

e) Strom. I. 278. ed. Col., ubi philosophiam quoque a divinae providentiae efficacia repetendam esse docet. 282. 88. 90. Ὁ φιλαλήθης Πλάτων, οἷον θεοφορούμενος, ὡς ἐγὼ τοιοῦτός, φησιν, ὁποῖος οὐδενὶ ἄλλῳ ἢ τῷ λόγῳ πεῖθεσθαι· ὡς ἂν μοι σκοπουμένῳ βέλτιστος φαίνοιτο. αἰτιᾶται γοῦν τοὺς ἄνευ νοῦ καὶ ἐπιστήμης δόξαις πιστεύοντας· ὡς μὴ προσῆκον, ἀφεμένους τοῦ ὀρθοῦ καὶ ὑγιοῦς λόγου, τῷ κοινωνοῦντι τοῦ ψεύδους πιστεύειν.

f) Henke *Museum f. Religionswissenschaft.* B. III. 1806. 305 ff. „*Ob der Lehrer des Christenthums wesentlich vom Lehrer der Vernunftreligion unterschieden sey.*"

g) Addere liceat Jo. Alph. Turretini in Cogitatt. et dissertt. theolog. Genev. 1737. III Voll. 4. I. §. 70. praeclare dictum: „Theologia haud absimilis est arti statuariae, quae non tam adiiciendo, quam abradendo opera sua perficit. Tantum materiae inutilis vel noxiae abscindendum est, donec id, quod supererit, sit novus homo ad Dei imaginem sculptus;" et Fr. Köppen *Philosophie d. Christenthums.* 193.: „*Es wäre an der Zeit, aus der Hülle des Christl. Dogmatismus das echte Christenthum zu entfalten, und dadurch sowohl dem Dogmatismus eine lebendige Bedeutung zu geben, als auch die Gläubigen mit einem gemeinschaftlichen Bande der Liebe zu vereinigen, zu Gliedern und Theilnehmern einer grosen freien Erdengemeine. Solches Unternehmen würde sich als eine philosophische Aufhellung der Christl. Dogmatik zu erkennen geben.*"

§. 28.

Historia dogmatices.

Historia theologiae dogmaticae *a*), a dogmatum historia *b*) probe dignoscenda, universae theologiae, e cuius ambitu th. dogmatica sero tandem systematica quadam forma induta processit, et originem et conversiones complectitur. Quum dogmatices partes in eo recte ponantur, ut *primum* fontes dogmatum sedulo inquirat, *deinde* dogmata inde derivata ordine certo exponat, *postremo* dogmata illa ad rationis principia exacta illustret (§. 20.); in universum ex historia huius disciplinae notandum est: ante Lutheri et socio-

rum reformationem ſacrorum maxime ſecundae iſti legi, inde ab eo tempore primae et ſecundae, et nuper demum inde a Kantio potiſſimum tertiae quoque legi ſatis fieri coeptum eſſe. Religionis Chriſtianae doctrina inde a ſeculo ſecundo extremo tum philoſophiae, inprimis Alexandrino-Platonicae [c]), aliarumque literarum uſu (*τῆς γνώσεως* §. 14. *d.*), tum occaſione obortarum circa diverſos locos disceptationum a ſimplicitate formaque populari, doctorum Iudaicorum inſtitutioni accommodata, qua Ieſus et Apoſtoli eam tradidere, magis magisque receſſit ſingulisque adaucta eſt dogmatibus. Deinde a ſeculo fere quinto partim in ſententiarum, e ſcriptis Patrum collectarum, ſarraginem [d]) diſſoluta eſt, partim, praeeunte Iſidoro Hiſpalenſi [e]), ſeculo octavo ab Ioanne Damaſceno [f]) in artis ſcientiaeque formam redigi et in theologiae ſyſtematicae ſpeciem abire coepit; quam poſtea Scholaſtici [g]) doctores *Sententiarii* [h]), *Summiſtae* [i]), *Quodlibetarii* ſ. *Eclectici* [k]), adverſarios nacti theologos myſticos [l]), adiuncta philoſophiae Ariſtotelicae ſubtilitate, vario modo plenius effingere conati ſunt. Multitudine tamen formularum inde enatarum, ſuperſtitionum vi ingraveſcente et impotentia clericorum effectum eſt, ut verſus initium ſeculi XVI omnis verae religionis et disciplinae theologicae efficacia et dignitas tantum non omnis opprimeretur.

a) Buddeus Iſagoge hiſt. theol. ad Th. univ. l. II. c. 1. 7. Semler *Einleit. in d. dogm. Gottesgelehrſ.*; praemiſſa eſt III Voll. operis ab ipſo editi J. S. Baumgarten *Ev. Glaubensl.* H. 1759. 60. Cramer *Fortſ. v.* Boſſuet's *Einleit. in d. Geſch. d. W.* B. V ff. (J. G. Gaab) *Erſte Linien zu einer Geſch. d. Dogmat.* 1785. Planck *Einleit. in d. theol. Wiſſenſchaften.* II. 500 ff. Chr. Gottfr. Heinrich *Verſ. einer Geſch. d. verſchiedenen Lehrarten der Chr. Glaubenswahrheiten u. d. merkwürdigſten Syſteme u. Compendien derſ., von Chriſto an bis auf unſere Zeiten.* L. 1790. Flügge *Verſ. einer Geſch. der theol. Wiſſenſch.* I. 462 ff. II. 378. III. 54 ff. Ei. *Einleit. in d. Geſch. d. theol. Wiſſenſch.* H. 1799. Beck Commentt.

135 ff. Ammon *Ausf. Unterr. in d. Chr. Gl.* I. 322 ff. Stäudlin *Dogm. u. Dogmengesch.* 49 ff. Bretschneider *Handb. d. Dogm.* I. 2. *A.* 47 ff. De Wette *Dogm. d. evang. luth. Kirche.* 2. *A.* p. 16 ff.

b) Ziegler *Ideen üb. d. Begriff u. d. Behandlungsart d. Chr. Dogmengesch. N. Theol. Journal.* XII. 325 ff. — Dionysius Petavius de theologicis dogmatib. V Voll. Par. 1654. Ed. 2. (Jo. Clerici) Antv. IV Voll. 1700. Münscher *Handb. der Christl. Dogmengesch.* I. II. Marb. 2. *A.* 1803. III. 2. *A.* 1804. IV. 1819. Wundemann *Gesch. d. Chr. Glaubensl. vom Zeitalter d. Athanas. bis Gregor. d. Gr.* II Voll. L. 1798. 99. Beck l. l. F. Münter *Handb. d. ält. chr. Dogmengesch., deutsch herausgeg. v.* Evers. Gött. 1802—4. 2 Bde. Augusti *Lehrb. d. Chr. Dogmensch.* 3. *A.* 1821. Münscher *Lehrb. d. Chr. Dogmengesch.* 2. *A.* Marb. 1818.

c) Meiners *Beitrag zur Gesch. d. Denkart. d. ersten Jahrh. nach Chr. Geb., in einigen Betrachtungen üb. d. neuplat. Philos.* L. 1782. Souverain *Vers. üb. d. Platonismus d. Kirchenvv. übers. v.* Löffler. 2. *A.* 1792. Cf. Keil Commentt. XIV. 1793—1804. de doctoribus vet. eccl. culpa corruptae per Platonicas sententias theologiae liberandis. H. N. Clausen Apologetae ecclesiae Chr. Ante-Theodosiani, Platonis eiusque philosophiae arbitri. Havn. 1817. Imm. Fichte de philosophiae novae Platonicae origine. B. 1818. H. E. F. Guerike de schola, quae Alexandriae floruit, catechetica, commentatio historica et theologica. PP. II. H. 1824. 25.

d) Primus eiusmodi sententias collegit Gennadius Massil. lib. de dogmatib. ecclesiast. Ed. Elmenhorst. Hamb. 1644. 4., posterius Iunilius, Episc. Afric., l. de partibus divinae legis. Frcf. ad V. 1603. et in Biblioth. max. PP. X. 342 ff.

e) Isidor. Hisp. sententiarum libri III. Ed. Col. 1617. 417 ff.

f) Ἔκδοσις ἀκριβὴς τῆς ὀρθοδόξου πίστεως. ll. IV. T. I. Opp. ed. Mich. le Quien. Par. 1712. f. Rössler *Bibliothek d. Kirchenväter.* Th. VIII. 246 ff.

g) Cramer *Fortsetzung v.* Bossuet's *Weltgesch.* Bd. V—VII. Schröckh *Kirchengesch.* XXIV. XXIX. XXXIV. Tiedemann *Geist d. speculativen Philosophie.* B. IV. V.

h) Petrus Lombardus, magistri sententiarum nomine ornatus, sec. XII. sentt. libros IV. composuit, ed. Lugd. 1618.

i) Petrus Abaelardus Introd. in Theol. ll. III. et Th. Chr. ll. V. opp. ed. Par. 1616. 4. Alexander ab Hales Summa

universae theologiae. Venet. 1576. IV Voll. fol. Albertus Magnus Summa theol. in opp. ed. Lugd. 1651. Thomae Aquinatis Summ. theologica, in opp. ed. Ven. 1745. 4.

k) Jo. Duns Scotus Quodlibeta et Commentaria in II. IV. sententiar. Antv. 1620. — Cramer *Forts. von* Boss. VII. p. 791.

l) Pseudo-Dionysii Areopagitae scripta (de hierarchia ecclesiastica; de hier. coelesti; de nominibus divinis; de theol. mystica; epp. Ed. Corderius Antv. 1634. Rec. Paris. 1644. II Voll. fol. cf. Baumgarten-Crusius Pr. de Dionys. Areop. Jen. 1823.) in latinum sermonem translata, theologiae mysticae originem praebuerunt. Schröckh *Kirchengeschichte.* XXIII. 113 ff. P. G. V. Engelhardt *Die angeblichen Schriften des Areopagiten Dionysius übersetzt u. mit Abhandlungen begleitet.* II Thle. Sulzb. 1823. — G. Arnold *Historie u. Beschreibung der mystischen Theologie.* Erf. 1703. — Adnumerantur theologis mysticis Bernhardus Claraevallensis, Hugo et Richardus de S. Victore, Bonaventura (Comm. in sent. Lomb. — Breviloquium. — Centiloquium. — Itinerarium mentis in Deum, in opp. ed. Ven. 1751. 4), Jo. Gerson (de mystica theol. T. III. P. II. 361 ff. ed. Dupin. 1706.), Jo. Tauler, Thomas a Kempis (de imitatione Christi. II. IV.) al. — Schröckh *Kirchengesch.* XXXIV. 6 ff. 269 ff. 283 ff. Schmidt *Der Mysticismus des Mittelalters, in seiner Entstehungsperiode dargestellt.* Jen. 1824.

§. 29.

Continuatio.

Revocata tandem, Luthero inprimis auctore, religionis doctrina ad puriorem formam e solis bibliis repetendam, Melanchthon primus edidit institutionis theologiae praestantioris exemplar [a]), ad methodum scholasticam quidem *syntheticam*, sed simpliciorem, compositum, quod, praeeuntibus theologis Reformatis [b]), bene imitatus est Chemnitius [c]). Verum haud multo post Theologiae evangelicae doctores, et inter se et cum Pontificiis contendentes, ad formulas artemque philosophiae Aristotelico-Scholasticae [d]), praesertim methodum eius *analyticam*, magis magis-

que deflexerunt, ita, ut, seiuncta doctrina de officiis Christianorum a dogmatum institutione [e]), huius partem polemicam potissimum [f]), summo cum detrimento liberalioris et frugiferi theologiae studii, per methodum *foederalem* a nonnullis adhibitam [g]) parum adiuti, tractarent atque exornarent. Quanquam dogmatices systema illud, e libris ecclesiae Lutheranae symbolicis maxime compositum, seculo XVII iam omnibus numeris absolutum et finitum esse videbatur, fieri tamen non potuit, quin per controversias [h]) *Socinianas*, *Arminianas*, *Syncretisticas* et *Pietisticas* [i]), itemque *naturalisticas* et *deisticas* [k]) et per emendatam, Ernestio et Semlero, qui et universae theologiae historicae novam lucem attulit, potissimum auctoribus, ss. librorum interpretationem aliisque de causis, inde a sexto seculi superioris decennio, theologis quidem haud paucis adhuc repugnantibus [l]), universa theologia sensim novam quandam laetioremque faciem induerit, eiusque institutiones etiam dogmaticae magis accommodate ad scripturae s. effata, cum sana ratione aut vere consentanea aut consentire visa, conformatae fuerint [m]). Quo facto ipsi theologi recentiores, qui orthodoxiae veteris speciem prae se ferebant, publicam quidem doctrinam ad scripturae s. potius argumentum, quam ad librorum symbolicorum normam revocantes, vario modo plus minusve ab illa recesserunt [n]). Quemadmodum philosophia *Eclectica*, *Leibnitio-Wolfianam* [o]), quae ad formam dogmatices praecipue mutandam adhibita est, secuta [p]), ita et *Kantiana* [q]), quae plurimum valuit ad criticen philosophicam acriorem solidioremque dogmatices cum ethice arctissime iungendae expositionem, ad theologiae Christ. usum, nonnullis tamen improbantibus [r]), translata est; neque defuerunt, qui philosophiam quandam nuper propositam, *Idealisticam* dictam, variis quidem rationibus usi, ad theologiae institutionem applicare conarentur, adeo, ut plurimi eorum, servatis veteris disciplinae

formis ac locutionibus, novum et antea inauditum sensum iis subiicerent [s]). Veruntamen neque illi, neque alii, qui vel cognitione exegeseos, historiae ac philosophiae accurata destituti, vel μισολογίᾳ quadam ducti, omnem doctrinam dogmaticam ad veterum theologorum decreta dudum profligata temere revocare studuerunt, conatuum suorum rationem aequis harum rerum iudicibus probare potuerunt [t]). Omnino iam eo perventum est, ut nostrae aetatis theologi longe plurimi atque doctissimi cum omnis religionis, tum theologiae dogmaticae fundamentum solidissimum in ethicis principiis et rationalis theologiae decretis indubitatis, ipsa scriptura s. duce, anquirere haud dubitaverint [u]); quanquam fuerunt inter eos, qui, parum quidem sibi constantes, sententiam de singulis dogmatibus ad rationis legem exigendis, nec, nisi stricte ad eam exacta fuerint, probandis, aperte profiteri non auderent neque eandem in tradenda theologia dogmatica fundamenti loco ponerent.

Planck *Gesch. d. Entstehung, Veränderung u. Bildung unseres prot. Lehrbegriffs.* 2. *A.* L. 1791—1800. IV Bde. Schröckh *Kirchengesch. seit d. Reformation, u. Fortsetzung v.* Tzschirner. 1804—10. IX Voll. Heinrich l. l. (§. 28.) Tittmann *Pragmat. Gesch. d. Theol. u. Rel. in d. protest. Kirche während der 2ten Hälfte des 18ten Jahrh.* I. Bresl. 1805. A. B. Manitius *Die Gestalt d. Dogmatik in der Luther. Kirche seit Morus.* Wittenb. 1806. (Fuhrmann) *Die Aufhellungen der neuern Gottesgelehrten in d. Chr. Glaubensl. von* 1760—1805. L. 1807. Ammon *Ausf. Unterr. in d. Chr. Glaubensl.* I. 423 ff. Stäudlin *Dogmat. u. Dogmengesch.* 54 ff. Münscher *Lehrb. der Christl. Dogmengesch.* 136 ff. — Tzschirner *Beurtheilende Darstellung d. dogmat. Systeme, welche in d. protest. Kirche gefunden werden; in d. Memorabilien.* Bd. I. St. 1. 2. 1810. 11. Ei. *Magazin f. christl. Prediger.* I. 1823. p. 1 ff. *Die Verschiedenheit der dogmatischen Systeme kein Hindernifs des Zweckes der Kirche.*

a) Phil. Melanchthon Loci communes rerum theoll. s. hypotyposes theologicae. Vit. 1521. Loci theoll. recentissime ab ipso Mel. recogniti sunt a. 1559. (Phil. Mel. Loci theoll.,

in fidem editionis primae MDXXI in memoriam iubilaei huius libri tertii, denuo editi et dissertationibus aliquot historicis et literariis illustrati a Jo. Chr. Guil. Augusti Th. D. et Pr. in U. Rhen. L. 1821.) Lutherus ipse huic operi primum post scripturam s. locum attribuit in Opp. ed. Walch. T. XXII. 1068. G. T. Strobel *Vers. einer Literärgesch. von* Ph. Mel. locis theoll. Altd. et Nürnb. 1776. — Primam locor. comm. adumbrationem a Mel. antea scriptam et ex ep. Pauli ad Rom. ductam repetiit et praefat. illustr. Friedemann Miscell. critt. V. II. P. 2. p. 354 ff. Viteb. 1824.

b) Huldrychi Zwingel Isagoge in evangelicam doctrinam. 1523. Rec. in Opp. T. I. 264 ff. Ei. Commentarius de vera et falsa religione. Turici. 1525. Rec. in Opp. T. II. 158 ff. Jo. Calvin Institutio christianae religionis. Bas. 1536. Aucta, ut propemodum opus novum haberi possit, ed. Genev. 1550; postrema ab auctore ipso curata prodiit a. 1558.

c) Mart. Chemnitz Loci theoll., quibus Ph. Mel. loci communes explicantur. Ed. P. Leyser. Frcf. a. M. 1591. 4. Ed. noviss. Vit. 1690. Add. Victorinus Strigel Loci theoll. in lucem editi labore et studio Chr. Pezelii. Neapoli Nemetum (*Neust. a. d. Hardt*). 1582—85. IV Voll. 4. et Nic. Selnecceri Institutionis religionis Christ. partes III. Frcf. 1573.

d) Leonh. Hutter Compend. locor. theoll. ex s. s. et libro concordiae collectum. Vit. 1610. Ei. Loci comm. theoll. Vit. 1619. 53. Frcf. 1661. f. Jo. Gerhard Locorum theoll. cum pro adstruenda veritate, tum pro destruenda quorundam contradicentium falsitate per theses nervose, solide et copiose explicatorum tomi IX. Jen. 1622. denuo ed. J. F. Cotta et absolvit G. H. Müller. Tub. 1762—89. XXII Voll. 4. Casp. Erasm. Brochmand Universae th. Systema, in quo omnes et singuli rel. Chr. articuli ita pertractantur, ut vera sententia adferatur et adseratur, controversiae expediantur —. Hafn. 1633. 2 Voll. 4. L. 1638. 4. Ulm. 1658. f.

e) Geo. Calixti Epitome theologiae. Goslar. 1619. Cum animadvv. G. Titii. Helmst. 1666. Calixti Epitome theol. moralis. Helmst. 1634. Cf. *Art. Calixt* in Ersch *u.* Gruber *Encyklopädie.* V. XIV.

f) Methodum *scholastico - analyticam*, praeeunte Calixto, pressius secuti sunt: Jo. Conr. Dannhauer (Hodosophia Christiana s. theol. positiva in certam, plenam et cohaerentem meth. redacta. Argent. 1649. L. 1713. 4.), Abr. Calovius (Systema locor. theoll. e sacra potissimum scriptura et antiqui-

tate, nec non adversariorum confessione doctrinam, praxin et controversiarum pertractationem exhibens. XII Voll. 4. Vit. 1655—77.), Jo. Musäus (Introd. in Theol. Jenae. 1678. 4.), J. Ad. Scherzer (Systema theologiae. L. 1680. 4.), J. A. Quenstedt (Theologia didactico-polemica. V. 1685. L. 1715. II Voll. f.), Dav. Hollaz Examen theologicum acroamaticum, universam theologiam thetico-polemicam complectens. Helmst. et L. 1707. Ed. nov. Roman. Teller. 1763. 4. — Moderatiores fuerunt J. W. Baier in Compend. theol. positivae. Jen. 1686. Ed. Reusch. 1757. et qui simpliciorem doctrinae liberalioremque eius formam exhibent Christ. Matth. Pfaff in Institutt. theologiae dogmat. et moralis. Tub. 1720. Jo. Franc. Buddeus Institt. theol. dogm. L. 1723. Ed. nov. 1741. 4. Mosheim Elementa theol. dogm. Ed. Chr. Em. de Windheim. Norimb. Ed. 2. 1764. 2 Voll.

g) Jo. Cocceius Summa doctrinae de foedere et testamentis Dei. Amst. 1648 et saepius rep. Herm. Witsius Oeconomia foederum Dei cum hominibus. Leov. 1677. 4. et s. rep. al. — Melch. Leydecker de oeconomia trium personarum in negotio salutis humanae. Ll. IV., quibus universa reformata fides ex certis principiis congruo nexu explicatur, demonstratur ac defenditur. Trai. ad Rh. 1682. 12. Parcius meth. illam attigit J. H. Heidegger Corpus theologiae Christ. Tig. 1700. 1732. II Voll. f. — E theoll. Lutheranis illos secutus est Jo. Wolfg. Jäger (Ius Dei foederale. Tub. 1698. de foedere gratiae. Frcf. 1712. 4.).

h) Heinrich *Gesch. d. verschiedenen Lehrarten.* 385 ff. Beck Commentt. 160 ff. — Sociniani eandem quidem, quam Protestantes secuti sunt, summam fidei normam; aliis tamen usi rationibus exegeticis ac philosophicis ad alia maximeque diversa delati sunt dogmata. Marheinecke Inst. symb. 161 ff.

i) Controversiis illis opportunitatem dedit Phil. Jac. Spener *Evangelische Glaubenslehre.* Frcf. 1688. 4., serius J. Lange Oeconomia salutis evangelica-Christianae praxi accommodata. H. 1728. 30. aliique, qui quidem, licet scholasticam subtilitatem improbarent, a symbolorum regula haud deflexerunt.

k) *Aufhellungen d. Chr. Glaubensl.* I. 80 ff.

l) Jo. Bened. Carpzov Liber doctrinalis theologiae purioris. Brunsv. 1767. Chr. Guil. Franc. Walch Breviarium theol. dogm. Gott. 1775. Ge. Frid. Seiler Theologia dogmatico-polemica. Erl. 1774. Ed. 3. 1789. Jo. Pet. Miller Theol. dogm. comp. L. 1785.

m) W. Ab. Teller *Lehrb. d. Chr. Glaubens.* Helmst. 1764. (Ei. J. A. Ernesti *Verdienste um d. Theologie u. Rel.* B. 1782. Cf. not. *p.*) J. S. Semler Instit. ad doctrinam Christianam liberaliter discendam. H. 1774. (Niemeyer *Die Universität Halle nach ihrem Einfluss auf gel. u. prakt. Theologie.* 1817.) Jo. Fr. Gruner Institutionum theologiae dogm. libri III. H. 1777. Jo. Chr. Rud. Eckermann Comp. theol. Christ. theoreticae biblico-historicae. Ed. 2. Alton. 1792. Ei. *Handb. zum systemat. Studium d. Christl. Glaubens.* Ibid. 1801—3. IV Voll. Henr. Phil. Conr. Henke Lineamenta Institutionum fidei Christianae historico-criticarum. Helmst. 1793. Ed. 2. 1795. G. C. Cannabich *Kritik alter u. neuer Lehren der Christl. Kirche.* Zerbst u. L. 1798. 3. *A.* 1805. — Christoph Frid. Ammon Summa Theologiae Chr. Gott. 1803. Ed. 2. Erl. 1808. Ed. 3. 1816. Ei. *Ausführl. Unt. in d. Chr. Glaubensl.* I. 1807. De Wette *Dogmatik d. evangelisch-lutherischen Kirche nach den symbol. Büchern u. den ältern Dogmatikern.* B. 1816. 2. *A.* 1821. — De iis, qui theologiam dictam biblicam illustraverunt, vid. §. 18.

n) Jo. Dav. Michaelis Comp. theol. dogm. Gott. 1760. Ed. 2. german. 1784. Jo. Dav. Heilmann Comp. theol. dogmat. Gott. 1761. 74. Jo. Gottl. Töllner *System d. dogmat. Theologie.* II Bde. Nürnb. 1775. Jo. Christoph Doederlein Institutio theologi Christiani in capitibus religionis theoreticis temporibus nostris accommodata. Altorf. 1780. Ed. 6. cur. Junge. 1797. II Voll. Ei. *Religionsunterricht nach d. Bedürfnissen unserer Zeit.* I—IV. Th. *u. fortgesetzt* V—XII. Th. *von* Gottfr. Chr. Junge. Alt. u. Nürnb. 1785—1803. S. F. Nath. Morus Epitome theol. Christ. L. 1789. Ed. 4. 1799. Ei. Commentarius exegetico-historicus in suam theol. Christ. epit. Ed. Car. A. Hempel. L. 1797. 98. II Voll. Gottl. Christ. Storr Doctrinae Chr. pars theoretica. Stuttg. 1793. Ei. *Lehrb. d. Chr. Dogm. übers. mit Zusätzen von* G. C. Flatt. Stuttg. 1803. 2. *A.* I. 1813. Fr. V. Reinhard *Vorlesungen üb. die Dogm. mit literar. Zusätzen herausg. von* Imm. Berger. 1801. 4. *A. mit neuen literär. Zus. vermehrt v.* Dr. H. A. Schott. 1818. J. G. Ch. Hoepfner Epitome theol. Christ. e Fr. V. Reinhardi acroasibus acc. descripta pluribusque observatt. aucta. 1805. Ed. 2. L. 1819. Schott Epitome theol. Chr. dogmat. L. 1811. Ed. 2. 1822. Jo. Chr. Wilh. Augusti *System d. Chr. Dogm. nach dem Lehrbegriffe d. Luther. Kirche dargestellt.* 1809. 2. *A.* 1825. K. G. Bretschneider *Handb. d. Dogm. d. evang. Luther. Kirche, od. Vers. einer beurtheilenden Darstell. d. Grundsätze, welche diese Kirche in ihren sym-*

bol. Schriften üb. die chriſtl. Glaubenslehre ausgeſprochen hat. B. I. L. 1814. II. 1818. 2. *A.* 1822. Cf. Wachler *u.* Schulz *Theol. Annalen. Dec.* 1823. p. 1001 ff. — E theoll. reff. ſcriptis huc referri poſſunt Sam. Murſinna Compend. theol. dogm. H. 1777. Sam. Endemann Inſtitt. th. dogm. II Voll. Hann. 1777. E. H. D. Stoſch Inſtitt. th. dogm. Frcf. ad V. 1779.

Hiſtoricam atque literariam dogmatices partem optime pertractavit Chr. Dan. Beck in Commentt. hiſt. decretorum religionis Chriſt. et formulae Lutheriae. 1801.; item ſingulas notiones ad dogmaticam ſpectantes eiusque literaturam bene illuſtravit K. G. Bretſchneider *Verſuch einer ſyſtemat. Entwicklung aller in d. Dogmatik vorkommenden Begriffe.* L. 1805. 3. *A.* 1825.

o) Jac. Carpov Oeconomia ſalutis N. T. ſ. theologia revelata dogm. methodo ſcientifica adornata. T. I—III. Jen. 1737—49. IV. Rudolſt. 1765. 4. Dan. Wyttenbach (Th. Ref.) Tentamen theologiae dogm. meth. ſcientifica pertractatae. III Voll. Bern. 1741. 42. Frcf. 1747. Pet. Reuſch Introductio in theologiam revelatam. Jen. 1744. Isr. Gottl. Canz Comp. theol. purioris. Tub. 1752. Jo. Ernſt. Schubert Inſtitutt. theol. dogm. Jen. 1753. Sigm. Jac. Baumgarten Theſes theologicae. H. 1746. Ei. *Ev. Glaubensl. herausg. v.* J. S. Semler. H. 1759. 60. III Bde. 4. Vol. I et II. ed. 2. 1764. 65.

p) J. B. Baſedow *Philalethie. Neue Anſichten in d. Wahrheiten u. Rel. d. Vernunft bis in d. Grenzen einer glaubw. Offenb.* 1764. *Verſ. einer freimüthigen Dogmatik* —. 1766. et alia eiusd. ſcr. J. G. Töllner *Beweis, daſs Gott d. Menſchen bereits durch ſeine Offenbarungen in d. Natur zur Seligkeit führt.* 1766. Ei. *Meine Ueberzeugungen.* 1769. *Theol. Unterſuchungen.* I. B. II. 1. St. *Der thätige Gehorſam Chriſti unterſucht.* 1768. *Die göttl. Eingebung der heil. Schrift unterſ.* 1771. C. F. Bahrdt *Briefe üb. d. ſyſtem. Theol. z. Beförderung d. Toleranz.* 1770. 2 Bde. *Vorſchläge zur Aufklärung u. Berichtig. des Lehrbegriffs.* 1771. *Apologie der Vernunft durch Gründe der Schrift unterſtützt in Bezug auf d. chriſtl. Verſöhnungslehre.* 1781. et al. ei. ſcr. J. A. Eberhard *Neue Apologie des Sokrates od. Unterſuchung der Lehre von der Seligkeit der Heiden.* 1772. 78. 2 Bde. G. S. Steinbart *Gründe für die gänzl. Abſchaffung d. Schulſprache des theol. Syſtems.* 1776. *Syſtem der reinen Philoſ. und Glückſeligkeitslehre d. Chriſtenthums.* 1778. W. A. Teller *Religion d. Vollkommnern.* 1792. al.

q) J. H. Tieftrunk Dilucidationes ad theor. relig. Chr. partem. B. 1793. Ei. *Cenſur d. proteſt. Lehrbegriffs nach d. Principien*

cipien der Religionskritik. III Bde. 2. *A.* 1796. Joh. Wilh. Schmid *Ueb. Christl. Religion, deren Beschaffenheit u. zweckmäfsige Behandlung als Volkslehre u. Wissenschaft, f. das gegenwärt. Zeitalter.* Jen. 1797. Ch. F. Ammon *Entwurf einer wissenschaftlich prakt. Theologie, nach d. Grundsätzen d. Christenthums u. d. Vernunft.* Gött. 1797. C. F. Stäudlin *Dogm. u. Dogmengesch.* Gött. 1800. 4. *A.* 1822. J. E. C. Schmidt *Lehrb. d. Chr. Dogmatik.* Giefs. 1800. Ei. *Chr. Religionslehre.* 1808. — C. Rechlin *Pop. Darst. d. Einfl. d. krit. Philos. auf d. Hauptideen d. bisher. Theologie.* Lüb. 1795. C. W. Flügge *Vers. einer histor. krit. Darstell. des bisher. Einfl. d. Kant. Philos. auf wiss. u. prakt. Theologie.* Hann. 1796. II Thle.

r) Eckermann *Theolog. Beiträge.* Th. III. Herder *Christl. Schriften.* V. 200 ff. Ei. *Metakritik.* 1799. Reinhard *Moral.* 3. *A. Vorrede.*

s) Car. Daub Theologumena s. doctrinae de religione Christ. ex natura Dei perspecta capita potiora. Heid. 1806. Ei. *Einleit. in d. Studium d. Christl. Dogmatik aus d. Standpunkte der Religion.* Heid. 1810. Frid. Henr. Chr. Schwarz Sciagraphia theologiae dogmat. Heid. 1808. Ei. *Das Christenthum in seiner Wahrheit u. Göttlichkeit betrachtet.* Th. I. Heid. 1808. Ei. *Grundrifs d. kirchlich-protest. Dogmatik. 2te veränderte u. deutsch bearbeitete Aufl.* Heid. 1816. (Cf. Tzschirner *Briefe, veranl. durch Reinhard's Geständnisse.* L. 1811. 47 ff. Henr. Planck Pr. exponuntur quaedam de fundamento theologiae recentioris eiusque cum doctrina N. T. consensu. P. I. Gott. 1812. 4. P. II. 1814.) — (Möller) *Speculative Darstellung d. Christenthums.* L. 1819. Th. Ph. Ch. Kaiser Monogrammata Theol. Christ. dogmaticae. Erl. 1819. (Cf. *Jen. A. L. Z.* 1820. Nr. 80.) Marheinecke *Die Grundlehren der christl. Dogmatik.* B. 1819. (Cf. Röhr *Krit. Prediger-Bibliothek.* I. 1820. 5 ff. Planck *Ueb. den histor. Beweis für d. Göttlichkeit d. Christenthums.* Gött. 1821. 305 ff.) — L. F. O. Baumgarten-Crusius *Einleit. in das Studium d. Dogmatik.* L. 1820. (Cf. Röhr l. l. I. 195 ff.) — Schleiermacher *Der Christl. Glaube nach d. Grundsätzen der ev. Kirche im Zusammenhange dargestellt.* B. I. Berl. 1821. B. II. 1822. (Cf. *Allg. Lit. Zeit. Jahrg.* 1823. Nr. 115—117. Branis *Ueb. Schleiermacher's Glaubensl.* B. 1825. Bretschneider *Ueb. das Princip der christl. Glaubensl. des Hn. D. Schl.*; in *Journal für Prediger.* Bd. LXVI. 1825. p. 1 ff. Ei. *Ueb. den Begriff der Erlösung, Sünde u. Erbsünde in d. chr. Glaubensl. des Hn. D. Schl.*; ibid. Bd. LXVII. 1825. p. 1 ff.) Ei. *Reden üb. die Religion.* 3. *A.*

B. 1822. — Philosophiam a Friesio propositam secutus est eandemque commendavit De Wette *Bibl. Dogmatik.* B. 1813. 2. *A.* 1818. *Ueb. Religion u. Theol.* B. 1815. 2. *A.* 1821. Cf. Bengel *Neues Archiv f. d. Theologie.* B. III. St. 1. Tüb. 1824. p. 1—74. St. 2. 354 ff. St. 3. 503 ff.

t) Gabler *Einige Bedenklichkeiten bei dem Eifer mancher neuen Theologen f. d. Wiederherstellung alter Dogmen*; in Schröter u. Klein *Oppositionsschrift.* I. 1. 1817. Niemeyer *Popul. u. prakt. Theol.* 6. *A.* p. XLII ff.

u) Spittler *Grundriss der Gesch. d. Christl. Kirche. In der 5ten Auflage bis auf unsere Zeiten herab fortgeführt von* D. G. J. Planck. p. 524.

§. 30.

Ecclesia evangelica ab inconstantiae reprehensione aliisque criminibus vindicata.

Scriptis illis, quibus theologia dogmatica in ecclesia evangelica subinde exposita atque illustrata est, probe examinatis, haud diffiteri licet: varietatem quandam mutabilitatemque formulae evangelicae esse conspicuam, quod quidem universae Evangelicorum ecclesiae a nonnullis crimini datum est [a]). Verum ad reprehensionem istam bene diiudicandam hoc potissimum tenendum [b]) censemus: *primum*, licet nonnullae religionis doctrinae saepe in dubium vocatae, vel temere atque inconsulto mutata forma propositae fuerint, esse tamen certissima theologiae Christianae theoretico-practicae fundamenta, quae, salva religione Christiana ipsaque ratione humana, variari prorsus nequeant [c]); *deinde* studium veritatis altius indagandae et rectius cognoscendae, quod scriptura s. valde commendat (Io. 5, 39. 8, 32. 1 Io. 4, 1. 1 Cor. 10, 15. 1 Thess. 5, 21.), a Deo ipso menti humanae, licet errori obnoxiae, esse insitum et quidquid, Deo hoc studium moderante, de vera religione temporis successu ab hominibus melius

exploratum et cognitum fuerit, tanquam ab ipſo Deo profectum nulla vi humana opprimi nec debere nec poſſe (Act. 5, 38.); conſcientiae autem humanae libertate turpiter ademta aut coercita, non niſi inertiam atque ſocordiam variique generis vitia et male facta progigni. *Accedit*, quod neque Ieſus ipſe neque Apoſtoli diſcipulis certam quandam praeſcripſerunt fidei profitendae formulam unice tenendam, adeo, ut potius liberum Dei cultum moralem diſerte praeceperint (Io. 4, 23. 24. 8, 32. 2 Cor. 3, 17. Gal. 5, 1.) et doctrinam propoſuerint ita comparatam, ut perfici et poſſit et debeat (§. 27.). *Praeterea* noſtra aetate iam eo perducta res eſt, ut religio Chriſtiana non niſi bene diſtinctis ac ſeparatis, quae ad formam eius mythicam (§. 9.) atque ſymbolicam [d]) pertinent, ab iis, quae vera atque aeterna eiusdem habenda ſunt fundamenta, quippe mythis ac ſymbolis hic illic involuta, nova quadam luce colluſtrari et hominibus cultioribus ſubtiliorique artium et literarum cognitione imbutis denuo commendari poſſit [e]). *Deinde* tantum abeſt, ut eccleſiae inſtitutum ſola quadam formula immutabili conſervari ac contineri poſſit, quod temere nonnulli finxerunt [f]), ut haec ſententia eccleſiae antiquioris hiſtoriae non magis, quam univerſae Chriſtianismi (§. 13.) et Proteſtantismi (§. 21.) verae indoli repugnet et Papismi ſpeciem referat. Evangelicae autem eccleſiae ſalus optime promovebitur, ſi, ad exemplum primaevae eccleſiae, pauciſſimis contenta dogmatibus et verae religionis practicae ſtudioſiſſima, probis atque prudentibus gaudebit doctoribus cultuque religioſo externo et ſimpliciſſimo et omnium illius ſociorum deſideriis bene accommodato. Hiſtoria *denique* religionis doctrinae luculenter demonſtrat, tum doctores eius, pro ingeniorum diverſitate et pro ſua quemque ſtudiorum ratione, ex uno eodemque religionis fonte, qui quidem et ipſe diverſos doctrinae typos continet (§. 25.), ſententias ſubinde quam maxime contrarias derivaſſe [g]), ita, ut

a primis inde temporibus per doctores ecclesiasticos, concilia et pontifices Romanos religionis doctrina saepius alia quadam forma induta prodierit [h]); tum ipsam religionis Christianae efficaciam salutarem omni tempore pependisse a sanae rationis luce plus minusve illi affusa; quemadmodum, historia teste, in omni populo coeca quaedam credulitas auctoritatis imperio temere obsecuta gravissima scelera peperit aut cum iis coniuncta fuit, nunquam vero fides religiosa rationis luce collustrata seu philosophica. Eadem historia luce clarius docet, ecclesiam catholicam per tot tantaque facinorum monstra nefanda, quibus crudelissime usa est ad haereticos exstirpandos [i]), impedire non potuisse, quo minus in ipso eius coetu partium studiis dilacerato innumeri essent Christiani, qui puriore imbuti cognitione a decretorum et cultus ecclesiae catholicae commentis longissime abhorrerent, nec, nisi clericorum astuta ac crudeli dominatione revincti, aut perverso commodi sui studio ducti, in sinu ecclesiae continerentur [k]).

Calumnias vero istas, quae nostra aetate a Pontificiis nonnullis, maxime Neophytis, in Protestantium coetus et scholas iniectae sunt, quod et doctrina et ecclesia evangelica homines ei addictos pronos et promtos reddat ad seditiones et rerum publicarum conversiones, non est, quod serio refutare conemur, quum prorsus absurdae et historiae testimoniis contrariae sint. Inter omnes enim constat, Protestantes quoscunque in eo convenire, ut, Iesu Christi et Pauli Apostoli praeceptis pie obsequentes (Matth. 22, 21. Rom. 13, 1. al.), quamvis legitimam reipublicae potestatem revereantur. Praeterea vero historia monstrat, eiusmodi respublicas perturbatas imperiaque subversa esse maxime in terris Catholicorum regimini subiectis, quum principes Protestantium doctrinae addicti iustae subditorum causae magis favere soleant, neque eos dominandi impotentia ad desperationem adducant [l]).

a) Boſſuet *Hiſtoire des variations des égliſes proteſtantes.* V. II. Par. 1688. rec. 1730. I. praef. p. 4. Cf. Jacques Basnage *Hiſt. de l'égliſe* —. Rotterd. 1699. rec. 1723. II Voll. f.

b) Ammon *Ausf. Unterr. in d. Chr. Gl.* I. 478 ff. Tzſchirner *Der Uebertritt des Hn. v. Haller zur kathol. Kirche beleuchtet.* L. 1821. 35 ff. Ei. *Die Gefahr einer deutſchen Revolution beleuchtet.* L. 1822. 64 ff. Ei. *Proteſtantismus u. Katholicismus aus d. Standpuncte d. Politik betrachtet.* 3. *A.* L. 1823. Krug *Die Kirchenverbeſſerung und die Gefahren des Proteſtantismus.* L. 1826. p. 55 ff.

c) Si qui contendunt, Proteſtantium doctrinam certiſſima etiam et firmiſſima religionis decreta attrectare iisque intercedere, et ſuo ſemper quaerendi et indagandi pruritu incertitudinem et opinionum diſſidia excitare, hi facile vel erroris vel calumniae convincuntur. Proteſtantes enim non naturalem ſolum Dei revelationem rationi et conſcientiae inſitam ſequuntur, ſed etiam ſcripturam ſacram fontem religionis ipſis eſſe profitentur, eique divinam verorum religionis et virtutis praeceptorum auctoritatem tribuunt; proptereaque diverſae Proteſtantium ſectae immunes ſe a gravioribus erroribus tueri poſſunt, et quamvis in levioribus rebus diſſentiant, tamen in gravioribus omnino conſpirant. Nec defuerunt ſectae, quae, procedente tempore, illam rationis regulam ſecutae, multum profecerint, ut *Anabaptiſtarum*, *Quakerorum*, *Herrnhutianorum* al. exemplum docet. Praeterea Proteſtantes, quum progreſſus artium ac diſciplinarum etiam ad religionis ſcientiam excolendam transferunt, eo ipſo ſibi cavent, ne in perniciosum ſcientiae et fidei diſcidium incidant, aut omnem religionem prorſus abiiciant. Proteſtantium enim eccleſia tantum in principio fidei, non in omnibus ac ſingulis decretis (§§. 13. 21.), poſtulat conſenſum, qualis nunquam inter Proteſtantes fuit, nec per eius eccleſiae indolem ac naturam unquam eſſe potuit.

d) De *ſymbolis*, quibus ſingulae religiones *poſitivae* partim ornatae, partim etiam corruptae fuerint, quum ipſi harum religionum auctores eiusmodi ſymbola et res per ea adumbratas haud bene cognoverint (*unbewuſste Symbole*), v. De Wette *Bibl. Dogm.* 2. *A.* p. 34.

e) De Wette l. l. p. 31.

f) Feſsler *Anſichten v. Rel. u. Kirchenthum.* B. 1805. III. 90 ff.

g) Clem. Al. Strom. I. 283. ed. Col. *Μία μὲν οὖν ἡ τῆς ἀληθείας ὁδός· ἀλλ' εἰς αὐτὴν καθάπερ εἰς ἀέναον ποταμὸν ἐρρέουσι*

τὰ δεῖθρα ἄλλα ἄλλοθεν. Symmachus Epistolae ad diversos. l. X. ep. 54. „Eadem spectamus astra, commune coelum est, idem mundus nos involvit; quid interest, qua quisque prudentia verum inquirat? Uno itinere non potest perveniri ad tam grande secretum."

h) Gabler Or. de tenuibus initiis, vera natura et indole doctrinae ev. per Lutherum instauratae. Jen. 1818. p. 18. „Quantae lites, quanta dissidia, quanta odia, inprimis inter Ordines monachorum, Dominicanorum, Franciscanorum, Iesuitarum, hucusque ecclesiam catholicam misere turbarunt! Non modo antiquiores doctores ecclesiastici, *Patres* vocant, in quocunque fere doctrinae Christianae capite admodum inter se dissident, verum et recentiores Romano-catholici, ipsique praesules Romani, quorum decreta haud raro inter se pugnant. Atque etiamnum acres agitantur lites inter Pontificis Romani adseclas et Episcopales, Ultramontanos inter et mere catholicos." Paulus *Beurth. Anzeigen einiger Schriften, welche das neueste Betragen d. päbstl. Kirchenregiments — beleuchten.* Heid. 1818. *Beiträge zur Gesch. d. kathol. Kirche im 19ten Jahrh. in Beziehung auf d. neuesten Verhältnisse derselben gegen die röm. Curie.* Heid. 1818. rec. in *Ergänzungsheft zu Sophronizon v.* Paulus. 1822. Moritz v. der Weser *Der Kampf d. Finsternis mit dem Lichte des 19ten Jahrh.* Düsseld. 1822.

i) Henke *Kirchengesch.* II. 295 ff. 475 ff. *Die entlarvte Inquisition, ein historisch-philos. Gemählde dieses schreckl. Gerichts. Nach dem Span. Original des* Don Antonio Puigblanch — *im Auszuge bearbeitet.* Weimar. 1817. Don Jean Antoine Llorente *Histoire critique de l'inquisition d'Espagne, — tirée des pièces originales des archives du conseil de la Suprême et de celles des tribunaux subalternes du Saint Office. Traduite de l'espagnol sur le manuscrit et sous les yeux de l'auteur par* Alexis Pellier. T. I—IV. Par. 1817. (*Allg. Lit. Zeit.* 1819. Nr. 1 ff.) J. A. Llorente *Die Päbste, als Fürsten eines Staats und Oberhäupter der Kirche. Von der Begründung des h. Stuhls an bis* 1822. *Aus d. Französ.* 2 Thle. L. 1823. (Krug) *Antiromanus, oder die Kirchengeschichte; eine Warnungstafel für Fürsten und Völker vor Begünstigung des röm. Katholicismus.* L. 1823. *Die Hierarchie u. ihre Bundesgenossen in Frankreich.* Aarau. 1823.

k) Ed. Köhler *Glaube, Unglaube und Aberglaube unserer Zeit.* Dresd. 1825. 59 ff. *Protestantismus in der kathol. Kirche.*

l) V. prae ceteris scripta n. *b.* II.

§. 31.

Methodus dogmatices tradendae.

In tanta dogmatices systematum ac decretorum diversitate iam recte quaeritur, qua via et ratione eius disciplina nostris temporibus accommodate conformari et futuris religionis doctoribus tradi debeat. Quum e praeceptis ipsius doctrinae Christianae, nec minus ex universa Protestantismi indole, quae theologorum aevi superioris ac nostri praecipuorum auctoritate atque exemplo sancita est, satis intelligatur, non nisi eam probari posse fidem religiosam, quae fundamentis nitatur certis accurateque exploratis et cognitis, nostrum duximus, ratione habita finium dogmatices pro aetatis nostrae modulo regundorum, institutionum dogmaticarum hunc fere ordinem sequi, ut, nisi forte ipsa res tractanda biblicae doctrinae expositionem praemitti, vel eandem cum ecclesiastica coniungi suaderet, *primum* singula dogmata exponantur secundum formulam symbolicam (§. 21.) atque ecclesiasticam, i. e. ex libris symbolicis potissimum, in subsidium tamen adductis Lutheri, Melanchthonis, Chemnitii, Gerhardi, Calovii, Quenstedtii, Hollazii, Buddei, Baieri aliorumque huius temporis theologorum scriptis [a]); *tum* cuiusvis dogmatis ratio biblica, interpretationis grammatico-historicae ope eruenda explicetur; *deinde*, addita illius historia atque censura, typus dogmatis ad principia doctrinae Christianae purioris, ethices fundamento superstructae, universa eademque cum sanae rationis praeceptis bene convenientia, exactus atque conformatus exhibeatur; modus *denique* dogmatis in institutione populari tractandi, prout temporis ratio postulat, illiusque usus practicus doceatur. Quodsi hoc modo, quae in dogmatices disciplina certa sunt atque indubitata, denuo confirmata et ab incertis vel ambiguis separata fuerint, nos quidem optime stabiliri et promoveri posse putamus religionem illam

ſubiectivam, quae non magis a futili quadam incredulitate, quam a myſticis opinionibus et ſuperſtitioſa librorum ſymbolicorum veneratione abhorreat, veramque homini viam ad virtutem Chriſtianam ſalutemque aeternam patefaciat.

a) Formulam doctrinae eccleſiaſticam e ſolis libris ſymbolicis repetendam eſſe, docuit Bretſchneider *Handb. d. Dogmat.* I. 20 ff. Cf. Form. Conc. Sol. decl. praef. p. 632. „Compendiaria illa doctrinae forma (et quaſi typus, in quo communis doctrina, quam eccleſiae ſincerioris et reformatae religionis profitentur, e verbo Dei collecta exſtet) non *privatis*, ſed *publicis* ſcriptis niti debet" —. Commode tamen formula illa doctrinae ſymbolica et eccleſiaſtica illuſtrari et expleri poteſt adhibitis libris ſcriptorum ſupra ll.

THEOLOGIAE DOGMATICAE

PARS I.

De scriptura sacra, religionis Christianae fonte primario, eiusque auctoritate divina.

Caput I.

DE SCRIPTURA S. IN UNIVERSUM.

§. 32.

Notio scripturae s.

Scriptura s. [a]) est complexus librorum religionis Iudaicae et Christianae doctrinam atque historiam continentium, qui Veteris et Novi Testamenti (διαθήκης) [b]) nomine inscripti sunt. Pars prior eos libros complectitur, quos populus Israeliticus iam ante Christum sacros habuit quosque divisit [c]) in Pentateuchum (תּוֹרָה), Prophetas (נְבִיאִים) [d]) et Hagiographa (כְּתוּבִים i. e. scripta sc. sacra); pars posterior scripta ea continet, quae ab Apostolis s. religionis Christianae doctoribus a Christo ipso designatis primariis, et Evangelistis [e]) composita supersunt, seculis prioribus τὸ εὐαγγέλιον s. τὸ εὐαγγελικὸν et ὁ ἀπόστολος s. τὸ ἀποστολικὸν sc. σύνταγμα nominata [f]), quibus, tanquam appendix, Apocalypsis Ioannis addita est. Postea vero V. T. a parte potiore *Lex*, N. T. *Evangelium* [g]), et utrumque, *Verbi Divini* nomine, appellatum est [h]), non satis apte quidem, quia non universum scripturae s. argumentum vere di-

vinum dicere licet (§. 42 f.) [i]). Quum Ieſus et Apoſtoli ad librorum V. T. effata, tanquam doctrinae ſuae fundamenta, ſaepe provocaverint (Io. 5, 39. Matth. 11, 3. 19, 4. 21, 31 ff. Luc. 16, 31. 24, 25—27. 2 Tim. 3, 16. al.), unde potiſſimum factum putes, ut usque ad medium ſeculum ſecundum hi libri pro ſola Chriſtianorum ſcriptura ſacra habiti ſint [k]), ſecundarium quendam religionis Chriſtianae fontem continere recte iudicantur. Etſi autem V. et N. T. libri pari auctoritate ornati reperiuntur in ſcriptis eccleſiae Lutheranae ſymbolicis et theologorum ſtricte ea ſequentium [l]), decreta tamen et praecepta in V. T. propoſita, quae aut Ieſu et Apoſtolorum auctoritate ſublata ſunt, aut dictis eorum repugnant, ad doctrinam Chriſtianam referri nequeunt. Omnino uſus V. T. dogmaticus ita circumſcribendus eſt, ut, quae paucis tantum in N. T. libris commemorata ſunt fidei capita, argumentis idoneis e V. T. libris repetendis apte illuſtrentur [m]).

a) Nomen ex illis N. T. locis ductum, in quibus Iudaeorum libri ſacri nominati ſunt *αἱ γραφαὶ* (Matth. 21, 42.) et *ἡ γραφὴ* ſ. ſcriptura *κατ' ἐξοχήν* (Io. 2, 22. Gal. 3, 8. 4, 30 f.), *γραφαὶ ἅγιαι* (Rom. 1, 2.) et *ἱερὰ γράμματα* (2 Tim. 3, 15.) h. e. ſcripta religioſe colenda. Chryſoſtomo potiſſimum auctore nomen *τὰ βιβλία* ſc. *θεῖα* invaluit. Hom. II. Opp. V. p. 7. ed. Eton. 1612. et Hom. IX. in ep. ad Coloſſ. IV. 137. (*κτᾶσθε βιβλία, τὰ φάρμακα τῆς ψυχῆς*) hanc vocem nude poſuit, ſcripturam ſ. ſignificans; Hom. X. in Geneſ. *τὰ θεῖα* addidit. Bertholdt *Hiſt. krit. Einl. in das A. u. N. T.* Erl. 1812. I. 38 ff. Erſch *u.* Gruber *Encyklop.* B. X. p. 1 ff. *Art. Bibel v.* Geſenius *u.* De Wette.

b) *Foederis* (בְּרִית) inter Deum hominesque ſanciti notio, Patriarchis iam attributa, olim ad Moſaicae (Levit. 26, 42. 45. Deut. 4, 31. 9, 9. Ierem. 33, 20. Pſ. 25, 14. 32, 12.), deinde ad Chriſtianae religionis inſtitutionem (Matth. 26, 28.) translata eſt. Metonymice Pentateuchi liber, 1 Macc. 1, 57. *βιβλίον διαθήκης* dictus (cf. Ex. 24, 7. סֵפֶר הַבְּרִית) *διαθήκης παλαιᾶς* nomine venit 2 Cor. 3, 14., et ſic nomen illud a libro potiore ad omnes Iudaeorum libros ff. transiit. Nomen *ἡ καινὴ διαθήκη* et Novum Teſtamentum ſec. III. demum medio in locum nominum

τὸ εὐαγγέλιον et ὁ ἀπόστολος ſucceſſiſſe probabile eſt. Bertholdt *Einl.* I. 112 f. — *Teſtamenti* denominatio petita videtur e verſione vulgata, quae vocabula בְּרִית et *διαθήκη* (Gen 9, 9. 12. 13. 15. Matth. 26, 28.) ita reddidit. Colligitur inde, vocabulum *teſtamentum* acceptum eſſe pro *teſtatione*, *teſtimonio*, quod ex uſu loquendi biblico, ſicut voces עֵדוּת, μαρτύρια, et conſtitutionem, legem aliquam (*Verordnung*, *Geſetz*) itemque complexum teſtimoniorum, legum, religionis inſtitutionum, doctrinam (foedus) ſignificat. Iren. adv. haereſ. II. 19. p. 171. ed. Pariſ. 1675. latin. interpr. „Cynicos, ait, cum Gnoſticis eiusdem eſſe *teſtamenti*." Tertull. adv. Marcion. IV. 1. vocabulum *inſtrument.* praeferre videtur, quod et Auguſtino probatur. De civ. Dei. XX. 4. Id. contra 2 epiſt. Pelagianorum. III. c. 4. Stange *Theol. Symmikta.* II. 221 ff. *Allg. Lit. Zeit.* 1812. Nr. 284. — Veruntamen nonnullis etiam cum teſtamento proprie ſic dicto comparari videtur novi foederis inſtitutio (Hebr. 9, 16 ff.), ubi vero *διαθήκη* rectius de foedere morte victimae ſanciendo accipitur. — J. G. Roſenmüller Diatribe de vocabuli *διαθήκη* in libris N. T. vario uſu. Erl. 1774. 4. et in Velthuſen — Commentatt. Theol. V. II. 204 ff. Paulus *Theol. exegetiſches Conſervatorium.* 2te *Lief.* Heidelb. 1822. N. VI. p. 145 ff. *Von dem Begriffe Berith u. Diatheke, als Verfaſſung durch Einwilligung in die Wahl des Geſetzgebers.*

c) Sirac. prolog. Luc. 24, 44. cf. Ioſeph. c. Ap. I. 8. de Maccab. c. 18.

d) Hac claſſe praeter ſcripta prophetarum, proprie ſic dictorum, excepto Danielis libro, libri etiam hiſtorici antiquiores Ioſuae, Iudicum, Samuelis et Regum comprehenduntur. Hinc Ioſeph. (c. Apion. I. 7.) mentionem fecit τῶν προφητῶν τὰ μὲν ἀνωτάτω καὶ τὰ παλαιότατα κατὰ τὴν ἐπίπνοιαν τὴν ἀπὸ τοῦ θεοῦ μαθόντων, τὰ δὲ καθ' αὑτοὺς (ſuorum temporum res geſtas), ὡς ἐγένετο, σαφῶς συγγραφόντων. — Ceterum נָבִיא (אִישׁ הָרוּחַ Hoſ. 9, 7.), προφήτης, ex uſu loquendi ſcriptorum ff. in genere dicitur, qui ſacro quodam fervore correptus de rebus divinis, maxime futuris verba facit, quique et ſibi ipſi et audientibus numine divino afflatus et ipſius *Dei interpres* (cf. Exod. 7, 1. 4, 16. Deut. 18, 18. Iud. 6, 8. 2 Sam. 7, 2. Ierem. 15, 19.) eſſe videtur. Gurlitt Lectionum in N. T. ſpec. II. Magdeb. 1800. 24 ff., ubi ſcriptores eam in rem laudat. Add. Geſenius *Hebr. Wörterb.* ſ. v. נָבָא. De Wette *Bibl. Dogmat.* 2. *A.* §. 143 ff. Paulus l. ſupra l. N. V. p. 122 ff. *Bibl. Begriffe v. Propheten und d. Prophezeihen.*

e) Apoſtolorum temporibus evangeliſtae (Act. 21, 8. Eph. 4, 11.) dicebantur, qui nulli eccleſiae ſeparatim praepoſiti περιϊόντες ἐκήρυττον (Theodoret. ad Eph. 4, 11.), non tam prima religionis doctrinae rudimenta, quam hiſtoriam vitae rerumque Ieſu Chriſti pro ſuo quisque ingenii et ſcientiae modulo varie enarrantes. Euſeb. H. eccl. V. c. 9.

f) Iren. adv. haer. I. 3. 6. Clem. Strom. V. 664. VI. 784. VII. 836. ed. Potter. Tertull. de pudicit. c. 11. 12. Bapt. c. 15. Berthold *Einleit.* I. 51 ff.

g) Morus Commentar. II. 472 ff. Doederlein Inſtit. II. 708.

h) Calov. Syſt. locor. theoll. P. I. 268. „Scriptura eſt *verbum Dei* immediato ſpiritus ſ. afflatu per prophetas in V., evangeliſtas et Apoſtolos in N. T. literarum monumentis conſignatum ad aeternam hominum ſalutem." Muſaeus Introductio in theol. p. 242. „Scriptura ſ. accipitur in ſignificatu ſpecialiori pro libris, ſpiritu ſancto inſpirante, et, quae ſcribenda eſſent, immediate ſuggerente, atque in calamum quaſi dictante, conſcriptis." Quenſtedt Theol. did. pol. I. 53. Buddei Inſtitt. theol. dogm. I. 89. Langii oecon. ſalut. Ed. 4. 31. Cf. *Aufhellungen.* 598 ff.

i) Töllner *Verm. Aufſätze.* Samml. II. 87 ff. Semler *Abhandl. v. freier Unterſuch. des Canons.* IV Thle. 2. A. H. 1776. I. 131 ff.

k) Iuſtin. Cohortat. ad Graec. p. 10. Ὁ πρῶτος τῆς θεοσεβείας ἡμῶν διδάσκαλος Μωσῆς — τούτους (Μωσῆν καὶ τοὺς λοιποὺς προφήτας) ἡμεῖς τῆς ἡμετέρας θρησκείας διδασκάλους γεγενῆσθαι φαμέν. Gieſeler *Hiſt. krit. Verſuch üb. d. Entſtehung u. d. frühſten Schickſale d. ſchriftl. Evangelien.* L. 1818. 174 ff.

l) Apolog. C. A. Art. II. 60. IX. 228. Form. Conc. Epit. I. 570. 572. „Hoc modo luculentum discrimen inter ſacras V. et N. T. literas et omnia aliorum ſcripta retinetur; et ſola ſ. ſ. iudex, norma et regula cognoſcitur, ad quam, ceu ad Lydium lapidem, omnia dogmata exigenda ſunt et iudicanda." Melanchth. Loci theoll. L. de discrimine V. et N. T. Quenſtedt Theol. did. pol. I. 33. „Una eademque eſt in V. et N. T., quoad *ſubſtantiam*, religio; datur tamen aliqua diverſitas quoad *circumſtantias*, et quidem 1. ratione obiecti religionis, quantum ad Mediatoris Chriſti humanitatem, quae in typis et umbris in V. T. iam in ipſa ſubſtantia habetur; 2. rat. temporis, illic credebatur in exhibendum, hic in exhibitum Meſſiam; 3. rat. graduum perſpicuitatis, quae illic nube typorum et re-

rum temporalium erat tecta ut et gratiae, quae hic uberior est." Calov. Syst. locor. th. I. 493 ff.

m) Cf. Luther *Werke.* T. V. ed. Wittenb. 1556. p. 2 f. „*Moses ist todt, sein Regiment ist aus gewesen, da Christus kam, er dienet weiter hieher nicht. — Mosen wollen wir halten für einen Lehrer, aber für unsern Gesetzgeber wollen wir ihn nicht halten, es sei denn, dass er gleichstimme mit dem N. T. und dem natürlichen Gesetze.*" — Doederlein Instit. Theologi Chr. I. ed. 6. 172 ff. Reinhard *Dogm.* 45. Bretschneider *Handb. d. Dogm.* I. 2. *A.* 88 ff. — Historiam sententiarum de sacra libror. V. T. auctoritate ad Christianos spectante bene enarravit L. D. Cramer Pr. de bibliologia in sacris N. T. libris proposita. Partic. I et II. L. 1820. 4.

§. 33.

Authentia et integritas librorum V. T.

Authentia proprie sic dicta est ea libri alicuius indoles, qua vere eius est scriptoris, cui tribuitur. Quum auctores multorum V. T. librorum, inprimis omnium scriptorum historicorum *a*) et libri Iobi, nusquam commemorentur, et quum e disquisitionibus novissimis constet, quosdam V. T. libros, vel totos, vel ex parte saltem, serius esse conscriptos, quam vulgo existimetur, neque ab iis scriptoribus, quorum nomina prae se ferant *b*): authentia stricte sit dicta non nisi de prophetis plurimis *c*) recte praedicari potest. Quodsi vero authentiam pro fide i. e. ἀξιοπιστίᾳ *d*) acceperis, hanc libris historicis, quatenus verae historiae quaedam fundamenta *e*), non complexum solum mythorum continent (§. 9. n. *a.*), utique tribuendam esse censemus. Reliqua vero scripta antiquissimae aetatis religionem recte adumbrare, argumentis et *externis* et *internis* probari potest. Ad argumenta *externa*, quibus authentia librorum V. T. latiori sensu dicta probari solet, prae ceteris referuntur haec: *Primum* authentia ista V. T. a nullo antiquitatis scriptore in dubium vocata esse videtur; *deinde* in ipsis quibusdam V. T. libris testimonia pro aliis huius canonis libris exhibita repe-

riuntur (cf. de Pentateucho Ios. 1, 8. 8, 31. 23, 6. 2 Reg. 14, 6. 22. Esra 3, 2. Neh. 1, 7.; de Ieremia Dan. 9, 2.; add. de plurimis libris iunctim Sir. 44—49.); *tum* populus Iudaicus per longum temporis decursum libros istos, magna cum diligentia asservatos (Deut. 31, 9. 24—26. Ios. 24, 26. 1 Sam. 10, 25.), pro authenticis habuit, nec gravissimis calamitatibus adduci potuit, ut fidem iis derogaret *f*). Exstant *praeterea* Iesu et Apostolorum testimonia clarissima, quibus persuasioni isti Iudaeorum calculum adiecerunt, Matth. 15, 7. 19, 7. 22, 44. 24, 15. Io. 12, 38. Act. 1, 16. 2, 16. 25. Accedunt *denique* Philonis, Iosephi et Rabbinorum veterum testimonia. Argumenta authentiae V. T. demonstrandae *interna* ex ipsa scriptorum et rerum narratarum indole, quatenus cum monumentis historiae populorum antiquissimorum bene consentiunt, repetuntur *g*). *Integritas* V. T. scripturae defendi potest *totalis* s. materialis, quatenus nullam eius partem, quam Iesu Christi aevo habuerit, periisse sumimus, *partialis* s. formalis, quatenus libros illos in locis potiora religionis capita tractantibus, vel fraude, vel casu graviter corruptos esse atque depravatos negamus. Unde facile intelligitur, quomodo religionis Iudaicae et ipsius Christianae, quatenus haec illi superstructa est, notitia ex libris illis possit hauriri.

a) His libris et Pentateuchum, non *a* Mose sed *de* Mose scriptum (Hobbes Leviathan. III. c. 33.), recte adnumerari, nunc non dubitant aequi controversiarum hac de re motarum arbitri. Iam in antiqua ecclesia non defuerunt, qui dubiam haberent Pentateuchi originem (Ptolem. ap. Epiph. H. XXXIII. 3. Hieron. c. Helvid. T. IV. P. 2. 134. „Sive Mosen dicere volueris auctorem Pentateuchi, s. Esram eiusdem instauratorem operis, non recuso;" cf. Aben Esra ad Deut. 1, 1.), quibus recentiori memoria accesserunt Rich. Simon, Clericus al. V. De Wette *Lehrb. d. hist. krit. Einl. in die kanon. u. apokryph. Bücher des A. T.* Berl. 2. *A* 1822. §. 164. p. 233 ff. Sed nostris demum temporibus accuratius ea de re exposuerunt Jo. Sev. Vater (*Commentar üb. d. Pentateuch*, III Thle. 1802—5. V. III. 391 ff.) et M. W. L. De Wette

(*Beiträge zur Einl. in das A. T.* II Bde. H. 1806. 7. *Einleit.* 228 ff.). — Gesenius *Gesch. d. Hebr. Spr. u. Schrift.* L. 1815. p. 23. 31 f. et ei. Commentat. de Pentat. Samaritano. H. 1815. p. 6. Nihilominus Pentateuchi *longe maximam partem esse Mosis opus* Eichhornii, Jahnii et E. F. C. Rosenmülleri (Scholia in V. T. P. I. V. I. ed. 3. L. 1821. p. 4 ff.) est sententia. Cf. Gesenius cens. Schol. Rosenm. in *Allg. Lit. Zeit.* 1825. Nr. 255 ff. Libror. Paralipom. auctoritatem atque fidem historicam, quam defendit J. G. Dahler (De libror. Paral. auct. et fide hist. Argentorati. 1819.), maxime dubiam esse, post De Wettium (*Beiträge z. Einleit. in das A. T.* I.) nuper demonstravit C. P. W. Gramberg *Die Chronik nach ihrem geschichtl. Charakter u. ihrer Glaubwürdigkeit geprüft.* H. 1823.

b) Huc, testibus optimis criticis, referri possunt liber Kohelet, Canticum Canticorum (De Wette *Einleit.* 300 ff. 707 f.) et psalmi nonnulli (De Wette *Commentar üb. d. Psalmen.* Heidelb. 1811. p. 32 ff.).

c) Exceptis Iesaiae (Gesenius *Commentar üb. d. Jesaia.* B. II. L. 1821. *Einleitung.* De Wette *Einleit.* p. 286 ff.) et Zachariae capitibus nonnullis (De Wette l. l. p. 337 ff.) et libris Danielis (Bertholdt *Daniel aus d. Hebr. Aramäischen neu uebers. u. erkl.* II Thle. Erl. 1806. De Wette §. 235. p. 345 ff.) et Ionae (Rosenmüller Scholia in V. T. P. VII. V. II. L. 1814. p. 324 ff. De Wette §. 256. p. 322 ff.).

d) Doederlein Instit. theol. Chr. T. I. §. 29. p. 78. Reinhard *Dogmatik.* 45.

e) Contra De Wettium hac de re non sine laude commentatus est G. W. Meyer *Apologie d. geschichtl. Auffassung der hist. Bücher des A. T. besonders des Pentateuchs.* Sulzb. 1811. Add. Stäudlin *Die Aechtheit d. Mosaischen Gesetze vertheidigt;* in Ammon u. Bertholdt *Krit. Journal d. neuesten theol. Literatur.* Bd. III. u. IV,

f) Iosephus contra Apion. I. 8. *Τοσούτου γὰρ αἰῶνος ἤδη παρῳχηκότος, οὔτε προσθεῖναί τις οὐδέν, οὔτε ἀφελεῖν αὐτῶν, οὔτε μεταθεῖναι τετόλμηκεν· πᾶσι δὲ σύμφυτόν ἐστιν εὐθὺς ἐκ τῆς πρώτης γενέσεως Ἰουδαίοις, τὸ νομίζειν αὐτὰ θεοῦ δόγματα, καὶ τούτοις ἐμμένειν, καὶ ὑπὲρ αὐτῶν, εἰ δέοι, θνήσκειν ἡδέως.*

g) Doederlein Instit. Th. Chr. I. §. 38. p. 130 f. Reinhard *Dogmatik.* 46 ff.

§. 34.

Authentia et integritas N. T.

Etsi satis evidenter demonstrari non potest, evangelia quatuor prorsus eadem forma, quam nunc habent, et statim post mortem Iesu Christi, a scriptoribus, quibus tribuuntur, profecta [a]), et *ἀντιλεγόμενα* [b]) quaecunque dicantur authentica esse: libris tamen, quae *ὁμολογουμένα* vocantur, fere omnibus [c]) et evangeliis quidem, locis nonnullis, de quibus dubitatur, exceptis [d]), authentia stricte sic dicta haud sine rationibus idoneis vindicatur. Exstant enim argumenta authentiae *externa* in testimoniis non solum Patrum antiquiorum Polycarpi, Iustini M., Theophili, Irenaei, Clementis Alex., Tertulliani, Origenis, Eusebii aliorumque [e]), sed etiam haereticorum veterum v. c. Marcionis [f]), *Gnosticorum, Ebionitarum,* et adversariorum doctrinae v. c. Celsi, Porphyrii [g]). Accedit versionum, syriacae et latinae aliarumque, antiquitas et sollicitudo ecclesiarum antiquissimarum, qua in originem librorum ss. inquisivisse dicuntur. Neque desunt argumenta authentiae *interna* e libris ipsis, e linguae et rerum traditarum indole petita. Quibus omnibus bene perpensis in universum iudicare licet, N. T. scripturam ita esse comparatam, ut, advocata etiam crisi sana philologica et philosophica, historia et doctrina Iesu Christi et Apostolorum inde erui possit fide dignissima. Scriptores enim vel ipsi testes et spectatores vitae doctrinaeque Iesu Christi fuere, vel testium comites et socii, sicut Marcus et Lucas, et, qui ipse Apostolorum coetui serius adscriptus fuit, Paulus. Omnes autem veritatis et probitatis studium singulare prae se ferunt. Integritatem *totalem* N. T. libris tribuimus eam, qua nulla huius collectionis pars periisse putatur, *partialem,* quatenus libri superstites ex eo inde tempore, quo in unum volumen redacti fuerunt, nec fraude nec casu

tam

tam graviter interpolati ſunt, ut genuinum eorum argumentum ſatis probabiliter exponi non poſſit.

Nath. Lardner *The credibility of the Goſpel hiſtory.* Lond. Ed. 2. 1740—55. Germ. Berl. et L. 1750—51. Ei. *A ſupplement to the firſt book of the ſec. part of the credibility* — Lond. 1756. 57. III Voll. Ei. *A large collection of ancient Jewiſh and Heathen teſtimonies of the truth of the Chriſtian religion.* Lond. 1764—67. IV Voll. 4. Kleuker *Ausführl. Unterſuch. d. Gründe für d. Aechtheit u. Glaubwürdigkeit d. ſchriftl. Urkunden d. Chriſtenthums.* V Bde. L. 1793—99. — Storr *Lehrb. der Chr. Dogm.* I. 1 ff. Add. Opera iſagogica in N. T., auctoribus Michaelis, Marſh, Haenlein, Eichhorn, Schmidt, Hug, Bertholdt, De Wette. — Meyer *Geſchichte d. Schrifterklärung ſeit der Wiederherſtell. d. Wiſſ.* V. Bd. Gött. 1809. 652 ff.

a) Eichhorn *Einleit. in d. N. T.* Bd. I. 2. *A.* 1820. Schmidt *Hiſtor. krit. Einl. ins N. T.* 1804. 20 ff. Gieſeler *Hiſt. krit. Verſ. üb. d. Entſtehung u. d. früheſten Schickſale d. ſchriftl. Evangelien.* L. 1818. Paulus *Theol. exeget. Conſervatorium. 1ſte Lief. Ueb. d. Urſprung der 3 erſten kanoniſchen u. mehrer apokr. Evv.* Heidelb. 1822. — Quae contra authentiam evangelii Ioannei disputata ſunt, refutare conati ſumus in libro noſtro: *Verſ. einer vollſt. Einleit. in d. Ev. d. Johannes.* Gött. 1806 78 ff., cui aſſenſum praebuit ill. Eichhorn *Einl. ins N. T.* Bd. II. 1810. 239 ff. Poſtea genuinam ev. Ioan. originem in dubium vocavit H. Ch. Ballenſtedt *Philo u. Johannes, od. fortgeſetzte Anwendung d. Philo zur Interpretation d. Joh. Schriften, mit beſ. Hinſicht auf d. Frage: ob Joh. Verfaſſer d. ihm zugeſchriebenen Schriften ſeyn könne?* Gött. 1812; noviſſime K. G. Bretſchneider l. Probabilia de ev. et epp. Io. Ap. indole et origine. L. 1820; cui ex parte adſtipulatus eſt Paulus in h. l. cenſura. (*Heidelb. Jahrbücher.* 1821.) Cf. Hemſen *Die Authentie der Schriften des Ev. Joh. unterſucht.* Schlesw. 1823. H. Olshauſen *Die Echtheit d. vier kan. Evv. aus d. Geſch. der 2 erſten Jahrhunderte erwieſen.* Königsb. 1823. F. G. Crome Probabilia haud probabilia, *oder Widerlegung* cet. Leid. u. L. 1824. al. — De tempore, quo evangelia conſcripta ſunt, nil certi conſtat. Probabile tantum eſt, evv. tria priora et acta App. tribus vel quatuor poſt Ieſu Chriſti mortem praeteritis decenniis, Ev. Ioanneum autem ſub finem ſec. I. demum eadem forma, quam nunc habent, in vulgus exiiſſe. Cf. Ammon Pr., quo docetur, Ioannem, ev. auctorem, ab editore huius libri fuiſſe diverſum. Erl. 1811. 4. p. 15. „Fuit

presbyterorum Ephesiorum unus vel alter, Ioannes forte ὁμώνυμος, secundae fortassis atque tertiae Ioannis epistolae auctor, qui haec omnia pro concione saepius repetita nomine et iussu auctoris congregaret et in ordinem redigeret. Io. enim ipse divinum magistrum imitatus maluit docere, quam libros componere (Euseb. H. E. l. III. c. 24.), maluit ecclesias fundare, quam res in Iudaea actas literis tradere (ib. c. 23.), ab insulo Patmo redux scribendi sua manu evangelii provinciam propter infirmitatem corporis fugiens" —. Add. Rambonnet Spec. academicum de secunda ep. Ioan. Traj. ad Rh. 1818. de Ioanne presb. p. 29. 49. — Bertholdt *Einl. in das A. u. N. T.* III. 1249 ff. 1321 f. — Sententia a Planckio V. V. proposita (*Ueb. d. histor. Beweis f. die Göttl. d. Christenthums.* Gott. 1821. p. 166 ff.), Matthaeum et Ioannem inter ipsos Iesu Christi sermones et res gestas nonnulla literis mandasse et quasi diarium eorum, quae dixerit et gesserit, conscripsisse, e quo postea evangelia sua composuerint, rationibus satis idoneis destitui videtur. Cf. Röhr *Krit. Pred. Bibl.* B. VI. H. 1. 1825. p. 101 ff.

b) Euseb. Hist. Eccl. l. III. c. 25. Gerhardus (Loc. th. II. 184 ff. 213 ff.) scripta ἀντιλεγόμενα ab Eusebio dicta i. e. de quorum auctoribus a quibusdam in ecclesia aliquando fuit dubitatum, *canonicos* N. T. libros *secundi ordinis* primus nuncupavit. Horum scriptorum, quae opposita ὁμολογουμένοις (ἐνδιαθήκοις, γνησίοις), Eusebio eadem fuisse videntur ac νόθα s. νοθευόμενα (II. 23.) i. e. pro spuriis et canone indignis habita a *nonnullis* (III. 3. 23.), duplex ille genus constituit, quorum alteri eidemque potiori epistolas Iacobi et Iudae, secundam Petri, secundam et tertiam Ioannis adnumerat, alteri vero Acta Pauli Ap., Hermae Pastorem, Apocalypsin Petri, epistolam Barnabae et doctrinas (διδαχάς) Apostolorum, itemque epistolam Clementis (VI. 13.). Ὁμολογουμένοις et ἀντιλ. tertium quoddam scriptorum genus addit, ἄτοπα πάντα κ. δυσσεβῆ i. e. absurda et impia ab ipso appellata, quae ab haereticis profecta omnino reiicienda esse docet, ad quae refert v. c. evangelia Petri, Matthiae, Thomae. Eadem esse videntur, quae ἀπόκρυφα καὶ νόθα nominata sunt ab Iren. adv. haeres. I. c. 17. p. 104. ed. Par. et al. De Wette *Einleitung.* I. 2. *A.* §. 24. p. 35 ff. Simili ratione Eusebii hac de re dicta per se non satis dilucide expressa interpretati sunt Rössler *Bibl. d. Kirchenväter.* IV. 74. Haenlein *Einl in d. N. T.* I. 112. Alii non nisi duos scriptorum ab Eusebio indicatorum ordines constituunt, Chr. Fr. Schmidt (Hist. antiqua et vindicatio canonis s. V. et N. T. L. 1775. 356.), Bertholdt (*Einl.* I. 120.); alii quatuor, Weber (*Beiträge z. Gesch. d. neutest. Kanons.*

Tüb. 1791. 142 ff.), Münscher (*Dogmengesch.* I. 321 ff.), J. E. Chr. Schmidt in Henke *Magaz.* V. 451. et ei. *Einl.* I. 12.; alii tres, M. C. Chr. Flatt (*Magaz. f. chr. Dogmat.* VII. et VIII.), Vogel (Commentat. de canone Eusebiano pp. III. Erl. 1809—11.), Lücke (*Ueb. d. neutest. Kanon des Eusebius.* B. 1816.).

c) Contra authentiam epistolae I. ad Timotheum dubia haud levia in medium protulit Schleiermacher *Ueb. d. sogenannten ersten Brief des Paulus an den Timoth.* B. 1807. Cf. quae in contrariam partem commentatus est H. Planck *Bemerkungen üb. d. ersten Paul. Brief an den Timoth.* Gött. 1808. et lib. nostr.: *Die Pastoralbriefe d. Ap. Paulus neu übers. u. erklärt.* Th. I. Gött. 1810. p. 9 ff. Gravioris momenti dubia de authentia epistolarum ad Timoth. et Titum nuper proposuit Eichhorn *Einl. ins N. T.* B. III. 315 ff. Cf. Bertholdt *Einleit.* VI. p. 3502 ff.

d) De narrationibus mythicis et vaticiniis ex eventu compositis, quae serius addita videntur, v. Kaiser *Bibl. Theol.* I. 224 ff.

e) Singula Patrum effata huc spectantia collegit Lardner l. l. Münscher *Dogmengesch.* I. 275 ff. Storr l. l. 8 ff.

f) Hahn *Das Ev. Marcions in seiner ursprüngl. Gestalt, nebst dem Beweise, dass es ein verstümmeltes u. verfälschtes Lukasev. war.* Königsb. 1823. Cf. (Eichhorn) censura huius l. in *Gött. gel. Anz.* 1823. Nr. 39.

g) Lardner *A large Collection of ancients Jewish and Heathen testimonies.*

§. 35.

De canone V. T.

Libri *canonici*, *βιβλία κανονικά, κανονιζόμενα, ἐνδιάθηκα*, quibus *apocryphi* diverso sensu oppositi fuerunt, in ecclesia primaeva dicti sunt ii, qui auctoritate publica in ecclesia, tum Iudaica, tum Christiana, pro sacris et divinis habiti sunt [a]). Canon sive complexus librorum canonicorum V. T. non ante Maccabaeorum tempora, postquam haud pauca scripta ad historiam et religionem Iudaicam pertinentia temporis iniuria perierant [b]), alia vero; Esra [c]) (Esr. 7, 6. 10.)

et Nehemia (2 Macc. 2, 13.) potiſſimum auctoribus, iam maturius retractata [d]) atque collecta fuerant, plane abſolutus atque compoſitus eſſe videtur; ita quidem, ut libri apocryphi, tanquam appendix verſionis Alexandrinae, non niſi ſenſim adderentur [e]). Varia tamen de canone, de quo nec Iudaei Palaeſtinenſes, nec Alexandrini ſatis definitam ſententiam profeſſi ſunt [f]), exſtant iudicia apud Siracidem (prol. v. 2. cp. 45 ff. cf. Luc. 24, 44.), Philonem [g]), Ioſephum [h]), Euſebium [i]), Origenem [k]), Athanaſium [l]) et Hieronymum [m]); neque in eccleſia Catholica Conciliorum, Laodiceni (a. 364) [n]), Carthaginenſis (a. 397) [o]) et Tridentini (a. 1545—63) [p]), decreta unam eandemque de canone V. T. ſententiam ſanxerunt [q]).

Gerhard L. Th. II. 53 ff. Semler *Abhandl. v. freier Unterſ. des Kanons.* H. 1771—75. 4 Voll. II. (Corrodi) *Beleuchtung des jüd. u. chriſtl. Bibelkanons.* H. 1792. 2 Voll. Münſcher *Dogmengeſch.* I. 256 ff. 2. *A.* Eichhorn *Einleit. ins A. T.* I. 28 ff. Bertholdt *Hiſt. krit. Einl. ins A. u. N. T.* I. 54 ff. De Wette *Lehrb. d. hiſt. krit. Einleit. in das A. T.* 2. *A.* 1822. p. 14 ff.

a) Poſt Semlerum, qui vocabulum *κανών* proprie indicem ſ. catalogum librorum in coetibus ſacris publice praelegendorum in eccleſia vetere ſignificaſſe ſibi perſuaſerat (l. l. I. 11 ff.), haec opinio, licet uſu Patrum minime confirmata, apud plurimos theologos (Bretſchneider *Syſt. Entwickl. aller in der Dogmat. vork. Begriffe.* 3. *A.* 1825. 339 f.) praevaluit. Primus eam refellere ſtuduit, rationibus quidem uſus graviſſimis, cenſor libri ſupra l. Bertholdt *Hiſt. krit. Einleit. ins A. u. N. T.* Vol. I—III., in *Jen. Allg. Lit. Zeit.* 1815. Nr. 2. (H. Planck). Cf. ei. Pr. de ſignificatu Canonis in eccleſia antiqua. Gott. 1820. Voc. *κανών* apud Graecos tum ſenſu phyſico, tum morali, generatim regulam, ſ. normam ſignificat. Cf. Eurip. Hecub. v. 602. *κανὼν τοῦ καλοῦ* regula honeſti. Hierocles p. 124. *ἀληθείας κανών.* Ioſeph. c. Apion. II. 1072. *ὅρον ἔθηκεν αὐτὸς καὶ κανόνα τὸν νόμον.* In omnibus Patrum dictis huc referendis (vid. Suiceri theſaur. eccleſ. ſub h. v.) *κανών* nihil aliud ſignificat, quam quod Paulus Ap. hac voce expreſſit Gal. 6, 16. Phil. 3, 16., normam et regulam fidei Chriſtianae. Inde

a ſec. IV. autem *κανών*, cuius uſus primum exemplum exſtat apud Chryſoſtomum (Homil. 58. in Geneſ. *ὁ τῆς θείας γραφῆς κανών*) metonymice pro: *τὰ βιβλία τοῦ κανόνος*, regula pro libris regulam continentibus, poſitus eſt, ſicut *διαθήκη* pro *βιβλίῳ διαθήκης* (1 Macc. 1, 57.). Nomen *γραφαὶ κανονικαί* ſimili ſenſu ab Origene primum uſurpatum eſt in Prologo ad Cant. Canticc. fin. Opp. T. III. 36. et ſchol. ad Matth. 27, 9. ib. 916. Ed. De la Rue. Verbum *Κανονίζειν* pro ſynonymo *τοῦ συντάσσειν ταῖς θείαις γραφαῖς* habendum eſt, quod apud Theodoretum legitur Praefat. in Cantic. p. 984. ed. Pariſ. 1642. Quum verae fidei regulam (regulam veritatis Iren. adv. haereſ. III. 11.) non niſi *γραφαῖς θεοπνεύστοις* ineſſe putaretur (cf. Iſidor. Peluſ. ep. 114.: *ὅτι δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, τὸν κανόνα τῆς ἀληθείας, τὰς θείας φημὶ γραφάς, κατοπτεύσωμεν.*), quae ſimul pro authenticis habitae ſunt, nomina *κανών*, *βιβλία κανονικά*, *κανονιζόμενα*, *ἐνδιάθηκα*, omnino de collectione ſeu complexu ſcriptorum ſſ., quae eadem *θεόπνευστα* et authentica eſſe videbantur, dicta ſunt. Chryſoſt. Epiſt. ad Rufin: *ἔδοξε κἀμοὶ ἐκθέσθαι τὰ κανονιζόμενα καὶ παραδοθέντα πιστευθέντα τε θεῖα εἶναι βιβλία. Βιβλία κανονιζόμενα*, et *ἀναγινωσκόμενα* i. q. eccleſiaſtica, de quibus Rufinus (Expoſit. in ſymb. Apoſt.) „in eccleſia quidem, ait, leguntur, ſed non proferuntur ad auctoritatem fidei;" et *ἀπόκρυφα* primum diſerte diſtinxerunt Athanaſius Epiſt. feſtali. Opp. I. 961. et auctor Synopſis ſcr. ſ., quae vulgo Athanaſio tribuitur, Opp. II. 126. ed. Bened., itemque Rufinus l. l. *Βιβλία ἀπόκρυφα*, canonicis quidem oppoſita, nominata ſunt vel ea, quorum origo latebat, vel, inde ab Hieronymi aetate, quorum divina origo dubia erat, vel etiam quae pro ſpuriis et haereticis habebantur. Athanaſius ab haereticis ea ficta eſſe monet l. ſupra l. Erſch u. Gruber *Encyklop.* De Wette *Art. Apokryphen.* J. C. Thilo Acta S. Thomae Apoſtoli ex codd. Pariſſ. ed. et annott. ill. Praemiſſa eſt notitia uberior novae Cod. Apocryphi Fabriciani editionis. L. 1823. p. XC ff.

b) Perierunt, quorum in ſcripturis ſſ. fit mentio, *liber bellorum Domini* Num. 21, 14., *liber Iuſtorum* Ioſ. 10, 13., bona pars *parabolarum* et *canticorum* Salomonis 1 Reg. 4, 32., *annales regum Iudaeae et Israelis* 1 Reg. 14, 19. 29. 15, 7., libri *prophetae* Nathan et Gad 1 Paral. 29, 29., Achiae et Ieddo 2 Par. 9, 29., Semaiae et Iddo 2 Par. 12, 15., Iehu 2 Par. 20, 34., Hozai 2 Par. 13, 19. Neque vero cum theologis nonnullis Pontificiis (Bellarmin. Disputt. de controverſiis Chr. fidei adv. huius temporis haereticos. Ingolſt. 1601. IV Voll. f. l. IV., de verbo Dei. c. 4.) colligi inde poteſt, canonem man-

cum atque imperfectum esse religionis doctrinae fontem. Minime enim constat, scripta illa perdita in canonem usquam recepta fuisse; praeterea notitia religionis Iudaicae sufficiens e reliquis canonis partibus repeti potest. Omnino vero canon, qualis nunc exstat, longe purior perfectiorque religionis doctrinae fons dici potest, quam *scrinium* illud *pectoris papalis* falso iactatum. Gerhard Loc. theol. II. 81 ff.

c) Cf. quae de synagoga magna (כְּנֶסֶת הַגְּדוֹלָה) e Tract. Talmud. Hieros. Megilla fol. 74. Bava Bathra fol. 15. commentati sunt critici antiquiores (v. quos laudat Wolf Bibl. Hebr. II. 2 ff.), quibus adstipulati sunt Eichhorn *Einleit.* I. 28. Bertholdt I. 69 ff., qui quidem *τὴν συναγωγὴν τῶν γραμματέων* e 1 Macc. 7, 12. perperam huc retulit. Sed cf. quae contra monuere E. Rau de synagoga magna. 1726. 4. De Wette *Einleit. 2. A.* 15 ff.

d) Theodoret. praefat. in psalmos. Ed. Paris. 1642. T. I. 396. *Πρὸ πεντήκοντα δὲ καὶ ἑκατὸν τῆς ἑρμηνείας ἐνιαυτῶν, θείας ἀναπληθεὶς χάριτος ὁ θαυμάσιος Ἔσδρας τὰς ἱερὰς ἀνέγραψε βίβλους, ὑπὸ τῆς τῶν Ἰουδαίων ἀμελείας, καὶ τῆς τῶν Βαβυλωνίων δυσσεβείας, πάλαι διαφθαρείσας.* Ammon *Ausführl. Unterr. in der Christl. Glaubensl.* I. 217 ff.

e) Eichhorn *Hist. Untersuch. üb. den Kanon des A. T.*, im *Repertorium.* Th. V. 227 ff. Ei. *Einleit. ins A. T.* Th. I. 77 ff. Bertholdt l. l. 94 ff.

f) De Wette *Einleit. 2. A.* 21 f.

g) Philo, qui quidem nusquam indicem V. T. librorum attulit, omnes praeter l. Danielis, Ecclesiast. et Cant. Cantt. passim notavit, Apocryphos tamen silentio praeteriit. Münscher *Dogmengesch.* I. 257 f.

h) Contra Apion. I. 8. De Wette *Einleit.* 22.

i) Melitonis indicem libror. canonicorum exhibet Hist. eccl. l. IV. c. 26. Münscher *Dogmengesch.* I. 266 ff.

k) Euseb. l. l. VI. c. 25. Omisit prophetas minores et addidit librum Esrae secundum cum epistola Ieremiae.

l) *Ἐπιστολὴ ἑορτική.* Opp. T. I. et auctor synopsis scripturae s. p. 154. Athanasius, sicut Cyrillus Hierosol. (Catech. 4. 98.) libris canonicis addidit l. Baruch et epistolam Ieremiae, quae cap. 6. huius l. continetur, et Cyrillus l. Esther, quem ille omisit, adiunxit. Item Epiphanius (Haer. VIII. et de mensuris et ponderibus c. 22. 23.) l. Baruch et epist. Ieremiae inter V. T. ll. canonicos refert. Gregorius Nazianzenus

autem (in Carmine) haec scripta et l. Esther et Threnos omisit. Münscher *Dogmengesch.* III. 63 ff.

m) Epist. 2. ad Paulinum et praef. in librum regum. Opp. ed. Francos. T. III. 12 ff., ubi canonem, qualis nunc exstat, descripsit, sicut Ruffinus Expos. in Symb. Ap. Cf. Augustinus de doctrina Christiana. l. II. c. 8., qui, nullo discrimine habito inter ll. V. T. canonicos et apocryphos, canonem in Concilio Carth. confirmatum exhibet.

n) G. D. Fuchs *Bibliothek d. Kirchenversammlungen des 4ten u. 5ten Jahrhunderts.* IV Thle. L. 1780—84. II. 336. Spittler *Krit. Unters. des 60sten Laodic. Kanons.* Brem. 1777. Henke *Kirchengesch.* I. 302.

o) Fuchs l. l. III. 85.

p) Sess. IV. decretum de canon. scripturis, quo ecclesia catholica iis libris, qui apud Protestantes tanquam apocrypha circumferuntur, canonicam auctoritatem ex mero suo arbitrio adiudicavit. Marheinecke Institt. symbolicae. 31.

q) Ammon Summa Th. Chr. 41. „Quis nunc conabitur, argumentis mere historicis ductus, tantam componere litem?" — De Wette *Einleit. 2. A.* p. 13 ff.

§. 36.

De canone N. T.

Ab initio rei Christianae fides Christianorum, quippe qui Messiae reditum prope instantem exspectarent [a]) (Matth. 16, 28. Io. 21, 22. 1 Cor. 15, 51 ff. 2 Cor. 5, 3 ff. Phil. 3, 20. 1 Thess. 1, 10. 4, 15—17. 5, 1. 1 Tim. 6, 14. Tit. 2, 13. Iac. 5, 7. 1 Io. 2, 18. 28.), magis audiendo, quam legendo (*οὐ γράμματι, ἀλλὰ πνεύματι* 2 Cor. 3, 6.) excitata atque sustentata est [b]); adeo, ut ipsi Patres eccl. apostolici, qui V. T. ex versione graeca pro unica auctoritate habent, ubi ad Christum provocant, eius dicta et facta tanquam ore tradita non iis verbis referant, quae in evv. canonicis leguntur [c]). Seculo secundo demum, postquam, praeeunte fortasse exemplo quodam Aramaeo libri a Matthaeo conscripti [d]), plures de Iesu Christi vita narrationes in ecclesiis circumferri coeptae erant [e]), numerus

evangeliorum fide dignorum ad quatuor reſtrictus eſt, et haud multo poſt plurimae quoque epiſtolae apoſtolicae, non tamen pari auctoritate atque conſenſu, cum Apoſtolorum actis in unum corpus coaluere. Quo facto, teſtibus Patribus eccleſiaſticis *f*) et conciliis Laodiceno et Carthaginenſi, ſeculo tertio et quarto N. T. canon, qualis nunc exſtat, caſu et conſuetudine magis, quam cunctis eccleſiarum et theologorum ſuffragiis *g*), ſenſim conformatus atque conſtitutus eſt. Omnino ex hiſtoria canonis N. T. non internam, ſed externam ſingularum eius partium auctoritatem, a ſacrorum emendatoribus denuo ſancitam (§. 21.), derivari ac firmari poſſe, recte contenditur *h*). Nihilominus dubitari nequit, quin canone N. T. religionis Chriſtianae veritatisque divinae per eam ſancitae documenta et antiquiſſima et fide digniſſima contineantur.

a) Keil *u.* Tzſchirner *Analekten.* St. 1. 1812. 184 ff. *Ueb. die Apoſtoliſche Lehre v. d. Wiederkunft des Meſſias, von* Chr. F. Böhme.

b) Paulus *Theologiſch-exegetiſches Conſervatorium. Erſte Lieferung.* Heidelb. 1822. Nr. VI. *Die Idee von einem mündl. Urevangelium ausführlicher hiſtoriſch begründet* — (primum propoſ. in *Allg. Lit. Zeit. Jahrg.* 1813. Nr. 105. 106.). Gieſeler *Ueb. d. Entſtehung u. d. früheſten Schickſale der ſchriftl. Evv.* L. 1818. 53 ff. Cf. quae contra ſententiam ab auctore huius l. propoſitam, evv. tria priora ex argumento *παραδόσεως ἀγράφου*, ab Apoſtolis in communem uſum receptae, repetenda eſſe, monuit Eichhorn in l.: *Einleit. in das N. T.* I. 2. *A.* 1820. p. 427 ff.

c) J. C. Orelli Selecta Patrum eccleſiae capita ad *εἰσηγητικήν* ſacram pertinentia. Partic. I. Turici. 1820. p. 39. Dr. J. P. Mynſter *Kleine theol. Schriften.* Kopenh. 1825. *Ueb. d. Gebr. unſerer Evv. in den Schriften Juſtins des Märt.* p. 1—49.

d) Diſtinguendum eſt inter archetypum evangeliorum (*Urevangelium*), de quo prae ceteris vid. Eichhorn *Einl. ins N. T.* Bd. I. Bertholdt *Hiſt. krit. Einl. ins A. u. N. T.* III. 1813. 1205 ff., quod, niſi omnium, plurium tamen Apoſtolorum conſenſu, ut regula quaedam doctoribus Chriſtianis exhiberetur, a diſcipulo quodam eorum literis conſignatum fuiſſe ſtatuunt

(cf. quae contra monuerunt Hug *Einleitung.* II. 2. *A.* 1821. p. 76 ff. Gieseler l. l. 49 ff. et Schleiermacher *Üeb. d. Schriften des Lukas.* Berl. I. 1817. p. 2 ff. Paulus *Theol. exeget. Conservat. 1ste Liefer.* Heid. 1822. Nr. I.), — et inter evangelium quoddam, a Matthaeo, quippe quem ceteris Apostolis scribendi peritiorem fuisse, verosimile est, forma breviore primum Syro-chaldaice exaratum. [Non obstant, quae Lucas (1, 2.) refert de iis, qui *ἀπ' ἀρχῆς αὐτόπται καὶ ὑπηρέται γενόμενοι τοῦ λόγου, παρέδοσαν.* Verbum enim *παραδιδόναι* de quavis narratione dicitur, et literis et ore propagata.] Qua quidem lingua evangelium a Matthaeo literis mandatum fuisse, testantur antiquissimi gravissimique ecclesiae scriptores: Papias ap. Euseb. H. E. III. 39. *Ματθαῖος ἑβραΐδι διαλέκτῳ τὰ λόγια συνεγράψατο, ἡρμήνευσε δ' αὐτὰ ὡς ἐδύνατο ἕκαστος.* Irenaeus adv. haeres. III. 1. *Μ. ἐν τοῖς Ἑβραίοις τῇ ἰδίᾳ αὐτῶν διαλέκτῳ καὶ γραφὴν ἐξήνεγκεν εὐαγγελίου.* Hippolytus de XII Apostolis et LXX discipulis. T. 1. p. 30. Opp. ed. Fabric. Origenes ap. Euseb. H. E. IV. p. 25. Eusebius ib. III. 24. add. V. 10. Hieronymus Comment. in Matth. praefat. Item Catalog. viror. illustr. s. v. Matthaeus: „Matth. — evangelium Christi hebraicis literis verbisque composuit: quod quis postea in Graecum transtulerit, non satis certum est. Porro *ipsum hebraicum* habetur usque hodie in Caesarienſi bibliotheca, quam Pamphilus martyr studiosissime confecit. Mihi quoque a Nazaraeis, qui in Beroea urbe Syriae hoc volumine utuntur, describendi facultas fuit." — Bertholdt l. l. 1257 ff. Accedit, quod nemo Patrum eccl. contrariam sententiam innuit, noviſſime defensam ab J. L. Hug *Einl.* II. 2. *A.* 16 ff. F. G. Schubert Diss., qua in sermonem, quo Ev. Matthaei conscriptum fuerit, inquiritur. Gott. 1810. 4., denuo refutatam ab H. Olshausen *Die Echtheit der 4 kanon. Evv.* Kgsb. 1823. p. 19 ff. Ceterum versionem graecam huius evangelii, cuius archetypo narrationum de Iesu vita rebusque gestis ore traditarum certa aliqua norma, quam prae ceteris Lucas et Marcus secuti sint, maxime stabilita fuisse videtur, haud multo post Hierosolymorum excidium in vulgus exiisse probabile est. Bertholdt l. l. 1268.

e) Schmidt *Einleit.* I. 102 ff. Ch. F. Weber *Neue Unters. üb. d. Alter u. Ansehn d. Ev. der Hebräer.* Tüb. 1806. Eichhorn *Einleit. in das N. T.* I. 2. *A.* p. 153 ff. De Wette *Einleit.* 2. *A.* §. 18. J. C. Thilo Acta S. Thomae Apostoli. Praemissa notitia novae Cod. Apocr. Fabric. editionis. L. 1823 p. XCVI ff. Cf. D. F. Schütz Diss. de Evangeliis, quae

ante Evv. canonica in usu ecclesiae Chr. fuisse dicuntur. Regiom. 1813. 4.

f) Origenes apud Euseb. H. E. VI. 15. et ipse Eusebius ib. III. 25. coll. c. 16., ubi Clementis Romani epistolam μεγάλην καὶ θαυμασίαν καὶ ὁμολογουμένην appellat. Athanasius synops. scr. sacrae. 98 ff. Augustinus de doctrina Christiana. l. II. c. 8.

g) Promiscue usi sunt PP. sec. II libris apocryphis V. et N. T., parum adhuc sollicite de canone aliquo certis finibus circumscribendo. J. C. Orelli l. n. c. l. p. 39. Omnino constat, PP. ecclesiae antiquissimos ll. N. T., ut sacris ac divina auctoritate praeditis, nunquam usos esse, usque ad medium sec. II παράδοσιν ἀποστολικήν ore propagatam in tradenda doctrina Chr. maxime secutos. J. C. Thilo l. l. p. XCVII s. Hieronymus Ep. ad Dardanum. „Illud nostris dicendum est: hanc epistolam, quae inscribitur ad Hebraeos, non solum ab ecclesiis Orientis, sed ab omnibus retro ecclesiasticis graece sermonis scriptoribus, quasi Pauli Apostoli suscipi, licet *plerique* eam vel Barnabae vel Clementis arbitrentur, et nihil interesse, cuius sit, quum ecclesiastici viri sit, et quotidie ecclesiarum lectione celebretur. Quodsi eam Latinorum consuetudo non recipit inter scripturas canonicas, nec Graecorum quidem ecclesiae Apocalypsin Ioannis pari libertate suscipiunt; et tamen nos utraque suscipimus, nequaquam huius temporis consuetudinem, sed veterum scriptorum auctoritatem sequentes, qui plerumque utriusque abutuntur testimoniis, non ut interdum de Apocryphis facere solent, quippe qui et gentilium literarum raro utantur exemplis, sed quasi canonicis et ecclesiasticis." Augustinus l. l. „epistolas Apostolorum, ait, quas *plures* et *graviores* ecclesiae accipiant, praeponendas esse iis, quas *pauciores* et *minoris auctoritatis* ecclesiae teneant."

h) Semler *Von freier Untersuch. des Kanon.* H. 1771 ff. (Corrodi) *Vers. einer Beleucht. d. jüdischen u. christl. Bibelkanons.* H. 1792. Haenlein *Einleit. in die Schr. d. N. T.* 2. *A.* T. I. 365 ff. Eckermann *Theol. Beiträge.* Bd. V. St. 2. 140 ff. Ammon *Ausf. Unt. in d. Chr. Gl.* I. 232.

CAPUT II.

DE DIVINA SCRIPTURAE S. AUCTORITATE.

§. 37.

Revelationis notio biblica.

In libris sacris, quod idem de Iesu Christo perhibetur Matth. 11, 27. Io. 5, 30. 7, 16. 8, 42. 10, 36. 12, 49. 50. 17, 8., rerum divinarum cognitio et effata illas spectantia saepissime a Deo eiusque revelatione repetuntur [a]); ita quidem, ut modus atque effectus huius revelationis varie descripti naturae leges eiusque cursum consuetum excedere plerumque videantur. Ex. 4, 12. Deut. 18, 18. Ier. 1 tot. Matth. 11, 25. 15, 3. 4. 16, 17. Io. 6, 45. Act. 4, 19. 1 Cor. 2, 10. 12, 13. Eph. 3, 3—10. 1 Thess. 4, 15. Tit. 1, 3. 2 Petr. 1, 21. Apoc. 1, 19. 14, 13. Commemorantur in huius rei fidem ἐπιφάνειαι Dei ipsius Gen. 3, 8—10. 18, 1 ff. Ex. 3, 2 ff. 19, 20. 40, 34. et angelorum Gen. 18, 2. 19, 1. 2 Sam. 24, 17. 1 Reg. 19, 5—7. Dan. 7, 10. Marc. 16, 5. Luc. 1, 11. 2, 9. 24, 23. Io. 20, 12. Act. 7, 53. 10, 3 ff. Hebr. 2, 2., *voces coelestes* Gen. 22, 11. Matth. 3, 17. 17, 5. Io. 12, 28. Act. 9, 4 ff., *somnia* Gen. 28, 12 f. Matth. 1, 20. 2, 12. 2, 22. et *ecstases* Ies. 6, 1 ff. Ezech. 1, 1 ff. Act. 10, 10 ff. 2 Cor. 12, 2—4.; praeterea revelatio per *rerum naturam* Ps. 19, 1 ff. Rom. 1, 19 ff. et *rationem humanam* Deut. 30, 11 ff. Rom. 2, 14. 15. Act. 17, 24—27., et revelatio per *afflatum* seu *spiritum divinum*, quo non solum oratores sacri in tradendis oraculis atque decretis divinis (§. 32. *d.*) Num. 11, 25. Ies. 42, 1 ff. Sap. 9, 17. Matth. 10, 20. Io. 14, 26. [b]) 16, 13. 1 Cor. 2, 10. Hebr. 1, 1. 1 Petr. 1, 10—12. 2 Petr. 1, 21., adeoque artifices in exercendis artibus Ex. 31, 3. 35, 31., sed etiam V. T. librorum scriptores in conficiendis his libris Act. 1, 16. 28, 25. adiuti esse dicuntur. Veruntamen in aliis locis afflatum seu spiritum illum divinum Israelitae cuicun-

que contingere potuiſſe docetur, Ieſ. 44, 3. Ioel 3, 1 ff. coll. Act. 2, 17 ff. Sap. 7, 27 ff. Sir. 39, 1—9. Unde factum eſt, ut in N. T. etiam ſingula doctorum (Matth. 16, 17. Io. 11, 51. Act. 21, 11. Eph. 3, 5. 1 Theſſ. 4, 9.) et ipſius vulgi effata (Act. 10, 44 ff. 1 Cor. 12, 4 ff. 1 Io. 2, 20. 27.), ad efficaciam illam divinam relata ſint, ipſumque ſpiritus ſancti donum ad quoscunque transferatur religionis Chriſtianae cultores tunc temporis initiatos Luc. 11, 13. Act. 2, 38. 8, 15 ff. 9, 17. 1 Cor. 12, 3., qui et *θεοδίδακτοι* nominantur 1 Theſſ. 4, 9. Ceterum N. T. ſcriptores *ſcriptis* ſuis divinam auctoritatem nusquam vindicant [c]); Paulus Apoſtolus ſolus nonnulla, quae ſcripſit, ad mandatum Ieſu Chriſti, alia vero ad ſuum ipſius iudicium atque arbitrium revocavit (1 Cor. 7, 12.). Neque tamen praetereundum eſt, in V. T. libris et diras imprecationes (2 Sam. 16, 11.), atque iniuſte facta (Ex. 3, 21. 22. 17, 10—14. Deut. 2, 30. 2 Sam. 24, 1 ff. 17.) inter Dei mandata referri.

a) Diſtinguitur auctoritas ſ. ſ. divina *obiective* et *ſubiective* intellecta. Illa e conſenſu argumenti ſcripturae ſ. cum rectae rationis ideis de Deo eiusque ratione ad mundum derivatur, haec vero e perſuaſione ſcriptorum ff. de rebus ab ipſis traditis modo quodam ſupernaturali a Deo patefactis. Ammon *Bibl. Theol.* I. 30.

b) Knapp Scripta var. arg. Ed. 2. H. 1823. N. IV. De ſpiritu ſ. et Chriſto paracletis. p. 137 ff.

c) Lucas in evangelii initio, ſe non niſi diligenter examinando omnia ab origine inde opus ſuum compoſuiſſe, ipſe profitetur, et Ioannes Ev. 19, 35. ad eam tantum fidem provocat, quae cuique homini ſincero debetur.

§. 38.

Doctrina ſymbolica et eccleſiaſtica.

Scriptura ſ. in eccleſia evangelica pro divino religionis Chriſtianae fonte habetur, non tam quia ſententias continet vere divinas i. e. per ſe veras ideaeque

Dei recte informatae convenientes, quam quia origo ei adſcribitur *ſupernaturalis* ſ. miraculoſa, *inſpirationis* (θεοπνευστίας) [a] vocabulo atque doctrina, qua ſimul reliquae revelationis ſupernaturalis ſpecies in libris ſſ. commemoratae eadem auctoritate divina exornantur, ſubtilius definita. Quibus poſitis *religio Chriſtiana* eſt *complexus doctrinarum ſupernaturali modo revelatarum de inſtitutis divinis ad hominum ſalutem per Ieſum Chr. reparandam ſpectantibus.* Atque haec doctrina ita comparata dicitur, ut humana ratio, niſi a ſpiritu ſ. illuminata fuerit, eam intelligere et credere non poſſit [b]). Quanquam libri ſymbolici [c]), Luthero ipſo ambigue hac de re indicante [d]), de revelationis, a qua religionis doctrinam ſimpliciter repetunt, modo et ratione plane nihil ſanciverunt, exorti tamen ſunt haud multo poſt doctores eccleſiae male ſeduli, qui mira commentorum varietate hunc locum uberius exornarent. Praeter alias diſtinctiones [e]) discrimen fecerunt [f]) inter *revelationem*, actum Dei *univerſalem*, quo res ignotas antea atque occultas multis et diverſis modis, vel per externum alloquium, vel per ſomnia et viſiones manifeſtavit, et *inſpirationem*, actum Dei *ſpecialem*, quo conceptionem et ſcriptionem rerum cum ſcriptoribus ſacris modo ſupernaturali communicatarum per ſpiritum ſanctum ita moderatus eſt, ut errores praecaveret. Neque nuda quadam aſſiſtentia et gubernatione ad praecavendos errores, ſed vera *ſuggeſtione* rerum, notionum et verborum (inſpiratio *realis* et *verbalis*), atque peculiari quodam *impulſu* ad ſcribendum, cui nonnulli et *directionem* ſ. *aſſiſtentiam* in ſcribendo, tanquam ſingularem quandam Dei operationem, addiderunt, inſpirationem, aliis tamen, recentioribus potiſſimum, aliter ſtatuentibus [g]), contineri docuerunt [h]).

a) Haec vox in libris ſſ. nusquam reperitur; ſemel tantum θεόπνευστος, vocabulum apud Graecos rariſſime uſurpatum (Plutarch. T. IX. p. 583. ed. Reiske: θεόπνευστοι ὄνειροι ſomnia

a Diis immissa) legitur, 2 Tim. 3, 16., ubi idem est, quod afflatu s. spiritu divino suggestus; Vulg. vertit *inspiratus*, unde *inspirationis* nomen derivandum, quod, sicut θεόπν., tum de actu illo divino, tum de Apostolorum statu ac libror. ss. indole dictum fuit.

b) Form. Conc. Sol. decl. II. 657. „Etsi humana ratio, seu naturalis intellectus hominis obscuram aliquam notitiae illius scintillulam reliquam habet, quod sit Deus, et particulam aliquam legis tenet; tamen adeo ignorans, coeca et perversa est ratio illa, ut etiamsi ingeniosissimi et doctissimi homines in hoc mundo ev. de filio Dei et promissiones divinas de aeterna salute legant vel audiant, tamen ea propriis viribus percipere, intelligere, credere et vera esse, statuere nequeant. Quin potius, quanto diligentius in ea re elaborant, ut spirituales res istas suae rationis acumine indagent et comprehendant, tanto minus intelligunt et credunt; et ea omnia pro stultitia et meris nugis et fabulis habent, priusquam *a spiritu s. illuminentur* et doceantur."

c) In Confess. Aug. art. VII. de abus. p. 42. 44. Apolog. Conf. Aug. praef. 48. Art. II. 81. ed. Rechenb. [„Num frustra existimant, toties idem repeti (in ll. ss.)? Num arbitrantur, excidisse spiritui s. non animadvertenti has voces?"], singula scripturae s. effata ad spiritum s. et Deum referuntur. Artt. Smalcald. P. II. Art. II. p. 308. „Lutherus regulam, inquit, habemus, ut videlicet *verbum Dei* (script. s.) condat articulos fidei, et praeterea nemo, ne Angelus quidem." Ibid. P. III. Art. VIII. 333. Form. Conc. Sol. decl. praef. 635. (Lutherus) „hoc discrimen inter *divina* et *humana* scripta perspicue posuit: solas videlicet sacras literas pro unica regula et norma omnium dogmatum agnoscendas, iisque nullius omnino hominis scripta adaequanda, sed potius omnia subiicienda esse."

d) De evangeliis tribus prioribus, de epistola Iacobi aliisque codicis s. partibus ita locutus est, ut ex argumento singulorum librorum ss. gradus auctoritatis divinae in iis constituisse videatur. Praef. ad versionem N. T. germanicam a. 1524 editam, et praef. ad ep. Iacobi. Opp. T. XIV. 104. 149. Alia Lutheri effata huc referenda collegerunt Bretschneider in l. *Luther an unsere Zeit.* Erf. 1817. p. 202 ff. Krause in Opuscc. theologicc. 207 ff. Attamen in controversiis de sacra coena, quamvis alias inspirationem verbalem aversatus, ipsis scripturae s. verbis, quippe quae Dei verba essent, inhaerendum esse, acerrime contendit; interdum etiam sibi ipsi inspirationem aliquam

vindicavit. Opp. T. II. 140. — Planck *Geſch. d. Entſtehung u. Bildung des proteſt. Lehrbegr.* V. II. 97 ff.

e) V. c. inter cauſam ſcr. ſ. efficientem *principalem* (Deum trinunum) et *inſtrumentalem* („homines Dei ſanctos, quos merito Dei *amanuenſes*, Chriſti *manus* et ſpiritus ſ. *tabelliones* ſ. *notarios* vocamus") Gerhard Loci theoll. II. 26. Hollaz Examen theol. Ed. Teller. 74 ff.; inter *aſſiſtentiam* et *inſpirationem; aſpirationem* (impulſum ad ſcribendum), *poſtſpirationem* (conſequens teſtimonium ſ. approbationem rerum et vocum ſcriptarum), *inſpirationem* (gratiam praeſentiſſimam concomitantem). Dannhauer Hodoſophia. 34. Quenſtedt Theol. did. polem. I. 70.; inter inſpirat. *activam* et *paſſivam*; inſpirat. *antecedentem*, quae res plane incognitas ſcriptoribus ff. patefecit, *concomitantem*, quae in rerum aliunde notarum v. c. hiſtoricarum expoſitione errores praecavit, et *conſequentem*, quae humana ſcripta ut vera per inſtinctum divinum probavit, ut in evv. Marci et Lucae. Alii aliter. Cf. Doederlein Inſt. th. Chr. I. 100 ſ. Diſtinxerant iam Iudaei undecim revelationis gradus. Cotta ad Gerhardi Locos th. II. 18 ff. Defendunt gradus inſpirationis Teller (Diſſ. de inſpirationis ſcr. ſ. iudicio formando. 1764.), Töllner (*Eingebung d. heil. Schr.* 1771. 103 ff.), quatuor ſtatuens, Michaelis (*Dogmat. 2. A.* 120 ff.) al.

f) Quenſtedt Theol. did. polem. I. p. 32. „Vox revelationis notat vel *materialiter* ipſam rem revelatam, vel *formaliter* ipſum actum revelationis: hoc modo accepta ſumitur vel late pro quacunque rerum occultarum manifeſtatione a Deo profecta, vel ſtricte pro revelatione illa peculiari et gratioſa in Verbo facta, quae ſupernaturalis, ſive revelatio per Spir. S. appellatur et eſt actus divinus externus, quo Deus ſeſe humano generi per verbum ſuum patefecit ad ſalutarem eiusdem informationem, vel denique ſpecialiſſime pro ἀποκαλύψει, ſ. revelatione Prophetis et Apoſtolis facta per ἄμεσον ἔλλαμψιν ſ. immediatum Spir. S. illapſum et afflatum, quae πρώτως dicitur revelatio." 68 ff. „Inſpiratio eſt actio Spiritus S., qua actualis rerum cognitio intellectui creato ſupernaturaliter infunditur; ſeu eſt interna conceptuum ſuggeſtio, ſeu infuſio, ſive res conceptae iam ante ſcriptori fuerint cognitae, ſive occultae. Revelatio potuit tempore antecedere ſcriptionem, haec (inſp.) cum ſcriptione ſemper fuit coniuncta, et in ipſam ſcriptionem influebat. — Quandoque etiam revel. cum ipſa inſp. concurrit atque coincidit, quando ſcil. divina myſteria inſpirando revelantur, et revelando inſpirantur, in ipſa ſcriptione."

72. „Non ſolum res et ſententias, in ſcr. ſ. contentas, ſeu ſenſum verborum, Prophetis et Apoſtolis inſpiravit ſpiritus ſ., ſed etiam ipſamet verba et voces omnes ac ſingulas individualiter Sp. ſ. ſcriptoribus ſuppeditavit, inſpiravit et dictavit." Bretſchneider *Entw. d. dogm. Begr.* 3. *A.* 169 f.

g) Nonnulli cum Reinhardo (*Dogmat.* p. 52.) diſtinguunt inſpirationem *late* dictam, ſ. efficaciam ſpiritus div. in animis oratorum divinorum, qua etiam res notas proponentes erroris expertes erant; et inſp. *ſtricte* dictam, ſ. *revelationem*, h. e. eam efficaciam ſpiritus div., qua oratores div. rerum ignotarum notitias accipiebant ſine errandi periculo. Cf. Bretſchneider *Handb. d. Dogmat.* I. 2. *A.* p. 247. „*Es iſt zwar der Satz feſtzuhalten, daſs das N. T. die Schriften von Männern enthalte, welche göttlicher Offenbarung genoſſen, und daſs es alſo, in wie weit es Offenbarungslehre vorträgt*, fidem divinam *habe; aber eine Inſpiration der Schriften ſelbſt iſt nicht anzunehmen.*"

h) Cf. Calovii, Hollazii, Muſaei (Introd. in theol. c. 3.), Baieri, Buddei, Baumgarteni aliorumque inſtitutiones dogmaticas ad h. l., quibus e theologis recentioribus adſtipulati ſunt Seiler Theol. dogmatico-polem. 38 ff. Id. de revelationis et inſpirationis discrimine rite conſtituendo. Erl. 1794. 4. Storr *Lehrb. d. Chr. Dogmatik.* I. 186 ff. al. — Ständlin *Jeſus der göttl. Prophet. Ein Beitrag zur Apologetik.* Gött. 1824. Cf. *A. L. Z.* 1825. Nr. 35 f.

§. 39.

Continuatio.

Inſpirationis notio, qualis iam definita eſt, ſcripturae ſ. effatis ita comprobatur, ut, quae Ieſus de ſpiritu divino, paracleto, Apoſtolos in exponenda religionis doctrina adiuturo, enunciavit (Io. 14, 16. 26. 15, 26. 16, 7 — 15. cf. Matth. 10, 19. 20. Mc. 13, 11. Luc. 12, 11. 12. — 21, 14. 15.), et Apoſtoli de eius auxilio ipſis revera ſuppeditato univerſe profeſſi ſunt (Act. 2, 4. 4, 31. 1 Cor. 2, 9. 10. 7, 40. 12, 3. Eph. 3, 5. Gal. 1, 12. 1 Theſſ. 2, 13.), ad libros quoque ab iisdem religionis propagandae cauſa conſcriptos transferantur. Neque minus argumenta petita ſunt tum ex il-

illis locis, quibus Apostoli se spiritu divino edoctos et gubernatos aliquid literis mandare ipsi diserte monent, Act. 15, 23. 28. 1 Tim. 4, 1. 1 Cor. 7, 40., tum ex iis, quibus Iesus et Apostoli V. T. scriptis auctoritatem quandam divinam vel ipsam θεοπνευστίαν tribuunt, Matth. 5, 17. 18. 22, 43. Luc. 24, 27. Io. 5, 39. 46. 10, 35. (2 Tim. 3, 15, 16.) 2 Petr. 1, 19—21. Addi possunt ea V. T. dicta, in quibus mandatum aliquod divinum de rebus certis scribendis commemoratum est, Ex. 34, 27. Deut. 31, 19. Iesa. 8, 1. Ier. 36, 2. Inspirationis autem singulorum verborum argumenta repetita sunt ex hisce scripturae s. locis: Exod. 4, 12. Ier. 1, 9. Matth. 10, 20. Luc. 12, 11. 12. 21, 15. 1 Cor. 2, 12. 13. 1 Tim. 4, 1. 2 Tim. 3, 16.; itemque e natura rei, quum cogitata sine verbis cum aliis communicari vix queant. Quod praeter alia quaedam argumenta [a]) nonnulli ad inspirationem probandam adduxerunt et quo solo *fidem* dictam *divinam* comparari voluerunt, *testimonium spiritus sancti internum*, quo persuasio immediata de effectibus religionis Christianae in mentibus humanis supernaturalibus [b]) contineri dicitur, a supernaturalistis recentioribus aut latiore sensu definitum, aut tanquam nil probans reiectum est [c]). Ceterum Marci et Lucae libris, ad quos promissiones Iesu supra allatae referri nequeunt, θεοπνευστία vindicatur, propterea quod, testibus scriptoribus ecclesiasticis [d]), nil fere nisi dicta Apostolorum repetiisse dicuntur; vel quod, sicut alii Apostolorum discipuli, spiritus s. dotibus imbuti fuerint, cf. 1 Cor. 12, 1—11. 1 Io. 2, 27. Act. 8, 18. 19, 6.

a) Diiudicentur argumenta *a tuto*, argg. a testimonio ecclesiae, ab antiquitate doctrinae, a generis scribendi librorum ff. praestantia et virtute derivata, al. Eckermann *Handb. d. Chr. Gl.* I. 597 ff. Gust. Fr. Nic. Sonntag Doctrina inspirationis eiusque ratio, historia et usus popularis. Heidelb. 1810. p. 181 ff.

b) Hollaz Examen theologicum acroamat. ed. Teller. p. 116. „Per int. sp. s. testimonium intelligitur actus supernaturalis

ſpiritus ſancti, per verbum Dei attente lectum, vel auditu perceptum, virtute ſua divina, ſcripturae ſ. communicata, cor hominis pulſantis, aperientis, illuminantis et ad obſequium fidei flectentis, ut homo illuminatus ex internis motibus ſpiritualibus vere ſentiat, verbum ſibi propoſitum a Deo ipſo eſſe profectum." Similiter Baumgarten *Evang. Glaubensl.* III. 120 ſ.

c) Mosheim *Dogm.* 142. „Poteſt aliquis pios motus ſentire et tamen errare!" — Morus Epit. p. 39., Doederlein Inſt. Theol. Chr. I. 22. 99., Reinhard *Dogm.* 65. („Teſtim. ſp. ſ. eſt animi certa perſuaſio ex uſu legitimo librorum ſſ. orta, eorum doctrinam ad inſtituendum, corrigendum et tranquillandum animum eſſe maxime idoneam.") teſtimonio ſp. ſ. argumentum ab experientia ductum ſubſtituerunt. Verum ita finitum, doctrinam Chr. modo *ſupernaturali* patefactam eſſe, minime probat. — Nomen illud teſtimonii ſp. ſ. *interni*, cui opponitur eiusdem teſt. *externum* ſeu perſuaſio de origine religionis Chr. ſupernaturali per miracula (Hebr. 2, 4.) effecta, perperam ductum eſt e Rom. 8, 16. 1 Cor. 2, 4. 1 Ioann. 5, 6. Schott Epit. Theol. Chr. dogm. p. 17. ed. 2. Eckermann l. l. I. 674 ff. *Aufhellungen.* 585 ff.

d) Irenaeus adv. haereſ. III. 1. *Μάρκος μαθητὴς καὶ ἑρμηνευτὴς Πέτρου καὶ αὐτὸς τὰ ὑπὸ Πέτρου κηρυσσόμενα ἐγγραφῶς ἡμῖν παρέδωκε.* Clem. Alex. Hypotypoſ. l. IV. apud Euſeb. H. H. I. 15. Id. H. E. III. 39. Papias ibid. V. 8. Lucam veritatem hauſiſſe, perhibet Euſebius H. E. III. 24., *ἐκ τῆς ἅμα Παύλῳ συνουσίας κ. διατριβῆς, καὶ τῆς τῶν λοιπῶν ἀποστόλων ὁμιλίας*, Pauloque approbante evangelium edidiſſe.

§. 40.

Hiſtoria dogmatis.

Quemadmodum Iudaei (§. 37.), aeque ut aliae priſcae gentes *a*), efficaciam virium animo a natura inſitarum haud probe dignoſcentes, animi motus ſenſusque acriores atque inſolitos et cogitationes ſubito menti iniectas a quodam numinis afflatu ſ. inſpiratione (i. e. ab efficacia numinis immediata ſeu praeſidiis naturalibus haud utente) repetebant: ita illi iam inde a ſecundo ante Chriſtum natum ſeculo, ad ſcripta ſua ſacra hanc inſpirationis opinionem transtulerunt (1 Macc.

12, 9.) *b*), quae narrationibus de prodigiosa librorum ss. perditorum restitutione per Esdram *c*) et de graecae versionis Alexandrinae origine *d*) admodum commendata atque confirmata est. Quo facto iam antiquiores ecclesiae Christianae doctores eandem sententiam varie exornatam *e*), neque vero subtilius definitam, non solum de Iudaeorum, sed non multo post etiam de Christianorum libris ss. *f*) professi sunt eamque acriter contra haereticos *g*) defenderunt; ita tamen, ut alii, sicut postea Synodorum Patres, sibi ipsis etiam inspirationem vindicarent *h*), alii eandem adeo ethnicis non omnino denegatam fuisse existimarent *i*), nonnulli tamen hanc ethnicorum inspirationem a daemonum efficacia derivarent *k*).

a) Apud Graecos et Romanos poetae, vates, philosophi et alii divino quodam afflatu vel numine ipso hominem penitus occupante excitari dicebantur, quod respondet hebraico רוּחַ יְהוָה — הָיְתָה עַל Ezech. 1, 5. et — יַד יְהוָה הָיְתָה עַל 1, 3. 3, 14. 22. (πνευματοφόρος apud LXX Hos. 9, 8. φερόμενος ὑπὸ πνεύματος ἁγίου 2 Petr. 1, 21.). Hinc θεοδίδακτοι, θεοφόροι, θεοφορούμενοι, θεόσοφοι, θεόδοχοι, θεόπνευστοι, θεομάντεις, θεῖοι, ἔνθεοι, ἐπίπνοοι, ἐνθουσιαστικοὶ, ἀποδαιμονίζοντες, βακχευόμενοι, μαινόμενοι, divino numine afflati, inspirati, furentes, cet. appellati sunt. Vel in furore sive μανίᾳ aut ἐνθουσιασμῷ, teste Platone in Phaedr. X. 316. ed. Bip., aliquid honorifici inesse existimabant, cf. Cic. de divinat. I. 37. Justin. narrante l. XLIII. c. 2. Fauni uxor Fatua, „assidue divino spiritu impleta, velut per furorem futura praemonebat." — Knapp Scripta varii argumenti. Ed. 2. H. 1823. Prolus. I. in loc. 2 Petr. 1, 19—21. p. 36. „Quum in vatibus, ubi oracula fundunt, magna animi commotio et verò etiam mentis alienatio conspiciatur, apparet, quid causae sit, cur ea vocabula, quae de vaticinando dicuntur, etiam simpliciter *insanire* vel *furere* significent, veluti hoc ipsum verbum *vaticinari* apud latinos e. c. Cic. pro Sext. c. 10. et הִתְנַבֵּא Hebraeorum, 1 Sam. 18, 10. cf. 19, 24. Est etiam Graecorum μάντις a primitivo verbo μαίνομαι, quod ipsum quoque de ἐνθέοις usurpatur." — Plato in Ione. IV. 186. poetas epicos non arte adiutos, sed ἐνθέους quaecunque poemata bona conficere dixit; et p. 187.: Ὁ θεὸς, ἐξαιρούμενος τούτων νοῦν, τούτοις χρῆται ὑπηρέταις, καὶ τοῖς χρησμῳδοῖς, καὶ τοῖς μάντεσι τοῖς θείοις.

Platonis dialogus *ΙΩΝ*. Ed. G. G. Nitſch. L. 1822. Cap. IV. Platonis de enthuſiasmo ſententia. Cf. Homer. Odyſſ. I. 347. XXII. 347. (Apud Hebraeos etiam interdum cantu et muſice afflatum illum divinum excitatum fuiſſe, patet e Reg. 3, 15. 1 Sam. 10, 5.) Il. II. 484. Heſiod. Theogon. V. 22. 30 ff. Cic. p. Arch. c. 8. Horat. Carm. IV. 6. v. 29 ff. Ovid. d. art. am. III. 549. — De philoſophis divino numine afflatis v. Plato Apol. Socr. I. 69 ff. Add. eiusd. ſententia: *ἀλλ' οὐδ' ἂν διδάξειν, εἰ μὴ θεὸς ὑφηγεῖτο.* Epinomis. IX. 269. Cic. Tuſc. V. 4. Seneca Ep. 90. Quinctil. Inſt. orat. X. 1.; de vatibus v. Aeſchyl. Agam. v. 1207. Eurip. Iphig. Aulid. v. 762. Xenoph. Mem. I. 1. Plato Apol. Socr. I. 51.: *Οἱ θεομάντεις καὶ οἱ χρησμῳδοὶ λέγουσι μὲν πολλὰ καὶ καλά, ἴσασι δὲ οὐδὲν ὧν λέγουσι.* Meno IV. 388. Phaedr. X. 360. *ἡ μαντικὴ ἐπίπνοια* i. e. vaticinii inſpiratio, Apollini tribuitur. Diodor. Sic. XVI. c. 26. Virgil. Aen. VI. 46 ff. Ibique Heyne. Ovid. Met. II. 640 f. Lucan. Pharſal. V. 161 ff. Cic. de nat. deor. II. 66. „Nemo vir magnus ſine aliquo afflatu divino unquam fuit." Add. Homer. Od. XVIII. 135. Plutarch. de oraculor. defectu, qui multum philoſophatus ſuper *ſpiritu divino*, quem variis nominibus, *μαντικὸν ῥεῦμα κ. πνεῦμα, ἐνθουσιαστικὸν πν., τὴν τοῦ πνεύματος δύναμιν* appellat. Paulus *Theol.-exeget. Conſervat. 2te Lief.* 1822. p. 131 ff. *Unterſchied u. Vereinigung d. Begriffe μάντις, προφήτης, ὑποφήτης.* Alia veterum effata huc referenda dabit Knappii commentat. ſupra l. lectu digniſſima. — De Aegyptiis, Perſis et Indis religionis conditores et ſapientes ſuos divino inſtinctu actos vel edoctos eſſe praedicantibus vid. Jablonsky Pantheon Aegyptiacum. Frcf. ad V. 1750—52. 4. Kleuker *Zend-Aveſta aus d. Franzöſ. des* Anquetil. 1776—77. III B. 4. Ei. *Anhang zum Zend-Aveſta.* 1781. II B. 4. Paulinus a ſct. Bartholomaeo Syſtema Brachmanicum. Rom. 1791. Heeren *Ideen üb. d. Politik, den Verkehr u. d. Handel d. vornehmſten Völker der alten Welt.* II. Th. 3. *A.* 1815. 415 ff. *Von den Vedas.* — Reinhard Explanatio l. Ieſ. 11, 1—5. in Velthuſen — Commentatt. theol. V. I. p. 7. In univerſa antiquitate, „omnes, quorum animi, ardore aliquo inflammati et excitati, vel futura videbantur praeſentire, vel omnino ſapientia ſingulari, commotionum vehementia, orationis flumine, affectu, torrentis inſtar, abreptae ac profuſae, aliis antecellere, hi omnes *divino ſpiritu afflari* putabantur, et *agitari*."

b) Philo de Monarch. I. 820. ed. Pariſ.: *Ἑρμηνεῖς γάρ εἰσιν οἱ προφῆται θεοῦ, καταχρωμένου τοῖς ἐκείνων ὀργάνοις πρὸς δήλω-*

σιν, ὧν μὲν ἐθελήσῃ. Quis rerum div. haeres. 517.: *Προφήτης γὰρ ἰδίων μὲν οὐδὲν ἀποφθέγγεται, ἀλλότρια δὲ πάντα ὑπηχοῦντος ἑτέρου.* De praem. et poen. 918. — De duplici genere *θεοπνεύστων* apud Phil. v. Stahl in Eichhorn *Bibl.* IV. 789 ff. Discrimen posuisse videtur inter *τοὺς ἑρμηνεῖς τοῦ θεοῦ* proprie sic dictos, qui mandata Dei hominibus tradunt, et *τοὺς προφήτας*, qui vaticinia edunt. Verum etiam prophetas, ut vere *θεοπνεύστους*, *ἑρμηνεῖς* nominavit. De Monarchia. I. 820. Ceterum Mosen quidem pro summo maximeque insigni mysteriorum divinorum interprete habuit (De vita Mosis. II. 656. III. 681. De nominum mutatione. 1064., ubi *ἀρχιπροφήτης* nominatur); at reliquis V. T. scriptoribus non nisi eandem, quam suis ipsius scriptis, attribuit, *θεοπνευστίαν* II. de Cherub. 112. et de migrat. Abrah. 393. Samaritani uni Mosi revelationem tribuunt, hanc vero Mosis prophetiam iam in ipso hexaëmero creatam, et postea Mosi traditam esse fingunt, quippe hoc beneficio divino prae caeteris mortalibus digno. V. Gesenius Commentat. de Samaritanorum theologia. Hal. 1823. p. 26. 27. coll. Sir. 1, 1. 4, 9. 24, 1—9. Sap. 7, 27. 8, 19 ff. — Ioseph. c. Apion. I. c. 7. (v. supra §. 32. d.) prophetis *τὴν ἐπίπνοιαν* tribuit. Archaeol. IV. 6. 5. de Bileamo dixit: *Τοιαῦτα ἐπεθείαζεν οὐκ ὢν ἐν ἑαυτῷ, τῷ δὲ θείῳ πνεύματι πρὸς αὐτὰ κεκινημένος.* Arch. XIII. 10. 7. Hyrcano, et B. I. III. 7. 9. IV. 10. 7. sibi ipsi donum prophetiae tribuit. — Münscher *Dogmengesch.* I. 332 ff.

c) L. IV. Esdr. c. 14. Tertull. de cultu foem. c. 3.

d) Ioseph. Arch. XII. 2. Philo de vit. Mos. I. II. 660. Iust. Coh. ad Gr. 13. 16 ff. ed. Paris. Epiphan. de ponderib. et mensuris. §. 3. — Eichhorn *Einleitung ins A. T.* I. 313 ff. Bertholdt *Einl. ins A. u. N. T.* II. 516 ff.

e) Inspiratio Mosis et prophetarum refertur nunc ad Deum, nunc ad spiritum div., nunc ad *λόγον*. Iustin. M. Cohort. 32. 35., Dial. c. Tryph. 7. 109. Apol. I. 31. 36. Theophil. ad Autol. I. 14. II. 9. 10. Iren. adv. haeres. II. 47. p. 203. ed. Paris. „Scripturae perfectae sunt, quippe a verbo Dei et spiritu eius dictae." Clem. Alex. Protr. 66. 68. Strom. VI. 765. ed. Potter. Tertull. Apol. 18. 20. 31. Origen. Prooem. de princ. IV. 1. c. Cels. VII. 334. ed. Spencer.

f) Apostolorum scriptis a primis eorum lectoribus inspirationem stricte sic dictam nondum tributam fuisse, inde quoque patet, quod Paulus sententiarum ab ipso propositarum longe alia argumenta, nec usquam ab inspiratione ducta, profert. Et Pa-

tres eccl. primum parcius dixerunt de N. T. librorum inſpiratione, et ita quidem, ut a libro prophetico Apocalypſeos ad ceteros transirent. Iuſt. Dial. c. Tryph. c. 81. 179. Is autem, ſui quoque temporis hominibus inſpirationem conceſſam fuiſſe, docet c. 88., quod idem Irenaeus, teſte Euſebio H. E. V, 7., et poſteriori tempore Lactantius (Inſtit. VI. 10.) aliique de aequalibus ſuis perhibuerunt. Theophil. ad Autol. II. 565. III. 388. Iren. adv. haereſ. III. 1, qui l. III. 16. 2. etiam ſingulorum verborum inſpirationem defendit. Athenagoras de prophetis tantum profitetur, ſpiritum ſ. eorum oribus, ut inſtrumentis, uſum eſſe (ὡς αὐλήτης αὐλὸν ἐμπνεῦσαι) legat. pro Chriſto. c. 9. cf. c. 7. 18. Tertull. vero et Apoſtolos ſpiritu div. *inundatos* fuiſſe dixit. Adv. Iud. c. 8. Orig. Comm. in Matth. 428. ed. Huet. De princ. IV. 2. (Apoſtolorum ſcriptis tamen minorem inſpirationis vim tribuit, quam propheticis, apoſtolos interdum ſine ſpiritu aliquid protuliſſe ratus. Comm. in Ioann. 4. — Rösler *Biblioth. d. Kirchenv.* II. 271.) Euſeb. H. E. III. 24. V. 28. Cyprian. de unit. eccl. p. 111. ed. Brem. — Schröckh *Kirchengeſch.* Th. IX. Münſcher *Handb. d. Dogmeng.* I. 532 ff.

g) Adnumerantur iis: *Ebionitae*, qui aeque ac Simon Magus, cf. Epiphan. Haer. 21. 3. Theodoret. Haer. fab. I. 1., omnes fere prophetas repudiarunt, ex N. T. evangelium Matthaei prae ceteris aeſtimantes. Epiph. Haer. 30. 18. Euſeb. H. E. III. 27.; — *Gnoſtici*, qui V. T. aut integrum, aut ex parte a ſummo Deo profectum eſſe negabant, nec de N. T. omnibus partibus et locis aeque exiſtimabant. Iren. adv. haereſ. II. 28. III. 1. 2. 9. 34. 36. Ptolemaei ep. in Grabe Spicileg. Patrum. Sec. II. T. II. 69. Epiph. Haer. 42. Tertull. de praeſcr. haer. c. 51. Auguſtin. de haereſib. 21. Münſcher *Dogmengeſch.* I. 340 ff.; — *Encratitae*, qui, teſte Euſebio H. E. III. 29., acta Apoſt. et Pauli epiſtolas condemnabant; — *Manichaei*, V. T. libros contemnentes, in N. T. alia bona, alia mediocria, alia peſſima contineri opinabantur. Auguſt. c. Fauſtum l. XXXII. Münſcher l. l. III. 93 ff.

h) Tertull. de exhort. caſtitatis. c. 4. Is omnes libros *ad aedificationem habiles*, v. c. Enochi librum, Sibyllina oracula, a Deo eſſe profectos cenſuit, de cultu fem. I. 3. II. 10. ad nationes II. 12. Similiter Origenes Hermae paſtorem ſcripturam vocat *valde utilem divinitusque inſpiratam*. Comm. in ep. ad Rom. ad. 16, 14.

i) Clem. Alex. Strom. I. 4. 551. ed. Potter: Πάντων αἴτιος

τῶν καλῶν ὁ θεός et c. 20. 376., inprimis Cohort. ad gent. c. 9. 72.: Ἀκούσατε οὖν οἱ μακρὰν, ἀκούσατε οἱ ἐγγύς· οὐκ ἀπεκρύβη τινὰς ὁ λόγος· φῶς ἐστι κοινὸν, ἐλιλάμπει πᾶσιν ἀνθρώποις. Add. Strom. VI. 5. 761. Orig. (c. Cels. IV. 503. VI. 631.) τὸν λόγον dixit, apud eminentes nonnullos Graecos iam prius fuisse, quam Christus in terram venerit.

k) Theophil. ad Autol. II. cc. 2—8. Sibyllina tamen oracula, more plerorumque Patrum, v. c. Iustini Cohort. 33 ff. et prophetas in pari habuit honore. II. 38. (Münscher *Dogmeng.* I. 216.) Tertull. Apol. c. 22. de praescr. c. 7. adv. Marcion. V. 19. Euseb. Caes. Demonstr. evang. l. V. Chrysostom. Homil. in 1 Cor. 29.

§. 41.

Continuatio.

Quae Theodorus Mopsvestenus *a*) et alii *b*) contemtim iudicaverunt de nonnullorum V. T. librorum origine et auctoritate divina, ea impedire non potuerunt, quo minus sententia de inspiratione utriusque sacri codicis, per universam ecclesiam et ipsis doctoribus clarissimis *c*) probata, vario modo confirmaretur *d*). A theologis scholasticis, quum eo tempore auctoritas divina et Patribus ecclesiae insignibus tribueretur, et synodis *e*) atque ecclesiae universae, praesertim vero Pontifici Romano, tanquam summo scripturae s. interpreti eique falli nescio, pauca tantum ad doctrinam illam subtilius tractandam allata sunt *f*). Sacrorum emendatores quum divinam scripturae s. auctoritatem contra adversarios in universum tantummodo defendissent *g*), seculi XVII theologis reliquum fuit, subtiliorem inspirationis theoriam effingere (§. 38.), a qua vero, praeeuntibus Socinianis *h*), Arminiani *i*) et ipse Calixtus *k*) aliique *l*) recedere conati sunt. Postquam usque ad medium seculum XVIII inspiratio supernaturalis omnium verborum et literarum, imo a nonnullis punctorum et accentuum *m*), strenue defensa erat, exstiterunt tandem, inprimis e Lutheranorum

familia, qui, exegeticis potiſſimum atque hiſtoricis ducti argumentis, doctrinam eccleſiaſticam variis rationibus emendare anniterentur, vel certis quibusdam circumſcriberent limitibus [n]), vel eam penitus tollerent [o]).

a) De libro Iobi, de ſcriptis Salomonis, inprimis Cantico Cantt. Cf. Acta concilii V. oecum. Conſtantinop. in Harduini Concilior. c. V. III. 86 ff. — Münſcher *Dogmengeſch.* III. p. 105 f.

b) Chryſoſtomo (Homil. 2. in pſ. 50.) et Gregorio Naz. (Orat. 56.) teſtibus. — Münſcher l. l. III. 106.

c) Effata huc pertinentia Lactantii, Athanaſii, Baſilii M., Gregoriorum, Hieronymi, Chryſoſtomi, Auguſtini, Cyrilli Alex. aliorumque v. apud Sonntag Doctr. inſpir. 95 ff. Neque tamen praetereundum eſt, ſcriptores iſtos paſſim laxiores de inſpiratione ſententias prae ſe ferre. Sic Auguſtinus de conſenſu evang. II. c. 12., evangeliſtas res enarraſſe perhibet, „ut quisque meminerat, ut cuique cordi erat, vel brevius vel prolixius." Item Chryſoſtomus ad Act. 23, 6. (Opp. VIII. 362. Ed. Montfaucon.) de Paulo Ap. *πάλιν*, ait, *ἀνθρωπίνως διαλέγεται, καὶ οὐ πανταχοῦ τῆς χάριτος ἀπολαύει, ἀλλὰ καὶ παρ' ἑαυτοῦ τι συγχωρεῖται εἰσφέρειν.*

d) Omnino divinam ſcripturae originem *demonſtrare* pauciores aggreſſi ſunt, doctrinae divinitatem, ab illa haud diſerte diſtinctam, defendiſſe ſatis habentes. Auguſtini demum aetate, quum traditionis et eccleſiae auctoritas adeo creviſſet, ad has provocatum eſt, ut dignitas quaedam divina ſcriptoribus ff. vindicaretur. Iunilius vero, epiſcopus Africanus ſec. VI., argumenta a Patribus antiquioribus paſſim prolata rurſus excitavit et coniuncta exhibuit, ut ſcripturae divinitatem vindicans divinam eius originem probaret. V. De partib. divinae legis. c. 20. 29. Bibl. Max. Patr. V. X. 350. Ioann. Damaſc. de fid. orth. IV. 18.

e) Poſtquam Conſtantinus Caeſar Patres ſynodi Nicaenae a. 325 ſpiritu divino praeditos fuiſſe publice declaraverat (Euſeb. Vit. Conſt. III. 17. 21.), concilium Epheſium a. 431 in recitando decreto ſynodali ab hac ſententia incipere haud dubitavit: per ſe, ſanctiſſimum concilium, ſpiritum ſ. ita decreviſſe cet. Socrates Hiſt. eccl. l. VIII. c. 34.

f) Pauci tantum liberius iudicaverunt de inſpir., ſicut Petrus

Lomb. Sentent. l. I. d. 10. 16. 17., inprimis vero Petrus Abaelardus Introd. in theol. Chriſt. et Theol. Chriſt. I. 2. „Si Deus, ait, aſini voce olim uſus ſit, ut prophetam erudiret, quidni philoſophos dignos habeat, quum in ſanctiſſimis et altiſſimis rebus verſentur? Qui Chriſtiano quodam ſenſu praediti noſtrae religionis myſteria indagaverint, Pythagoras et Plato, viri ſumma pietate et reverentia in Deum affecti, ac Socrates — unde fidei donum acceperint, niſi a Deo?" Cramer *Fortſetzung von* Boſſuet. VII. p. 166 ff. Sonntag l. l. 114 ff.

g) Confeſſ. Aug. XVIII. 42. Apol. praef. 48. II. 81. XIII. 288. Artt. Smalcc. P. III. A. VIII. fin.

h) Fauſt. Socin. de auctoritate ſcriptorum ſ. 1570. Catechismus Racov. Ed. Oeder. p. 22 ff. Gruner Inſt. theol. pol. p. 409 ff.

i) Epiſcopii Inſtit. IV. 1. 4. Grotii Opp. theoll. T. IV. Baſ. 1732. V. prae ceteris Votum pro pace eccl. 672. J. le Clerc *Sentimens de quelques théologiens de Hollande ſur l'hiſtoire critique du V. T. compoſée par* M. Simon. L. 11. 12. Simili ratione contra inſp. dogma disputavit Ben. Spinoza in Tractatu theologico-polit. Hamb. 1670. 4.

k) Reſponſ. Moguntinis oppoſ. Theſ. 22. Adjungi poteſt Calixto Richardus Simon, qui disquiſitionibus hiſtoricis et criticis de canone et moderatiore inſpirationis theoria ab ipſo propoſita (*Traité de l'inſpiration des livres ſacrés.* Rot. 1687.) ad liberaliorem eius doctrinam viam munivit. Omnino eccleſia catholica duriora illa de inſpiratione placita non admiſit, quamquam non veritati obtemperans in ea re, ſed pontificibus ſuis ſerviens.

l) De Naturaliſtis, qui ſec. XVII et XVIII inſpirationis doctrinam variis rationibus impugnaverunt, de Pietiſtis et Myſticis, qui duriorem Supernaturaliſtarum theoriam improbaverunt, v. *Aufhellungen d. neuern Gottesgel.* I. 617 ff. Sonntag l. l. 131 ff. 147 ff.

m) Acerrime punctorum θεοπνευστίαν propugnaverunt Buxtorfii, pater et filius, acad. Baſ. proff. Edidit hic contra Lud. Capellum Salmurienſem, qui contrariam ſententiam defenderat, Tractat. de punct. vocal. et accent. origine, antiquitate et auctoritate. Baſil. 1648, quo facto eccleſiae Helveticae, in additamento ad libros ſymbolicos, quod *formulae conſenſus* nomine appellatur (§. 21.) Capelli librum et ſententiam pu-

blice damnaverunt. Gerhard Loc. th. II. 266. *Aufhellungen in d. Chr. Gl.* 617 ff.

n) Töllner *Die göttl. Eingebung der Heil. Schrift unterſucht.* 1771. Semler *Abhandl. von freier Unterſuchung des Canons.* IV Thle. H. 1771—75. Leſſing *V. d. Erziehung d. Menſchengeſchlechts*, pr. typ. expr. in: *Beitr. zur Geſch. u. Lit.* St. IV. Braunſchw. 1777. Jeruſalem *Betrachtungen.* Braunſchw. 1780. II. Doederlein *Chr. Religionsunterr.* I. 93 ff. K. A. Maertens *Theophanes od. üb. d. chriſtl. Offenbarung.* Halberſt. 1819. 227 ff.

o) Baſedow *Verſ. einer freimüth. Dogmat.* 7 ff. 15 ff. Damm *Ueberſetzung d. N. T.* 1764. 65. *Matth.* p. 235. *Briefe an d. Timoth.* 57. Henke Inſt. fid. Chr. 37 ff. Eckermann *Handbuch d. Chr. Gl.* I. 423 ff. 662 ff. *Ueb. den Glauben an Offenbarung. In Form eines Briefwechſels.* 2. *A.* L. 1816. Ammon Summa Theol. Chr. 25. *Briefe üb. den Rationalismus.* 60 ff. De Wette *Dogm. d. ev. luth. Kirche.* 2. *A.* 41 f. Schleiermacher *Der chriſtl. Glaube.* I. 115. „*Die eigenthümliche Vortrefflichkeit des Chriſtenthums kann weder daraus erwieſen werden, daſs es überhaupt Eingebung in demſelben giebt, noch auch können Kennzeichen, deren Anerkennung man jedem zumuthen könnte, aufgeſtellt werden, um darnach die auſserchriſtliche Eingebung als falſch zu verwerfen.*"

§. 42.

Epicriſis.

Variae revelationis ſupernaturalis rationes multis librorum ff. locis commemoratae (§. 37.) omnino ad populi cuiusque incultioris notiones atque narrationes mythicas [a]), invitante ipſa ſcriptura ſ., referri, ideoque, ſicut quaevis in rerum natura eventa, ad leges naturae nobis cognitas (§§. 11. 12.) revocari debent. Quod quidem θεοφανείας attinet [b]), numinis infiniti adſpectus diſerte negatur Io. 1, 18. 1 Io. 4, 12. 1 Tim. 6, 16. Ἀγγελοφάνειαι, quas Rabbini ſeriores pro Dei ipſius apparitionibus ſubſtituerunt (Act. 7, 53. Gal. 3, 19. Hebr. 2, 2.), ſicut narrationes de daemonibus apparentibus, apud plerasque gentes repertae [c]),

certis historiae fundamentis plane destitutae sunt, et nomina, species ac mandata, quae Angelis in libris ss. attribuuntur, originem Iudaicam aperte produnt; negotia vero, ab Angelis in terris peracta, talibus ministris parum digna sunt (v. Gen. 18. Iud. 13, 3 ff. — Gen. 32, 1. 2. Num. 22, 22 ff. al.), nec postea, ubi dignior tali vindice nodus exstitit, unquam repetita. Voces coelestes, quarum rarissima quidem est mentio, plerumque ex audito varieque explicato tonitruum fragore interpretandas esse, satis luculenter apparet e locis quibusdam biblicis aliarumque priscarum gentium opinionibus similibus [d]). Somnia [e]) et visiones, quae psychologiae luce optime collustrantur, et falsis prophetis adscribuntur (Ier. 14, 14. 23, 16. 29, 8. Sir. 34, 19.), nec ulla veritatis indicia habent. Afflatus denique divinus s. inspiratio, quae proprie accepta repugnat ideae numinis i. e. spiritus perfectissimi [f]) (Io. 4, 24. 2 Cor. 3, 17.) hominisque libertatem et dignitatem intellectualem et moralem penitus tollit, quaeque, scriptura s. teste, interdum et temere omnis generis hominibus, indignis etiam, concessa dicitur (§. 37.), explicanda est ex indole seculi rudioris effectus mirabiles et ipsos animi motus insolitos ad praesentissimam numinis efficaciam referentis (§. 9.). Praeterea persuasio de veritate revelationis eius supernaturalis, quae sacri V. et N. T. codicis testimonio nititur, sicut omnis eiusmodi sententia, *petitionis principii*, quod vulgo dicitur, vitio laborat [g]) (§. 11.). Omnino vero, quum quaevis alia res creata in orbe terrarum conspicua sine ullo Dei adminiculo supernaturali ac miraculoso finem propositum assequi possit et vere assequatur, non est, quod solum hominem, nisi supernaturali quadam, eaque Iudaicae et Christianae religionis instituto manifestata, Dei efficacia adiutum, finem ipsi propositum obtinere posse negemus, eumque adeo naturalibus animi viribus destitutum esse statuamus, ut religioni huic intelligendae atque diiudicandae plane sit impar.

Ammon *Bibl. Theol.* I. 57 ff. Ei. Summa Theol. Chr. 22. Ei. *Ausf. Unterr. in d. Chr. Gl.* I. 120 ff. *Briefe über den Rationalismus.* 43 ff.

a) De mythis (§. 9.) in V. et N. T. ſcriptura ſ. agnoſcendis vid. Seidenſtücker *Ueb. d. Mythen d. Hebräer;* in *Schlesw., ehmals Braunſchw. Journal.* Alton. 1792. St. VI. 156 ff. Eichhorn *Urgeſchichte, herausg. v.* Gabler. 1792. II. 1. p. 481 ff. Meyer *Hermeneutik d. A. T.* Lüb. 1800. II. §. 215 ff. Bauer Hermeneutica ſacra V. T. 1795. 351. Ei. *Hebr. Mythologie des A. u. N. T.* L. 1802. Gabler *Journal f. auserleſ. theol. Literatur.* V. II. 1806. 40 ff. Kaiſer *Bibl. Theol.* I. 199 ff. Mythos ſacros intelligimus narrationes in antiquiſſimis monumentis inſtituti alicuius religioſi traditas, in quibus, ut eſt captus rudiorum ingeniorum, naturae quaedam ſupra humanae naturae faſtigium poſitae ſic inducuntur agentes, ut modo legibus naturae contrario nonnulla moliantur et efficiant. Eiusmodi mythos, in religionibus paganorum, aeque, atque in monumentis Iudaicae et Chriſtianae religionis antiquiſſimis re ipſa reperiri, ab iis negari nequit, qui progreſſus diſciplinarum hiſtoricarum, philologicarum et philoſophicarum non ignorant, nec mentis quadam imbecillitate ducti easdem res iisdem nominibus appellare dubitant. Deinde negari nequit, menti humanae neceſſariam hanc legem eſſe propoſitam, ut omnia, quae in orbe terrarum ſenſibus ſubiiciuntur, referat ad nexum cauſarum et temporis ſucceſſu et in ſpatio agentium. (§. 12. *a*.) Itaque omnes eiusmodi mythi ad normam artis criticae atque hiſtoricae exigantur neceſſe eſt; etſi homines pii religionisque ſenſu imbuti in iis non poſſunt non divinam providentiam, naturalibus tamen praeſidiis ac cauſis utentem, venerari et tacito quodam ſenſu agnoſcere. Absque illo autem examine fieri non poſſet, ut in antiquiſſimis libris ſuperſtitioſae narrationes a veris rerum eventibus dignoſcerentur. Ac niſi eiusmodi mythos in ſcriptura ſ. reperiri ſtatuimus et veritatem ipſam divinam in iis latentem ab externa narrationum forma et involucro probe discernimus, librorum ſcripturae ſ. auctoritas contra adverſariorum calumnias et opprobria haud ſatis defendi poteſt.

In explicandis autem mythis biblicis hoc potiſſimum conſiderandum eſt, librorum ſſ. auctoribus obverſatam eſſe opinionem theocratiae cuiusdam immediatae, vel poteſtatis divinae ſive a Deo ipſo, ſive per Angelos adminiſtratae (*Theokratiſch-religiöſer Pragmatismus.* Bertholdt *Hiſt. krit. Einl. in d. A. u. N. T.* III. 779 f.), et ſi quae inciderant mala maiora, ſive phyſica ſive moralia, ea, in libris N. T. praeſer-

tim, ex opinione tunc temporis vulgari ad Satanam eiusque ſocios, tanquam horum malorum primos quaſi architectos et antiſtites, referri. Accedit, quod primae religionis Chriſtianae origines in iſta tempora incidunt, quibus hominum animi δεισιδαιμονίᾳ et miraculorum opinione imbuti eſſent, ita, ut eventus praeſertim extraordinarii, ſed cum naturae legibus facile conciliandi, cauſas habere extra rerum naturam conſtitutas (*immediatas*) comminiſcerentur, eumque errorem in ipſa rerum geſtarum narratione proderent. Neque ignorare licet, res memorabiles de Ieſu atque Apoſtolis in libris N. T. narratas non niſi aliquot decenniis poſt illas geſtas litteris mandatas eſſe, ut mirum nemini videri debeat, interdum anguſtiorem rerum ſpeciem animis informatam narratoribus illuſiſſe. Varias autem de Ieſu narrationes mythicas iam inde a medio ſec. I. circumlatas fuiſſe, evangeliorum apocryphorum argumentum ſatis declarat.

b) Stahl *Ueb. d. Erſcheinungen Jehovah's u. ſ. Engel;* in Eichhorn *Bibl.* VII. 156 ff. Bauer *Bibl. Theol. d. A. T.* 92 ff. Ei. *Hebr. Mythologie d. A. u. N. T.* L. 1802. 104 ff. Ad Gen. 18, 1 ff. cf. Odyſſ. I. 96 ff. XVII. 485. Θεοὶ ξείνοισιν ἐοικότες ἀλλοδαποῖσι – ἐπισιρωφῶσι πόληας. Ovid. Metam. VIII. 630 ff.

c) Bauer *Hebr. Mythologie.* 133 ff.

d) קוֹל יְהוָה, φωνὴ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, eſt tonitru Iob. 40, 4. Pſ. 18, 14. 29, 3. al. coll. Io. 12, 28. 29. Apoc. 6, 1. 11, 19. Fulmina atque tonitrua Hebraei aeque ac Graeci et Romani annumerabant ſignis praeſentiae Dei, et prodigiis divinitus factis, quorum ſignificationem ex rerum circumſtantia diiudicabant. 1 Reg. 8, 10. 18, 38. 39. Iudd. 6, 17. 21. Ovid. Faſt. IV. 834. Propert. II. 16. 49. Virg. Aen. II. 693. VII. 142. VIII. 523. IX. 631. Mela I. 19. Kuinoel Commentar. ad Matth. 3, 17. Cf. Paulus *Commentar üb. d. N. T.* ad h. l.

e) Knapp Scripta var. arg. Ed. 2. I. 104. „Achillis illud apud Homerum (Il. I. 63.): Τὸ ὄναρ ἐκ Διός ἐστιν· omnium fere gentium conſenſu approbatur."

f) Θεοπνευσία, ſeu ἐπίπνοια τοῦ θεοῦ (Ioſeph. c. Apion. I. 1.) proprie accepta, et numinis et mentis humanae naturam *ſpirabilem* eſſe innuit, quod quidem notionibus in V. T. crebro expreſſis rudioribus (v. c. Gen. 2, 7. Iob. 32, 8. 33, 4. Pſ. 104, 30.) ſatis convenit, minime vero doctrinae N. T. puriori, cum recta ratione conſentienti.

g) Neque vero iis, quae Planckius V. V. (*Geſch. des Chriſtenthums.* Gött. 1818. I. Praef. p. XI.), ut inſpirationis doctri-

nam ab illo vitio liberari posse ostenderet, attulit, ista reprehensio tollitur. Ait enim, scriptores evangeliorum, etiamsi eos non nisi narratores humanis dotibus instructos testesque humanae auctoritatis fide dignos existimemus, tamen idoneos esse, qui nobis divinam et supernaturalem Iesu Christi auctoritatem persuadeant, eaque stabilita inspirationem quoque Apostolorum ex iis, quae Iesus ipse significaverit, confirmari posse. At enim si evangelistas ut humanorum narratorum modulo metiamur, nulla est causa, quae prohibeat, ne eorum narrationes de revelatione et inspiratione ad easdem leges exigamus, quas in diiudicandis aliis aliorum populorum narrationibus, ad historiam religionis pertinentibus, sequimur. Neque vero intelligi potest, cur illis tantum omnibus numeris absoluta veritas tribuenda sit, has vero mythis vanisque opinionibus mixtas et implicitas esse censeamus. Omnino universa antiquitas ex multis variisque partibus arctissime inter se connexis constat, nec alio modo recte intelligi et iudicari potest, nisi hoc, ut, quae in diversis populis similia nobis occurrant aut similibus conditionibus gesta sint, sive in historia, quae dicitur *sacra*, sive *profana* leguntur, plane eadem ratione iudicentur, eademque lance ponderentur. Praeterea illud vitium demonstrationis in orbem redeuntis in ratione a V. V. proposita parum vitatum esse, vel inde appareret, quod evangelicarum narrationum veritas et fides, quae videbatur ipsa per se certo talo stare, postea tamen inspirationis auctoritate denuo stabilitur et confirmatur.

§. 43.

Continuatio.

Argumenta, quibus subtilior illa inspirationis doctrina ecclesiastica impugnata et paene explosa est, depromta sunt *primum* ex universae scripturae s. indole, quae partim magnam orationis, v. c. Ex. 20, 2. et Deut. 6, 6. Matth. 4, 1 ff. et Luc. 4, 1 ff., interpretationis singulorum V. T. locorum v. c. Matth. 8, 17. et 1 Petr. 2, 24. Act. 13, 33. Hebr. 1, 5., fontium (Num. 21, 14. Ios. 10, 13. Luc. 1, 2.), chronologiae (Matth. 23, 35. Luc. 2, 2. 3, 1. Act. 5, 36 ff. 7 tot.), et ipsius doctrinae argumenti diversitatem, e. c. Act. 15, 1—31. et Gal. 2, 14. — Io. 13, 2. 27. Act. 5, 3. Eph. 2, 1—3.

Ivci ille nullam continet doctrinae disciplinam, secundo accuratius hoc inspexerit ac rectam et insolitam ad libros interpretationem.

et Marc. 7, 21 — 23. Iac. 1, 13 — 15. — Io. 5, 22. 12, 31. et 3, 17. 19. 12, 47. — 1 Cor. 11, 5. et 14, 34. 1 Tim. 2, 11. 12. — [a]) exhibet, partim argumentum continet multis in locis ambigue et obscurissime expressum aut temporis successu emendatum [b]) (cf. singula V. et N. T. effata de Deo eiusque cultu), aut etiamnum emendandum (§. 27.), et quod omnino ita comparatum est, ut inventio eius e virium et praesidiorum naturalium usu optime explicari queat [c]). *Accedit*, quod pars aliqua librorum ss. non ab illis, quorum nomina prae se ferunt, auctoribus, sed ab interpretibus et amanuensibus (Rom. 16, 22. Col. 4, 18. 2 Thess. 3, 17.), de quorum inspiratione nil constat, literis consignata est. Praeterea si numen divinum pro sapientia et bonitate sua inspirationem illam miraculosam librorum ss. vere necessariam duxisset, eandem et interpretibus quibusvis omnis temporis concedere debebat, ut scriptorum sensus haud raro difficilis inventu omni aetate et in omni populo recte cognosci posset. — Argumenta *porro* petita sunt e singulis scriptorum ss. effatis, quibus vel suarum ingenii mentisque virium usum sibi vindicant (Deut. 30, 11 — 14. Prov. 4, 3 ff. Luc. 1, 3. 1 Cor. 7, 10 ff. coll. 25. 26. 2 Cor. 11, 17.), vel divinum illum instinctum, quo correpti sibi esse videbantur, sed quem nusquam certius definiverunt, non nisi ad sermones propheticos, minime vero ad scripta sua diserte referunt [d]) (Num. 11, 25 ff. 1 Sam. 10, 10 ff. Ier. 1, 9. 1 Cor. 2, 13. 2 Petr. 1, 21.), vel ipsos spiritu divino actos diligenter examinandos esse docent (1 Io. 4, 1. coll. Gal. 2, 6. 1 Cor. 10, 15. 14, 29.). Addi possunt ea scripturae s. loca, ex quibus Apostolos eorumque socios, etiamsi spiritus s. dotibus imbuti fuerint, sensim pedetentimque ad perfectiorem religionis scientiam provectos [e]) (Luc. 24, 25. Io. 16, 12. Act. 10, 10 ff. 11. 15, 1 ff. 21, 15 ff. 1 Tim. 4, 14. 15.), non omnes opiniones praeiudicatas penitus exuisse [f]) appareret, cf. 1 Cor. 5, 5. 6, 3. 11, 30. 15, 22. 29. Iac. 5, 8.

1 Theſſ. 4, 15. coll. 1 Cor. 15, 51. al., teſtante ipſo Paulo Ap. 1 Cor. 13, 9—12., ſe ceterosque Chriſtianos non niſi imperfecta religionis cognitione imbutos fuiſſe. Nec minus *denique* argumenta affert hiſtoria tum populi cuiusque incultioris, opinionibus de efficacia numinis immediata et miraculoſa imbuti, tum ipſius dogmatis de inſpiratione hiſtoria, quae libri inſpirati nomen promiſcue ad ſcripta non canonica, v. c. librum Enoch, oracula Sibyllina aliaque (§. 40. *k.*) translatum fuiſſe et ſubtiliorem inſpirationis formam ſeculo demum XVII effictam eſſe (§. 41.), certiſſime demonſtrat.

a) (Thurn) *Sammlung abweichender Vorſtellungen der neuteſt. Schriftſteller üb. einen u. denſelben Gegenſtand.* L. 1803. Imo Chriſtus ille, quem tria priora evangelia nobis exhibent, admodum diſſimilis eſt eiusdem imagini ab Ioanne propoſitae. Herder *Vom Sohn Gottes.* 177 ff. Inprimis ſermonum Ieſu et dictorum indolem et rationem apud Ioannem ab ea, quam reliqua Evv. referunt, plurimum differre, lectorem peritum atque candidum haud fugiet. Gurlitt Lectionum in N. T. ſpec. IV. Hamb. 1805. 6. *Briefe üb. d. Rationalismus.* 325 ff. De Wette *Ueb. Rel. u. Theol. 2. A.* 178. Bretſchneider Probabilia de evangelii et epp. Ioannis Ap. indole et origine. L. 1820. p. 1 ff. — Loco ſupra l. Gal. 2, 14. Petrum a Paulo ob errorem non in agendo ſolum, ſed in docendo etiam commiſſum vere reprehenſum fuiſſe, tum inde apparet, quod reprehenſionis cauſa eſt falſa ſententia de lege Moſaica non plane abrogata, tum ex uſu verbi ἀναγκάζεις c. 14. cognoſcitur. Idem ſentit Lutherus (*Erklärung d. Epiſtel an d. Gal.* Opp. T. VII. p. 1772 ff. ed. Hal.): „*St. Hieronymus entſchuldigt Sct. Petrum und ſaget, wie er in allen Stücken recht und wohl gehandelt habe. Solches aber heifst dem Text* (*Gal.* 2, 11.) *Gewalt thun, und ihn böslich verkehren, welcher klärlich ſaget, daſs Sct. Petrus ſei ſträflich geweſen, und habe ſich von der Wahrheit verirret. — Wir wollen Sct. Peters Sünde nicht kleiner machen und geringer achten, denn ſie iſt. Es fehlen und ſündigen bisweilen auch wohl die Propheten ſelbſt. Auf ſolche Weiſe irrten die Apoſtel auch, da ſie träumten, als würde Chriſtus ein leibliches Reich aufrichten Act.* 1, 2." cet.

Nihilominus his noſtris temporibus ſententia ea, Paulum Ap., utpote divino ſpiritu illuminatum, ſicut ceteros Apoſtolos, falli neſcium (*unfehlbar*) fuiſſe (Tholuck *Auslegung des Briefs*

Briefs an die Römer. B. 1824. p. 157.), denuo proposita est, nullis quidem rationibus adiectis. Cui sententiae, praeter locum supra l. Gal. 2. obstant Act. 11. 15. 23, 6. coll. 21, 27—29. 1 Thess. 4, 15. coll. 1 Cor. 15, 51. 13, 9 ff. al. Praeterea Apostoli nunquam eam virtutem sibi ipsi vindicarunt, qua quidem et prophetae veteris Test., veri nominis *πνευματικοί*, caruerunt; cf. 1 Reg. 13. Vid. Hartmann *Ueb. das 4te Ev.*; in Bretschneider u. Schröter *Für Christenth. u. Gottesgelahrtheit.* B. VIII. H. III. 1825. p. 377.

b) Kaiser *Bibl. Theol.* I. 105 ff. — Quod nonnulli commenti sunt, Deum et revelando et inspirando adeo sese accommodasse ad hominum rudiorum captum, ut vel falsas opiniones ad tempus certe illis suppeditaverit, id numinis sapientissimi et verissimi ideae omnino repugnat. Neque maiore successu inspirationis causam egerunt, qui eandem non nisi ad res divinas pertinuisse contendunt, errores vero geologicos, physicos, astronomicos, chronologicos et historicos, qui in ll. ff. deprehenduntur, ab illa seiunctos volunt (Bretschneider *Handb. d. Dogmat.* I. 543 f. 680. Praeiverat Baumgarten *Ev. Glaubensl.* III. 148.). Namque errores isti cum sententiis ad religionem pertinentibus arctissime coniuncti sunt (v. c. Ios. 10, 12. 13. 2 Cor. 12, 2.); nec liquet, cur Deus sanctissimus idemque benignissimus, dum religionis doctrinas inspiraret, cum erroribus eas coniungi voluerit. Accedit, quod in nullo scripturae s. loco inspirationis notio hoc modo circumscripta reperitur.

c) Herder *Christl. Schriften.* Samml. IV. 111 ff. „*Der eigene Standpunct jedes heil. Autors wird so deutlich bezeichnet, dass unter der Maske eines einhauchenden Geistes sich nichts in ihnen erklären läßt, während sie sich alle selbst erklären, sobald jeder Verfasser in seine Rechte eintritt.*" Plurima dogmata et singula religionis instituta in bibliis ff. commemorata, quae non nisi a revelatione supernaturali olim repetenda videbantur, eadem apud varios populos antiquiores et recentiores, in quibus ea nemo inspirationi tribuit, reperiuntur, v. c. apud *Aethiopas* et *Polynesios* ritus circumcisionis, apud *Aegyptios* Ἰαώ et arca foederis, apud *Parsos* doctrina de diabolo, apud *Indos* doctrina de incarnatione filii Dei, e virgine nati, apud *Parsos*, *Chaldaeos*, *Americanos* aliosque populos incultiores doctr. de corporis resurrectione al. Ammon *Ausf. Unterr. in der Chr. Glaubensl.* I. 116.

d) Dictis illis classicis, quibus inspirationis dogma demonstrare solent, nervus probandi non inest, quia altero (2 Tim. 3, 16.)

nihil aliud affirmatur, nisi omnem librum, qui sit divino instinctu conscriptus, pariter conducere hominibus edocendis emendandisque; alterum vero (2 Petr. 1, 21.) ex epistola ἀντιλεγομένη depromtum nullius scripti mentionem facit.

e) E. A. Ph. Mahn Comment., in qua ducibus IV Evv. Apostolorumque scriptis distinguuntur tempora et notantur viae, quibus Apostoli Iesu doctrinam div. sensim sensimque melius perspexerint. Gott. 1811. 4.

f) Cludius *Uransichten des Christenth.* 150 ff. Böhme *Ueb. d. apostol. Lehre v. d. Wiederkunft d. Messias*; in *Analekten.* I. 2.

§. 44.

Continuatio.

Argumentis illis diligentius examinatis, negari nequit, revelationem, a qua religio Iudaica et Christiana repetuntur, recte revocari posse ad naturalem et mediatam (§. 12.), ita quidem, ut auctores illarum singulari s. notabili quadam providentiae divinae, naturalibus tamen praesidiis utentis [a]), efficacia excitati atque adiuti dicantur ad meliorem et salubriorem religionis formam hominibus tradendam eandemque cultu publico atque ecclesia instituta propagandam. Quodsi ex ratione cogitandi moreque loquendi apud veteres usitato, qui ingenii dotes singulares, praesertim cum sacro quodam mentis fervore coniunctas, facta et fata insignia simpliciter ad Deum referebant, modum quidem huius divinae efficaciae non subtilius definiendo, religionis auctores Dei iussu peculiari et loqui et agere sibi videbantur, quasi propiore quodam cum eo coniuncti nexu: eos hactenus quidem omnis fraudis expertes [b]), oratorum et legatorum divinorum nomen auctoritatemque haud iniuria sibi vindicasse censemus, quatenus oracula vere divina i. e. et Deo digna et a Deo, omnis veritatis veraeque religionis auctore supremo, per naturalem quidem causarum seriem derivanda, effati sunt [c]). Inspirationem vero scriptorum sacrorum in eo ponere licet, quod ii Deo iuvante, ad cuius vo-

luntatem et efficientiam, sicut quaevis animi sensa bona (Phil. 2, 13. Iac. 1, 17.), ita suas quoque de religione sententias pie referebant, has scriptis consignasse putandi sunt [a]); quae, etiamsi lectoribus tunc temporis tantum destinata fuerint, tamen ita comparata sunt, ut etiamnum religionis Christianae notitia ac doctrina aevi cultioris quoque luminibus accommodanda inde hauriri possit. Quae quum ita sint, in institutione populari videndum omnique studio in eo elaborandum est, ut, remotis artificiosis illis coniecturis ac quaestiunculis difficilibus et parum fructuosis, quae circa revelationem ac librorum ss. inspirationem recentiori demum aetate prolatae sunt, religionis Christianae, sicut scripturae s. origo in universum a Deo auctore derivetur [e]) illiusque argumentum vere divinum in dies rectius intellectum, tanquam ab ipso Deo profectum ac verum verbum Dei (Io. 17, 17.) hominibus commendetur et ad vitae usum transferatur. (Io. 7, 17.) Narrationes autem istae de diversis revelationis modis in libris ss. propositae, non ad unguem exigendae, omninoque ad ideas illis substratas universales revocandae sunt, vel apud cultiores ad notiones mythicas et symbolicas de Deo numen et efficaciam suam manifestante ista aetate pervagatas referri et ex ipsius scripturae s. effatis purioribus tanquam ex *Dei verbo* iudicari debent. Quibus accurate perpensis, facile intelligitur, falsum esse, quod nonnulli finxerunt, reiecta vetere inspirationis doctrina quamvis Dei revelationem omnemque verbi divini cultum et honorem tolli *f*).

a) Varie disceptatum est, supernaturalistis ipsis (parum constanter!) haud repugnantibus, v. Reinhard *Ueb. den Plan Jesu.* p. 474., qua via et ratione, non supernaturali, ipse religionis Chr. auctor divinus ad purioris doctrinae cognitionem (προέκοπτε σοφίᾳ καὶ ἡλικίᾳ, καὶ χάριτι παρὰ θεῷ κ. ἀνθρώποις. Luc. 2, 52.), quam saepius in universum a Deo derivavit (Io. 5, 30. 7, 16. 12, 44. 17, 17. 18, 37. cf. 1 Thess. 2, 13.), evectus sit? Omnino autem hoc tenendum esse videtur, Iesum Christum ingenii dotibus morumque honestate excellentissimum,

tum e V. T. libris diligenter pertractatis [Ammon *Bibl. Theol.* II. 299 ff. *Briefe üb. den Rationalismus.* 154 ff. De Wette *Bibl. Dogmat.* 191 ff. Geſenius *Commentar üb. den Jeſaia.* Bd. II. L. 1821. p. 2. „*Es iſt doppelt intereſſant zu ſehen, wie eben jene durch das Chriſtenthum vollendete Veredlung und Vergeiſtigung des Judenthums ſich ſchon weit früher vorbereitete, und wenige Abſchnitte der altteſtamentl. Bücher verdienen daher ſo ſehr als Vorbilder neuteſt. Vorſtellungen betrachtet zu werden, als dieſe* (*Jeſ.* 40—66.)."], tum ex ipſius animi theſauro (Matth. 12, 35.), quo largiter ſibi conceſſo a patre optimo maximo gaudebat (Io. 3, 34.), doctrinae ſuae praecepta hauſiſſe. Singula decreta, quibus purior religionis doctrina ab eo tradita continetur, fere omnia in V. T. et Apocryphorum libris iam adumbrata fuere, velut idea Dei, ut patris, Deut. 32, 5. Ieſ. 63, 16. Ier. 31, 9. Mal. 2, 10., ſententia de paganis ad verum Deum convertendis Ieſ. 2, 3. 4. 60, 1—6.; — de vero Dei cultu ſpirituali Pſ. 40, 7—9. 50. 51, 18. 19. Ieſ. 1, 11—18. 29, 13. 14. 66, 3. Ier. 6, 20. Hoſ. 6, 6. Mich. 6, 6—8. Am. 5, 14. 15. 21—25. Eccl. 12, 13. 14.; — de vero amore Deo et hominibus praeſtando Deut. 6, 5. Levit. 19, 18. coll. Matth. 22, 37—40. Praeceptum illud: Quod tibi nolis fieri, aliis ne facito! Tob. 4, 17. legitur. Amorem erga inimicos commendant Iob. 31, 29. 30. Prov. 24, 17. 18. 25, 21. 22. Immortalitas animi et praemia poenaeque vitae futurae adumbrantur 2 Macc. 7, 9. 11. 22. 23. 12, 43—46. 14, 46. Nec minus apud Philonem et Ioſephum purioris religionis veſtigia inveniuntur. — De ortu religionis Chr. ex Eſſaeismo, ad cuius quidem diſciplinam primum religionis Chr. inſtitutum propius acceſſiſſe negari nequit (cf. Ioſeph. B. J. II. 8. 2 ff.), unde ipſe Euſebius (H. E. II. c. 17.) Therapeutas a Philone commemoratos pro Aſcetis Chriſtianis, perperam quidem, habuit, v. prae ceteris Stäudlin *Geſch. d. Sittenlehre Jeſu.* I. 570 ff., et quae contra monuit Bengel in Flatt *Magaz.* VII. Add. Henke *Magaz.* IV. 371 ff., et quae nuper hac de re docte commentatus eſt J. J. Bellermann in l. *Geſchichtl. Nachrichten aus d. Alterthume über Eſſäer u. Therapeuten.* B. 1821., ubi veterum ſcriptorum dicta huc referenda diligenter collecta et examinata ſunt.

b) Obiicitur quidem, Ieſum et Apoſtolos, quum doctrinam ſuam eamque aliis impertiendi munus a Dei quadam efficacia immediata ac ſupernaturali repeterent, niſi vera fuiſſet eiusmodi ſummi numinis effectio, in ſuſpicionem vel *fraudis* vel *erroris* incurrere, ut aut alios fefelliſſe, aut ipſi decepti fuiſſe videantur. At enimvero illi, ſententiam ſequentes in omni an-

tiquitate pervulgatam, firmissime sibi ipsi persuaserant, omnia, quae in rerum natura magna et admirabilia effecta essent, omnesque animorum cogitationes et motus insolitos cum sacro quodam fervore coniunctos ad Deum solum auctorem referendos esse, ideoque etiam si qui exstitissent praeclari rerum divinarum doctores atque prophetae, hos singulari quodam afflatu divino agitatos fuisse credebant. Et hanc quidem sententiam, quae aequalibus eius, discrimine inter *mediatam* et *immediatam* Dei efficaciam nondum definito, probata erat, Iesus ipse tanto libentius et vehementius amplexus esse videtur, quo certius oracula quaedam V. T. Messiana in ipsum cadere videbantur, et quo ardentior in eo erat religionis ac pietatis sensus, quo incensus omnia, quae vel cogitaret, vel speraret, vel appeteret, ad Patris coelestis vim et maiestatem referebat. Neque vero illa opinio, qua Deum supernaturali quadam efficacitate usum esse in religione Christiana instituenda creditur, ita repugnat alteri sententiae, quae Deum naturalibus, ut hoc efficeret, praesidiis usum esse contendit, ut nullo modo cum ea possit conciliari. Nam si accuratius examinatae fuerint, eas ad unum idemque redire, et priore sententia non nisi concursum quendam providentiae divinae maxime insignem, ad notiones et dicendi formulas seculo certo proprias accommodate enunciatum, significari, facile intelligitur. Atque ipsa illa causarum naturalium efficientia ad Deum, tanquam omnium rerum summum moderatorem, referenda est; quippe a quo tum omnium aliarum, tum inprimis humanae naturae, earumque exercendarum facultates et occasiones diriguntur ac gubernantur. Inprimis autem omnia instituta, quibus verus Dei cultus veraque virtus promovetur, a Deo ipso auctore recte repetuntur, propterea quod eorum inventores ingenii facultates et idoneas agendi opportunitates, quas quidem suapte sponte in usum converterunt, divinae providentiae acceptas ferebant, et quod, quo magis aliqua res ad Dei voluntatem atque consilium accommodate suscepta fuerit, eo certius Dei auxilium ad eam exsequendam ac perficiendam exspectari potest. Itaque quum princeps ille Christianae religionis auctor in ea instituenda, summam sanctitatem et pietatem cum purissimis virtutis praeceptis coniunxerit eoque ipso voluntati divinae egregie sese accommodaverit, quumque ex eius instituti initiis et progressu facile cognoscatur, divinae providentiae auxilium et favorem ei mirifice profuisse, summo iure Christianae religionis institutio Dei ipsius opus et munus habetur eodemque iure Iesus eiusque Apostoli Dei legati atque ministri censentur.

c) Ieſus ipſe (Io. 7, 17.) doctrinam, quam tradidit, divinam eſſe profeſſus eſt, quatenus divina eius indoles ab homine religioſo proboque cognoſci poteſt atque diiudicari. Verum etiam divina recte dicitur, quia non ſine numine inventa et tradita eſt. Namque Deus omnipraeſens nemini deeſt ſtudioſe ipſum anquirenti et ad conſilia divina exſequenda promto et parato. Quis autem dig ior unquam exſtitit eiusmodi auxilio, quisve gravioribus etiam providentiae divinae documentis gaviſus eſt, quam auctor religionis Chriſtianae in aeternum grato animo proſequendus? — Cf. Cic. de nat. deor. II. 66. „Nemo vir magnus ſine aliquo afflatu divino unquam fuit." Seneca Epiſt. 41. „In unoquoque virorum bonorum habitat Deus." Ep. 66. „Ratio, pars divini ſpiritus in corpus humanum merſa." Antonin. de ſe ipſo. XII. c. 15. *Ἑκάστου νοῦς θεὸς, καὶ ἐκεῖθεν ἐῤῥύηκε.* — *Briefe üb. d. Rationalismus.* 297 ff.

d) Cf. Henke Lineam. inſt. fid. Chr. p. 39. „Quidni *impulſum* et conatum ſcribendi ex aliis inſerviendi ſtudio, quo ferebantur ſcriptores, et ex opportunitate ſibi oblata; *materiae delectum* ex temporis et loci peculiari neceſſitate; ipſas *res* e ſcientiae ſuae copia; *diſpoſitionem* et *ornatum* ex ingenio quisque ſuo; *verba* ex conſuetudine et uſu loquendi ſibi familiari deſumſerint?" Quibus poſitis non impedimur, quo minus in conſcribendis conſervandisque ſingulis ſacri codicis partibus providentiae divinae auxilium pie agnoſcamus.

e) Niemeyer *Pop. u. prakt. Theologie.* 6. *A.* H. 1823. p. 33 ff. Löffler *Mag.* VII. I. 35 ff. „*Selbſt wiſſenſchaftlich betrachtet, hört eine Wahrheit darum nicht auf, eine göttliche Wahrheit zu ſeyn, und eine Vorſchrift der Vernunft hört darum nicht auf, ein Gebot Gottes zu ſeyn, weil jene Wahrheit und dieſes Gebot nur aus der Offenbarung Gottes in der Natur und durch die Vernunft einleuchtet. — Alle begreiflichen Wahrheiten können als von Gott geoffenbarte mit Wahrheit vorgetragen, und als Belehrungen oder Gebote Gottes eingeſchärft werden. Ihre Wirkung zur Ueberzeugung und Befolgung wird um ſo gröſſer ſeyn, je mehr der eigene Verſtand ſie begreift, und je weniger die Vernunft zu widerſprechen wagt.*" 26. 30. Planck *Ueb. d. Haltbarkeit d. hiſtor. Beweiſes für d. Göttlichkeit d. Chriſtenthums.* Gött. 1821. 294 ff. „*Kann der Rationaliſt nicht in einem ſehr wahren Sinne ſagen und glauben, daſs die Lehre Jeſu von Gott geoffenbart ſei, wenn er gleich bezweifelt, daſs ſie durch ein Wunder geoffenbart ſei? Wer darf ihm verwehren, eine mittelbare Einwirkung Gottes auf den Geiſt des Menſchen, durch welche in einem beſtimmten Augenblicke eine*

Wahrheit in seiner Seele zum Bewufstsein und zum Leben kommt, ebenfalls Offenbarung zu nennen? Denn wirkt nicht Gott in diesem Falle eben so wahrhaftig, wie in jenem? und ist nicht in dem einen, wie in dem andern, das Product der Wirkung das nämliche?" Dinter *Unterredungen üb. die Erlösung der Menschen durch Christum.* Neust. 1822. p. 134. „*Wenn ich ganz meiner Meinung und Neigung folgen dürfte, so überliesse ich die weiteren Untersuchungen, ob das Christenthum auf eine übernatürliche Art seinem erhabenen Stifter eingegeben oder durch den, von Gott geleiteten Gang oder Aufschwung des menschlichen Geistes sich entwickelt habe, den Lehrstühlen der Gelehrten. — Zu meinem Volke würde ich ganz einfach sagen: Genug das Christenthum ist da, ist herrlich, ist folglich göttlich, wie der Sonnenstrahl, bei dem ich warm werde, wenn ich auch nicht weiss, ob er die Wärme von oben herabgiesst, oder blos aus der Erde entwickelt.*"

f) C. v. Orelli *Ueb. d. Kampf des Rat. u. Supernat.* Zür. 1825.

§. 45.

Affectiones scripturae s.

Multi olim fuerunt theologi nostri in exponendis et defendendis scripturae s. *affectionibus*, quas dixerunt, sive attributis eius. Etenim vindicabant ei [a]), auctoritate Patrum [b]), conciliorum, traditionum [c]), episcopi qualiscunque et fanaticorum, ad *verbum internum* provocantium [d]), plane reiecta, auctoritatem partim *normativam*, quatenus sola certissimam fidei Christianae regulam exhibeat, ad quam omnia dogmata exigenda sint et iudicanda (§. 21.) [e]), partim *iudicialem*, quatenus sola debeat solvere ac dirimere pugnantium de religione Christiana controversias. Tribuebant ei praeterea *sufficientiam* seu praestantiam eam, qua omnia contineat, quae ad consequendam felicitatem sempiternam scitu sint necessaria; deinde *perspicuitatem*, qua, quae sunt ad salutem necessaria, accommodate ad omnium captum exponere putatur; denique *efficacitatem*, seu vim illam, qua ad animum edocendum, emendandum et tranquillandum maxime idonea sit, quae tamen universae doctrinae rectius vin-

dicatur, quam ſingulis libris. Cui iudicio quo minus et noſtris temporibus aſſenſum praebeamus, nil eſt, quod impediat, dummodo in ſcriptura ſ. explicanda (§. 25.), quae perpetuo et ubique valitura ſunt, ab iis, quae non niſi certis temporis et locorum rationibus accommodata fuerunt, ratione duce recte diſtinxerimus *f*). Ceterum ex iſtis virtutibus ſcripturae ſ., in qua ipſa Dei providentia, prae reliquis antiquae religionis monimentis, verae religionis cum innumeris hominibus ſub *poſitiva* quadam forma communicandae ſemina recondidit, recte demonſtrant theologi noſtri atque omnibus Chriſtianis, contra leges uſumque eccleſiae catholicae *g*), praeſcribunt neceſſitatem legendi ſcripturam ſ. *h*), vel, quod rectius praecipitur, eas ſcripturae ſ. partes, quae intellectu faciles edocendis et tranquillandis animis optime conveniunt *i*). (Luc. 11, 52. Act. 17, 11. 1 Cor. 10, 15. Io. 5, 39. 1 Theſſ. 5, 21. 27.) Atque ut doctrinae in libris ſſ. traditae vis ſaluberrima homini ſemper praeſto ſit, veritatis eius argumenta e recta ratione ducta, clara et perſpicua adiungantur oportet, ut indocti quoque homines eam facilius intelligant ſemperque eam recordentur. Nam ſi qui noſtra aetate, ubi altioris cognitionis ſemina latiſſime ſparſa deprehenduntur, quoscunque homines ad ſolam auctoritatis fidem ſtrenue revocandos eſſe cenſent ipſique revocare ſtudent, horum culpae tribuendum eſt, ſi in diſcipulis ita inſtitutis omnis religionis ac virtutis ſenſus, ubi forte externa illius fidei fulcra et adminicula, ut in lubrico et inſtabili fundamento poſita, ab aliis vel irridendo vel dubitando convulſa fuerint, prorſus exſtinguatur; et ſi iſti homines, priore auctoritatis coeca reverentia convulſa, alii cuidam auctoritati vel peſſima imperanti ſeſe venditent.

a) Quae de ſ. ſ. hic praedicantur, ea per ſe intelligitur non referri ad verſiones eiusdem a diverſis eccleſiis receptas, ſed ad exemplaria hebraica et graeca ex docta utriusque linguae cognitione explicata.

b) Artt. Smalcc. P. II. Art. II. p. 308. „An Augustini dicta, destituta verbo sint admittenda? — Ex *Patrum* verbis et factis non sunt exstruendi articuli fidei. — *Regulam* autem aliam *habemus*, ut videlicet *verbum Dei* condat *articulos fidei*, et praeterea nemo, ne Angelus quidem." Phil. Melanchth. De scriptorib. ecclesiasticis ed. Strobel. Norimb. 1780. p. 38. (Patres eccl.) „iudicentur ex verbo Dei, quod semper manet regula doctrinae. — p. 52. Non sunt sine delectu omnia Patrum scripta probanda, et saepe ipsi inter sese pugnant, nec raro est, dissentire aliquem a se ipso. Quare iudicium esse debet penes *Apostolicam scripturam.*"

c) Conf. Aug. Art. XV. p. 13 s. ed. Rechenberg. de abus. V. 28 ff. „Docuerunt, quod per obsservationem traditionum humanarum (i. e. rituum et caerimoniarum) non possimus gratiam mereri, aut iustificari, quare non est sentiendum, quod huiusmodi obsservationes sint necessarius cultus." 30. VII. 37 ff. Apolog. Art. VIII. 205. 211. „Volunt Apostoli, in ecclesia manere hanc libertatem, ne iudicentur ulli cultus legis aut traditionum necessarii esse, sicut in lege fuerunt necessariae ad tempus, ne obscuretur iustitia fidei." 212. „Traditiones veteres factas in ecclesia, utilitatis et tranquillitatis causa libenter servamus, easque interpretamur *πρὸς τὸ εὐφημότερον*, excluso opinione, quae sentit, quod iustificent. Ac falso nos accusant inimici nostri, quod bonas ordinationes, quod disciplinam ecclesiae aboleamus." Artt. Smalcc. P. III. Art. XV. de traditt. humanis. 337. Appendix de potestate et primatu Papae. 340 ff. — Chemnitz Examen concilii Tridentini. Frcf. ad M. 1585. f. p. 60 ff. Dallaeus de vero usu Patrum. Genev. 1655. 4. — Distinguuntur traditiones *rituales*, quae ritus et caerimonias ecclesiasticas spectant, et quarum prae ceteris mentio fit in ll. ecclesiae Luth. symbb., et tradd. *doctrinales* s. dogmaticae, quae ipsa attingunt dogmata et decreta ad salutem creditu et factu necessaria. („Has repudiamus, illas admittimus", scilicet „quatenus sui iuris et veritatis ex verbo Dei scripto demonstrationem habent." Quenstedt Theol. didactico-polem. I. p. 112.) Adduntur traditt. *historicae*, *hermeneuticae* et *morales*. Doederlein Instit. Theol. Chr. I. p. 213 s.

d) Artt. Smalcc. P. III. Art. VII. 331 s. „Tenendum est, Deum nemini spiritum vel gratiam suam largiri, nisi *per verbum*, et *cum verbo externo* et *praecedente*, ut ita praemuniamus nos adversum Enthusiastas, i. e. spiritus, qui iactitant, se ante verbum et sine verbo spiritum habere, et ideo scripturam

ſive vocale verbum iudicant, flectunt et reflectunt pro libito, ut faciebat Monetarius et multi adhuc hodie. — Quid, quod etiam Papatus ſimpliciter eſt merus Enthuſiasmus, quo Papa gloriatur, omnia iura eſſe in ſcrinio ſui pectoris, et quidquid ipſe in eccleſia ſua ſentit et iubet, id Spiritum et iuſtum eſſe, etiamſi ſupra et contra ſcripturam et vocale verbum aliquid ſtatuat et praecipiat. Hoc in univerſum antiquus eſt Satanas et ſerpens." Praeter *Anabaptiſtas* damnantur Schwenkfeldiani Form. Conc. Sol. decl. XII. 828. Recentiore aetate illis adnumerati ſunt Weigeliani, Iac. Böhme, Gichteliani aliique myſtici, itemque Quakeri et Methodiſtae. Cum quorum commentis cf., quae disputat Ph. Marheinecke l. *Die Grundlehren d. chriſtl. Dogmatik.* B. 1819. p. 509. „*Kraft der ewigen Spiration geht der Geiſt Gottes ohne Unterlaſs aus von Gott, um die ewige Offenbarung des Vaters in dem Sohne der Welt anzueignen; zu dieſer ewigen That Gottes haben alle Menſchengemüther irgend ein nothwendiges Verhältniſs. Denn in jedem Menſchen iſt das Bewuſstſeyn Gottes, ob gleich nur durch Gott, doch immer nur in einem gewiſſen Grade der Klarheit, Lebendigkeit, Stärke und Sicherheit.*" p. 534 f. „*Dadurch daſs die Bibel ſagt, dieſs oder jenes ſey wahres Gottes Wort, wird es als ſolches uns noch nicht klar, ſondern allein dadurch, daſs Gott in ihr und in uns es ſagt. — Sie für ſich und ohne dieſs innere Zeugniſs des heil. Geiſtes kann aus ſich allein kein zwingendes Zeugniſs anführen und geltend machen. — Ohne die Irradiation des göttlichen Lichts iſt und bleibt uns die heil. Schrift ein verſchloſſenes Buch; ſey auch alle menſchliche Kunſt und Gelehrſamkeit an ihr ſo groſs, als ſie wolle.*"

e) Conf. Aug. Art. XV. 13. 14. Apol. Art. V. 173 f. „Conſenſus prophetarum iudicandus eſt univerſalis eccleſiae conſenſus eſſe. Nec Papae, nec eccleſiae concedimus poteſtatem decernendi contra hunc conſenſum prophetarum." VIII. 205 ff. XIV. Artt. Smalcc. P. III. Art. II. 308. Form. Conc. Epit. I. 572. — Reinhard *Dogmatik.* 74 ff. Doederlein *Chr. Rel. Unterr.* II. 273 ff.

f) Praeiverunt ipſi ſacrorum inſtauratores. Conf. Aug. de abuſ. VII. p. 43. ed. Rechenb. „Apoſtoli iuſſerunt abſtinere a ſanguine, quis nunc obſervat? neque tamen peccant, qui non obſervant, quia ne ipſi quidem Apoſtoli voluerunt onerare conſcientias tali ſervitute, ſed *ad tempus* prohibuerunt propter ſcandalum. Eſt enim perpetua voluntas evangelii conſideranda in decreto." Joh. Schultheſs u. J. C. v. Orelli

Rationalismus u. Supernaturalismus. Zür. 1822. p. 26. „*Nicht Alles in der Bibel ist Wort Gottes für uns; nur was der Vernunft in dem Lichte unserer Zeiten, bei der heutigen Cultur der Menschheit als wahrhaft, heiter und vollkommen einleuchtet.*" — De triplici quodam doctrinae typo in N. T. libris agnoscendo v. De Wette *Bibl. Dogm.* 209 ff.

g) Notetur decretum Conc. Tolosani a. 1129. h. Can. 12. Mansi Concilior. nova collectio. T. XXI. 296. „Prohibemus, ne libros V. T. aut N. laicis permittantur habere, nisi forte Psalterium vel breviarium pro divinis officiis — sed ne permissos libros habeant in vulgari translatos arctissime inhibemus." Item statuit Innocentius, P. R. Henke *Kirchengesch.* II. p. 284. Mitius iudicavit Concil. Trid., quod quidem, quum in eccles. ev. solus Hebraeus textus in V. T., Graecus in N. T. pro authentico habeatur, versionem librorum ss. latinam, dictam *vulgatam*, solam *authenticam*, i. e. θεόπνευστον et publice adhibendam esse declaravit. Sess. IV. decr. de edit. et usu ss. ll. Cf. Collectio quorundam gravium auctorum, qui ex professo, vel ex occasione S. S. translationes damnarunt — una cum decretis summi Pontificis et Cleri Gallicani, iussu eiusd. Cleri edita. Lutet. 1561. 4. Leander van Ess *Pragmatisch-krit. Geschichte der Vulgata im Allgem., und zunächst in Beziehung auf das Trientische Decret. Oder: Ist der Katholik gesetzlich an die Vulg. gebunden?* Tüb. 1824. — Constitutio Clementis XI. *Unigenitus* a. 1713 sententiam a Quesnellio (*Le Nouveau Testament — avec des reflexions morales sur chaque verset, par le père* Quesnel. Par. 1687. à Bruxelles. 1702. 8 Tomes in 8.) propositam: „Lectio scripturae s. est pro omnibus" tanquam haereticam damnavit. Libertatem et ipsam necessitatem legendi scripturam s. vernacule versam cuique ecclesiae Cathol. asseclae denuo vindicare studuit Leander van Ess *Auszüge aus den heil. Vätern u. andern Lehrern d. Kathal. Kirche üb. das nothwendige u. nützl. Bibellesen, zur Aufmunt. f. Katholiken. 2. A.* L. 1816. Nihilominus Pius VII. P. R. per *Breve* d. d. 29. Jun. 1816. ad Archiepiscopum Gnesensem et per aliud eiusdem argumenti d. d. 3. Sept. 1816. ad Archiep. Mohilowensem lectionem scripturae s. denuo prohibuit, sodalitia dicta biblica, quae anno sequente in Austria et Hungaria suppressa sunt, *pestis* nomine scilicet infamans. Attamen versio scripturae s. Polonica, de qua prohibenda praecipitur, iussu Gregorii XIII. P. R. confecta, approbante Clemente VIII. P. R., Cracoviae a. 1599 in vulgus iam prodierat. Wachler *Theol. Annalen.* 1818. *Th. Nachrichten.* I. p. 9. 1819. IV. 155. *Brevia* ista „ad hanc pestem

avertendam" ſancivit Leo XII. P. R. Epiſtola encyclica ad Patriarchas, Primates, Archiepiſcopos et Epiſc. d. d. 3. Mai. 1824. Paulus *Sophronizon.* B. VI. H. 4. Heid. 1824. 73 ff. — *Die Bibel, nicht, wie Viele wollen, ein Buch für Prieſter nur, ſondern auch für Fürſt und Volk. Von einem nicht römiſch-ſondern chriſt-katholiſchen Prieſter.* Bresl. L. 1818. Paulus *Sophronizon.* Heft I. u. II. 1819. 235 ff. — Walch *Krit. Unterſuchung vom Gebr. d. heil. Schrift unter d. Chriſten in den 4 erſten Jahrhunderten.* L. 1779. Hegelmayer *Geſchichte des Bibelverbots.* Ulm. 1783. — Auguſti *Denkwürdigkeiten aus d. chriſtk. Archäologie.* Bd. VI. *Ueb. d. gottesdienſtl. Gebrauch der heil. Schrift.* L. 1823.

h) Catech. mai. Praecept. III. 425 f. Form. Conc. Sol. decl. II. p. 659. „Deus orandus eſt, ut per ſpiritum ſ. ſua gratia (per quotidiana exercitia audiendi, *legendi* et ad uſum transferendi verbum Dei) in nobis fidem et caeleſtia ſua dona fovere velit." Chemnitz Examen Conc. Trid. I. 58 ff. Gerhard Loc. th. II. 375 ff. „Ex eo contra Pontificios colligimus, Laicis, quos ita vocant, ſcripturae lectione nequaquam eſſe interdicendum, ſed ad eam potius ipſos eſſe invitandos et exhortandos." Quenſtedt Theol. did. polem. I. 216 ff. — Studium lectionis librorum ff. promovendae, quod temporibus noſtris ſocietates dictas *biblicas*, inde ab a. 1804 ex Anglia propagatas, varie exercuit, per ſe quidem laudandum eſt; neque tamen minus curari debet, ut adiumenta quoque addantur ad ſcripturae ſ. argumentum bene intelligendum et ad uſum transferendum. (Matth. 7, 21. 22. Luc. 6, 46. Io. 5, 39. 1 Cor. 10, 15. al.); quod nuper felici ſucceſſu tentavit Dinter V. V. edito l. *Schullehrer-Bibel. Das N. T.* 4 Thle. Neuſt. a. d. O. 1823 — 25. Cf. *Allg. Lit. Zeit.* 1825. Nr. 287 — 291. — V. quae Lutherus ſeveriſſime iudicavit de librorum ff. verſione ab ipſo confecta Opp. I. 11. IV. 267. XIV. 19 ff., quae ut noſtris tandem aliquando temporibus a vitiis perpurgata in publicum prodeat, quis eſt, qui non optet, harum rerum arbiter candidus? — *Unterſuchung, ob d. Bibel in unſern Zeiten als ein Volksbuch zu empfehlen ſei.* Eiſenach. 1816. Krug *Ueb. d. Bibelgeſellſchaften, ein kosmopolitiſches Wort*; in: *Minerva.* Febr. 1821. p. 284 ff.

i) De epitomis ſcripturae ſ., cuiusmodi, praeeunte Seilero (1781 ff.), a viris doctiſſ. Zerrenner (*Schulbibel.* 1799. 1805. 1809.), Natorp (*Die kleine Bibel.* 1802. 2. *A.* 2 Thle. Eſſen. 1823.), Cannabich (1801. 2.), Henneberg (1819.) al. editae ſunt, ad priorem iuventutis inſtitutionem maximopere

commendandis v. Niemeyer *Popul. u. prakt. Theol.* 6. *A.* p. 44. Ei. *Briefe an Religionslehrer.* I. Br. 7. p. 51 ff. Ipse Lutherus primus exstitit auctor eiusmodi epitomes scripturae s., Catechismis ab ipso editis; quippe quibus summa quaedam religionis doctrinae in libris ff. traditae, methodo quidem catechetica expositа, contineatur. Cf. Form. Conc. Epit. praef. p. 571 f. „(Lutheri Catechismos) quasi Laicorum biblia esse censemus, in quibus omnia illa breviter comprehenduntur, quae in scriptura s. fusius tractantur, et quorum cognitio homini Christiano ad aeternam salutem est necessaria."

§. 46.

Miraculi notio biblica.

Scriptores sacri, ut fidem sibi facerent, religionis et Iudaicae et Christianae divinam originem praedicantibus, argumentis usi sunt tum *externis* tum *internis*. Ad illa pertinent *primum miracula*, quo verbo, siquidem significationem e solis bibliis ff. petimus, in universum eventus designantur insoliti, admirationem excitantes ideoque a cooperatione causae, humanas vires superantis et rerum naturae cursum consuetum legesque in efficiendo eiusmodi eventu tollentis, plerumque repetiti. Hanc enim notionem in V. et N. T. vocibus: אוֹת, מוֹפֵת, פֶּלֶא, *σημεῖον, τέρας, θαυμάσιον, δύναμις*, sicut apud Romanos his vocabulis: *miraculum, prodigium, portentum, monstrum, ostentum*, vere subesse, ex innumeris constat locis. Vis miracula patrandi, sicut eventa omnis generis in rerum natura obvia, saepissime quidem ad Deum refertur, quem omni tempore miracula edere compluribus in locis docent (Iob. 5, 9. Ps. 40, 6. 89, 6. 139, 14. Ioel. 3, 3. Sir. 18, 2 ff. 43, 2 ff.); atque Deo adiutore inprimis Moses [a]) (Ex. 3, 20 ff.), Iosua (Ios. 3, 15.), Simson (Iud. 15, 19.), Elias (1 Reg. 17, 10 ff.), Elisa (2 Reg. 2—6.), Iesus (Io. 5, 20. 36. 10, 25. 37 ff. 14, 11. Act. 2, 22.), qui quidem Iudaeos prodigia ab ipso expetentes saepius acriter reprehendit (Matth. 12, 38—42.

16, 1—4. Marc. 8, 11. 12. Io. 4, 48. coll. Matth. 4, 1—11. ll. parall.), et Apoſtoli (Act. 2, 43. 5, 12.) eorumque ſocii (Act. 6, 8. 8, 6. 7.), miracula patraſſe perhibentur eo conſilio, ut fidem adderent dictis aut divinam doctrinae ab ipſis traditae auctoritatem confirmarent [b]). (Io. 5, 20. 36. 10, 25. 37 ff. 14, 11.) Nihilo minus eiusmodi eventus extraordinarii et mirabiles etiam a daemonum efficacia repetuntur Matth. 10, 8. 12, 27. 28. Marc. 3, 15. 9, 38. Luc. 10, 17. 13, 32., ipſeque Satanas vim miracula edendi hominibus quibusdam tribuere dicitur 2 Theſſ. 2, 9., atque adeo praeſtigiatores falſosque prophetas miracula patrare diſerte traditur Ex. 7, 11. Deut. 13, 1 ff. Matth. 7, 22. 23. 12, 27. 24, 24. 2 Theſſ. 2, 9.

Paulus *Commentar üb. d. N. T.* I. 770 ff. Ammon *Ausf. Unt. in d. Chr. Gl.* I. 161 ff. Bertholdt *Hiſt. krit. Einl. ins A. u. N. T.* III. 748 ff. Bretſchneider *Entwickl. d. dogm. Begriffe.* 3. *A.* 257 ff.

a) Eichhorn de Aegypti anno mirabili, in Commentt. Societatis Reg. Scientiar. Gott. recentior. Vol. IV. 1820. p. 35 ff.

b) Ieſum Chr. miraculis ab ipſo patratis haud multum tribuiſſe, demonſtrare conati ſunt Nitzſch Pr. Quantum Chr. tribuerit miraculis. Vit. 1796. Eckermann *Wollte Jeſus Wunder als Zeichen ſ. göttl. Sendung betrachtet wiſſen? Theol. Beitr.* V. 2. Paulus *Ueb. d. Abſicht d. Wunderthaten Jeſu. N. Theol. Journ.* IX. p. 342. Contrariam ſententiam defenderunt C. C. Flatt *Philoſ. u. hiſtor. exeget. Bemerkungen üb. die Wunder Chriſti*; in Flatt *Magaz.* III. Storr ib. IV. 178 ff. Schott de conſilio, quo Ieſus miracula ediderit, ex ipſius ſermonibus recte cognoſcendo. Opuſcc. Vol. I. Jen. 1817.

§. 47.

Doctrinae de miraculis eccleſiaſticae expoſitio hiſtorica.

In eccleſia primaeva de miraculorum in libris ff. relatorum veritate, a qua ipſa religionis Chriſtianae veritas repetebatur [a]), adeo omnibus perſuaſum erat,

ut insequentibus seculis, licet adversarii nonnulli Iesu et Apostolorum miracula ad fraudes artesque magicas revocarent [b]), etiam viri sanctitate quadam insignes, id quod Iesus ipse discipulis et cultoribus suis promisisse visus est (Matth. 17, 20. Io. 14, 12.), eiusmodi vel maiora facta mirabilia edidisse ab aequalibus perhiberentur [c]). Quanquam in ecclesia orientali haud defuerunt, qui proclivitatem aequalium ad prodigia sibi fingenda infringere studerent [d]), tamen in occidentali et orientali opinio de miraculorum perpetuitate praevaluit [e]), quam etiamnum ecclesiae orientalis et catholica retinent. Veruntamen vis probandi non tam miraculis, quam vaticiniis in libris V. T. indagandis tribuebatur, et Origenes prae ceteris vera miracula ex indole doctrinae et consilio thaumaturgi diiudicanda esse docuit [f]). Primus inter Patres Augustinus notionem miraculi sensu quodam *subiectivo* definivit, ita, ut, quidquid arduum aut insolitum supra spem vel facultatem mirantis appareat, miraculum vocaret, portentum non contra naturam fieri, sed contra quam sit nota natura, diserte monens. Imo quotidiana Dei miracula in rerum natura conspicua prodigiis inusitatis maiora esse declaravit [g]). Quam sententiam et ipse Lutherus, improbata Thomae Aquinatis subtilitate scholastica, qua primus hunc locum tractavit [h]), amplexus [i]), miracula etiamnum fieri posse haud dubitavit [k]). Interdum tamen et ipse miracula stricte sic dicta ad novae cuiusdam religionis institutionem necessaria esse professus est [l]), quanquam nec summam nec solam auctoritatem in eius veritate probanda iis tribuebat [m]).

a) Orig. c. Celsum. I. 5. argumentum a vaticiniis et miraculis ductum ἀπόδειξιν θειοτέραν πνεύματος καὶ δυνάμεως appellavit, loco 1 Cor. 2, 4. perperam huc relato.

b) Tertull. Apol. c. 21 ff. Orig. c. Cels. I. c. 6. ed. De la Rue. Arnob. adv. gentes. I. 23 ff. Euseb. adv. Hierocl. Tzschirner *Gesch. d. Apologetik.* I. L. 1805. 225 ff.

c) Iuſtin. M. Apolog. II. c. 6. Dial. c. Tryph. c. 39. 136. c. 82. ed. Bened. Iren. adv. haer. l. II. c. 31—32. et 56., ubi vera miracula eccleſiae catholicae vindicat. V. 6. Tertull. de praeſcriptt. adv. haer. c. 15. Apol. c. 23. 27. 32. 37. Orig. adv. Celſ. T. I. l. 321. 361. II. 392. III. 424., quo loco poſteriore Origenes *μυρίους* ſe *vidiſſe*, ait, aegrotos invocatione Dei et Ieſu ſanatos. Cypr. de idol. van. 14. ad Demetrianum. 191. ed. Brem. Euſeb. H. E. IV. 15. V. 7. VI. 40. Auguſtinus, qui prius, miracula tunc temporis fieri, diſerte negaverat (de utilitate credendi c. 16.), poſtea hac opinione reiecta (Retractatt. I. c. 13. 14.), ipſe ſe miraculis interfuiſſe teſtatur. („Interfuimus et oculis adſpeximus noſtris." De civ. Dei. XXII. 8.) Theodoret. H. E. I. 7., ubi epiſcopos concilii Nicaeni dono apoſtolico ornatos fuiſſe (*ἀποστολικοῖς χαρίσμασι διαπρέποντας*) narrat, maxime Iacobum Niſibenum, qui mortuos in vitam revocavit (*νεκροὺς ἀνέστησε*). Gregor. M. dialogor. l. II. c. 5 ff. et al. Münſcher *Dogmengeſch.* I. 210 ff. III. 251 ff. Ammon *Bibl. Theol.* II. 347 ff. Ei. *Ausf. Unterr.* I. 174 ff. A. Neander *Allg. Geſch. d. chriſtl. Rel. u. Kirche.* Bd. I. Hamb. 1825. p. 95 ff. „*Die Kirchenlehrer berufen ſich in der Sprache der Wahrheit, und oft vor den Heiden ſelbſt, auf ſolche (Wunder) Erſcheinungen, und wer auch die zum Grunde liegende Thatſache von dem Geſichtspuncte, aus dem ſie erzählt wird, unterſcheiden will, muſs doch dieſe ſelbſt und deren Wirkungen auf die Gemüther der Menſchen anerkennen. Unleugbar bleibt es daher, daſs durch ſolche Mittel die Ausbreitung des Evangeliums befördert wurde.*"

Vett. Apologetarum, Iuſtini, Tatiani, Athenagorae, Theophili al. ſcripta ad h. l. conferenda bene collecta ſunt a Prudentio Marano, e congr. S. Mauri. Hag. Com. 1742.

d) Chryſoſtom. Hom. XXIV. in Matth. 172. H. XXIV. in Ioh. 650. *Τὸ σημεῖα αἰτεῖν πειραζόντων ἐστι καὶ τότε καὶ νῦν· καὶ γὰρ καὶ νῦν εἰσὶν οἱ ζητοῦντες καὶ λέγοντες· διατὶ μὴ καὶ νῦν σημεῖα γίνεται; εἰ γὰρ πιστὸς εἶ, ὡς εἶναι χρὴ, καὶ φιλεῖς τὸν χριστὸν, ὡς φιλεῖν δεῖ, οὐ χρείαν ἔχεις σημείων· ταῦτα γὰρ τοῖς ἀπίστοις δίδοται.* Hom. XL. in Acta Ap. 834. H. V. in 1 Cor. Theophylact. in c. 7. evang. Ioann. 671. et Cor. 14, 22. — Suiceri Theſaur. v. *σημεῖον.*

e) Gerhard Loci th. XII. 93 ff. Serius etiam plurima miracula narrata atque defenſa ſunt. Schröckh *Kirchengeſch.* IX. 233 ff. XVII. 325. XVIII. 101. 361. XX. 115. XXIII. 166. XXVIII. 162 ff.

Cf.

Cf. quae contra veritatem illorum miraculorum disputaverunt Euseb. Demonstrat. evang. l. II. tot. et in libr. contra Hieroclem, et Less *Wahrheit d. Christl. Religion. 5. A.* Gött. 1785. p. 765 ff., argumentis tamen usi, quibus miraculorum in libris ff. narratorum veritas debilitari possit. Joh. Friedr. Gaab *Was ist von den Wundern zu halten, welche nach d. App. Zeiten unter den Christen geschehen seyn sollen?* in l. *Kl. Aufsätze für d. Gesch.* Tüb. 1797.

f) Contra Celsum l. III. Arnobius adv. gentes. l. II. p. 25. 49. Münscher *Dogmengesch. 2. A.* I. p. 209 ff. Tzschirner *Gesch. d. Apologetik.* I. p. 137. 148 ff.

g) De utilitate credendi. c. 16. Enarrat. in Psalm. 110. „Tot per universam terram arbores creat, et nemo miratur." Cf. tamen eiusd. l. de civ. Dei. XXI. 8. „Quomodo est contra naturam, quod est voluntate Dei; quum voluntas tanti utique creatoris conditae rei cuiuslibet natura sit." Cf. Cic. de nat. deor. II. 37. „Assiduitate quotidiana et consuetudine oculorum assuescunt animi, neque admirantur, neque requirunt rationes earum rerum, quas semper vident, perinde quasi novitas nos magis, quam magnitudo rerum debeat ad exquirendas causas excitare."

h) Summa Theol. l. I. quaest. 105. art. 5 ff. Miracula ei sunt „omnia, quae divinitus fiunt praeter ordinem communiter servatum in rebus," et sic tria descripsit miraculorum genera: primum, „si aliquid a Deo fit, quod natura nunquam facere potest, ut, quod sol retrocedit et stat;" secundum, „si Deus aliquid facit, quod natura facere potest, sed non per illum ordinem;" tertium, „quum Deus facit, quod consuetum est fieri operatione naturae, tamen absque principiis naturae operantibus, ut, quum pluit, sine operatione principiorum naturae." Ibid. quaest. 110. art. 4. *miraculum* et *mirabile* ita distinguit: „Non sufficit ad rationem miraculi, si aliquid fiat praeter ordinem alicuius naturae particularis, sic enim aliquis miraculum faceret lapidem sursum proiiciendo; ex hoc autem aliquid dicitur miraculum, quod fit praeter ordinem totius naturae creatae, quo sensu solus Deus facit miracula. Nobis non est omnis virtus naturae creatae nota, cum ergo fit aliquid praeter ordinem naturae creatae nobis notae per virtutem creatam nobis ignotam, est quidem miraculum quoad nos, sed non simpliciter." Uberius hac de re disputavit Gabriel Biel L. II. sent. dist. 8. quaest. 2. Monuerat iam Augustinus de trinit. III. c. 7. 8.,

diabolum non nisi Deo permittente mirabilia facere, ut mirabilius vincatur. Gerhard Loc. th. XII. 98 ff.

i) Similiter Zwinglius (v. *Sämmtl. Schriften im Auszuge von* Usteri *u.* Vögelin. I. Abth. 1. p. 170.): „*Da die einmal festgesetzte Ordnung ihr Amt verrichtet, und beständig ausübt, so sind die natürlichen Ereignisse um so bewundernswürdiger, als das, was nur für eine Stunde und nach den jedesmaligen Umständen geschieht*" (*Wunder*).

k) Opp. ed. Walch. T. XI. 1261 ff. 1328 ff. 1865 ff. 2901. XXI. 99 ff. Bretschneider *Luther an unsere Zeit.* Erf. 1817. p. 199 ff.

l) Opp. T. XII. 1542 f. al. Bretschneider l. l. p. 200.

m) Opp. T. IX. p. 574. „*Ich wollte nicht, dass ich Gnade hätte, Wunderzeichen zu thun; denn welche sich an das Wort nicht kehren, dawider alle Welt nicht mucken kann, solche werden auch die Zeichen nicht bewegen.*"

§. 48.

Continuatio.

Theologi seculi XVII, licet auctoritate librorum symbolicorum plane destituti, Scholasticorum vestigia prementes, varias denuo miraculorum finitiones et distinctiones metaphysicas in medium protulerunt, quas et supernaturalistae recentiores ex parte saltem contra adversariorum reprehensiones [a]) gravissimas pluribus argumentis defendere conati sunt. Prodiit inde, discrimine facto inter *miracula* et *mirabilia* (miracula *apparentia*, m. *quoad nos* s. *relativa*), sententia ea, quae miracula habet pro mutationibus s. eventibus, qui a manifestis naturae legibus abhorrentes in mundi huius viribus sui rationem non habent ideoque non nisi Dei efficacia supernaturali et immediata fieri possunt [b]). Distinguunt praeterea miracula *potentiae* et *praescientiae*, *privativa* et *positiva*, miracula *naturae* et *gratiae*, ea, quibus leges naturae et suspenduntur et restituuntur, *divina* et *diabolica* [c]) et al. Additur, viros, per quos Deus eiusmodi miracula patraverit, Deo in-

primis acceptos et legatos divinos declarari (Act. 2, 22.), unde, quin miraculis primum ac palmarium veritatis doctrinae Christianae argumentum insit, dubitari nequeat *d*). Plurimi tamen ecclesiae nostrae doctores antiquiores, discrimine posito inter fidem *divinam* et *humanam*, hanc solam miraculis effici, divinam autem a testimonio spiritus s. (§. 39.) repetendam esse, docuerunt *e*). Disputationibus recentiore aetate hac de re motis maxime effectum est, ut hoc argumentum aut diversa forma a nonnullis exponeretur *f*), aut, variis quidem rationibus in dubium vocatum, haud paucis improbandum videretur *g*). Ceterum ex ea persuasione, quam quis hac de re susceperit, omne inter *Supernaturalismum* et *Rationalismum* discrimen ita pendet, ut, qui illum tenet, religionis Iudaicae et Christianae origines a miraculis proprie sic dictis repetat, hunc qui sequitur, sine eiusmodi miraculis, Deo quidem providente, illas patefactas esse statuat.

a) Iam Ben. de Spinoza nihil contra naturam contingere, neque nomen miraculi nisi *respective* ad hominum opiniones posse intelligi, statuens, miraculum nihil aliud significare dixit, quam opus, cuius causam naturalem exemplo alterius rei solitae explicare non possumus, vel saltem ipse non potest, qui miraculum scribit aut narrat. Tractat. theologico-polit. c. IV. 67 ff. Eandem sententiam professi sunt Thom. Hobbes *Leviathan.* c. 37. Jo. Locke *Posthumous Works.* p. 217. Dav. Hume *Essays on several subiects.* Vol. II. Rousseau *Lettres écrites de la montagne.* Opp. ed. Bipont. V. XII. 71 ff. C. T. D(amm) *Vom historischen Glauben.* B. 1772. Alios rec. Bretschneider *Entw. d. dogm. Begriffe.* 3. *A.* p. 254 ff. — Cf. Gerhard Loc. th. XII. 93. *Aufhellungen in der Christl. Glaubensl.* I. 540 ff.

b) Quenstedt Theol. did. pol. I. 471. „Miracula sunt, quae contra vim rebus naturalibus a Deo inditam cursumque naturalem, sive per extraordinariam Dei potentiam efficiuntur." Simili ratione miraculi notionem definiverunt, praeeuntibus Hollazio, Dannhauero et aliis, Baier Comp. theol. posit. 82. Buddeus Inst. theol. dogm. 232. Baumgarten *Ev. Glaubensl.* I. 835. Wolf Cosmologia gen. §. 510. „Miraculum s. supernaturale est, cuius ratio sufficiens in es-

sentia et natura corporum non continetur." Süskind *Ueb. d. Begriff u. d. Möglichkeit eines Wunders*; in Flatt *Mag. für Chr. Dogm.* III. 60 ff., e Kantianae disciplinae affectis Tieftrunk *Censur d. protest. Lehrbegr.* T. I. 250 ff.

c) Gerhard Loc. th. XII. 96 ff.

d) Arnob. adv. gentes. l. II. Origen. adv. Cels. l. III. 464 ff. Euseb. Demonstrat. ev. l. III. Ei. l. contra Hieroclem. Augustin. de civ. Dei. XXI. Hugo Grotius de veritate religionis Chr. 1622. Jacques Abbadie *Traité de la verité de la religion Chrétienne.* à la Haye. 1763. III Voll. Nösselt *Vertheidigung d. Wahrheit u. Göttlichkeit d. Chr. Rel.* H. 1783. Seiler l. l. Less *Wahrheit der Chr. Rel.* 5. *A.* 1785. 765 ff. Kleuker *Neue Prüfung u. Erkl. d. vorz. Beweise f. d. Wahrh. des Christenth.* Rig. 1787—94. III Thle. G. S. Franke *Apologetik d. christl. Rel.* Alt. 1817. K. W. Stein *Die Apologetik (Apologie) des Christenth. als Wissenschaft dargestellt.* L. 1824. p. 333 ff. Cf. Röhr *Krit. Pred. Bibliothek.* B. VI. H. 2. 1825. p. 195 ff. — Flügge *Gesch. der theol. Wiss.* I. 1 ff.

e) Calov. Syst. loc. theol. I. 386. Quenstedt Theol. did. pol. I. 97. Baier Comp. theol. posit. 105. — Bretschneider *Systemat. Entwickl. d. dogmat. Begr.* 3. *A.* p. 247 f.

f) Recentiores Supernaturalistae notionem efficaciae supernaturalis definitionibus miraculi proprie sic dicti non omnino adiunxerunt, perperam quidem. Sic Morus (Epit. 23.) miracula dicit „effectiones, quas e cognita *nobis* serie ordinis naturae explicare non possumus;" Doederlein Inst. theol. Chr. I. Ed. 6. p. 25. „effectus facultate agentis naturali maior;" Henke lin. fid. Chr. p. 31. „opera omni humana vi et arte excellentiora;" Reinhard (*Dogmat.* p. 232.) „mutationes a manifestis naturae legibus abhorrentes, quarum a *nobis* nulla potest e viribus naturalibus ratio reddi;" item Seiler (*Vernünft. Glaube an d. Wahrheit d. Christenthums.* 2. *A.* Erl. 1813.), qui cardinem miraculi non in turbato rerum naturae cursu, sed in *praevisione thaumaturgi* ponit, praeeunte Clerico in Opp. philosophicis. L. 1710. II. p. 136 f. Similiter, praeeunte Leibnitzio, Carol. Bonnet *Recherches philosophiques sur les preuves du Christianisme.* Genev. 1770. Ed. 2. miracula *praestabilita* defenderat. — De Wette *Dogmat. der Luther. Kirche.* p. 51. „*Richtig gefasst ist Wunder entweder die Ahnung der göttl. Weltregierung oder einer überlegenen Geisteskraft im Menschen.*" Nic. Fogtmann de miraculis in primis Christi. Havn. 1821. §. 1. „Miraculum est factum sub sensus cadens, quo naturae vires solita necessitate liberatae ad

finem moralem hominibusque salutarem sine arte atque opera humana aperte conducunt." Köster *Immanuel, od. Charakteristik d. neutest. Wundererzählungen.* L. 1821. p. 10. „*Wunder im engern Sinn ist eine Begebenheit, deren sinnliche Ursache wir nicht kennen, und welche wir daher, vom rel. Gefühle gedrungen, als allein durch Gott gewirkt betrachten.*"

g) Planckius V. V. (v. *Ueb. d. Behandlung, d. Haltbarkeit u. d. Werth d. histor. Beweises für d. Göttlichkeit d. Christenthums.* Gött. 1821. Add. Vater *Sendschreiben an Hn. Conf. D. Planck üb. d. histor. Beweis* —. Gött. 1822.) candide professus, quot difficultatibus prematur argumentum illud e miraculis et vaticiniis petitum, aliud quoddam, quo divinam eandemque *supernaturalem* religionis Chr. originem probaret, argumentum dictum *historicum* proposuit, e praestantia huius doctrinae, itemque e consilio Iesu Chr. ad omnes omnium temporum homines spectante (cf. §. 13. *l.*), et e praeclara animi indole ac moribus, quibus insignis fuit doctor ille divinus, deductum. At minime inde consequitur, *supernaturali* modo Chr. religionis doctrinam divinitus patefactam esse. Cf. *Allg. Lit. Zeit.* 1821. Nr. 275—77.

§. 49.

Epicrisis.

Praeterquam quod doctrinae illi de miraculis scholasticae repugnat tum indoles mentis humanae, certissimis experientiae legibus necessario adstricta, nec certas indubitatasque efficaciae supernaturalis notas discernens (§. 11.) [a]), tum ipsa idea Dei recte informata (§. 12.), haud minus eidem adversatur historia populi cuiusque inculti, et eo ipso ad prodigia fingenda et credenda proclivioris, miraculis referta [b]), quae artium et doctrinarum progressu et causarum intermediarum cognitione amplificata evanescunt; quemadmodum spectra et larvas evanuisse videmus, ex quo tempore homines ea vel fingere vel credere desierunt; *deinde* ipsarum narrationum miraculosarum forma, in quibus *partim* fides testium desideratur, qui vel res vere factas et iudicium suum de iis in narrando confundentes [c]), vel traditionem sequentes (cf. inprimis narrationes de crea-

tione mundi, de nativitate Ieſu et de quibusdam περιστάσεσι mortis eius Luc. 2, 8 ff. Matth. 27, 51 ff.), mythos (§. 42.) referunt, *partim* eventus narrantur ab ipſis naturae legibus nihil abhorrentes [d]). Aperte *denique* ipſi ſcriptores ff. profitentur, discrimine quidem haud facto inter miracula vera et falſa, *tum* doctrinae veritatem non pendere a miraculorum auctoritate (Deut. 13, 1 ff. Matth. 12, 27. 24, 24. Mc. 13, 22. Luc. 9, 49. 11, 19. Gal. 1, 8. 2 Theſſ. 2, 9., add. Matth. 11, 11. Luc. 16, 27 ff. Io. 14, 10 ff. 20, 29.), ac de illâ prius conſtare debere, quam de miraculo iudicari plene ac tuto poſſit [e]), *tum* ipſa Ieſu Chriſti Apoſtolorumque facta mirabilia, quae ad ſanandos hominum morbos potiſſimum pertinuerunt [f]), Ieſu ipſo teſte a popularibus ſimiliter effecta (Luc. 11, 19. Io. 14, 12.), ne ſpectatorum quidem excitaſſe fidem, adeo, ut potius incredulitatem eorum fovendo (Matth. 16, 1. 21, 23. Marc. 8, 11. Io. 6, 11 ff. 30. 7, 5. 11, 46 ff.) (a qua ne Apoſtoli quidem plane immunes fuere, quippe quibus ipſis Ieſu miracula certam fiduciam facere haud valuerint, v. Luc. 24, 21 ff.), vel ad Ieſum crucifigendum illos adducerent (Act. 2, 22 f.); neque ullo modo cogitari poteſt, narrationes de iſtis miraculis poſt complura ſecula ad certam perſuaſionem induendam animumque emendandum maiorem vim habere poſſe, quam ipſa illa miracula apud eos, qui ea oculis cernebant, habuiſſe hiſtoria teſtatur; *tum* Ieſum ipſum fidem miraculis excitandam ſtrenue repudiaſſe (Matth. 12, 39 f. 16, 1—4. Marc. 8, 12. Luc. 11, 29. Io. 2, 18. 19. 4, 48. 6, 39. 14, 12. Add. Marc. 5, 43. Luc. 8, 56.), quod quidem aliis eiusdem effatis haud bene convenit v. c. Io. 5, 36. 10, 25. — Mc. 5, 19. Accedit, quod perſuaſio de veritate miraculorum, tanquam eventorum *ſupernaturalium*, graviſſima verae virtuti detrimenta affert ipſamque legis moralis ſanctitatem infringit [g]). Quibus recte examinatis, defendi poteſt, quod quidem ad origines Iudaicae et Chriſtianae religionis per-

tinet, ſola miraculorum notio ea, e notione eorum *biblica* (§. 46.) eruenda, qua tanquam eventus cogitantur mirabiles, qui, Deo moderante, ita comparati erant, ut ſpectatores ad certam providentiae divinae efficaciam agnoſcendam excitare eosque ad fidem novae cuiusdam religionis doctori habendam invitare poſſent. Eiusmodi miracula, quamvis aevo rudiore a *ſupernaturali* et *immediata* Dei cooperatione repeterentur, e ſimplici tamen naturali rerum ordine, Deo moderante, prodiiſſe, iam dubitare non licet. Omnino miracula, de religionis Chriſtianae origine in N. T. libris relata, ſive pro eventibus *ſupernaturalibus* habueris, ſive pro effectis *naturalibus*, quae providentia divina ſapienter ita inſtituit, ut ad fines optimos conſequendos conducerent, ipſo praeeunte Chriſto (Matth. 12, 38 ff. 16, 1—4. Io. 4, 48. 7, 17. 8, 31. 14, 11.), non tam inter argumenta, quam inter incitamenta multitudinis inculturioris ad veritatem cognoſcendam, recte referuntur [a]). In inſtitutione populari narrationum biblicarum, quae miracula referunt, uſus practicus potius reſpici debet, quam vera rerum narratarum indoles, cui explorandae, tot ſeculis praeterlapſis, fruſtra fere operam dabimus [i]).

a) Cic. de divinat. II. 28. „Quidquid oritur, qualecunque eſt, cauſam a natura habeat neceſſe eſt, ut etiam, ſi praeter conſuetudinem extiterit, praeter naturam tamen non poſſit exſiſtere. Cauſam igitur inveſtigato in re nova et admirabili, ſi potes. Si nullam reperies, illud tamen exploratum habeto, nihil fieri potuiſſe ſine cauſa, eumque errorem, quem tibi rei novitas attulerit, naturae ratione depellito." Ammon *Bibl. Theol.* II. 342 ff. Si Phariſaeorum diſcipuli, aeque ac ipſe religionis Chr. auctor, daemones eiiciebant (Matth. 12, 27. Luc. 11, 19.), nullo modo dignoſci poterat, quinam effectus a ſupernaturali, qui a naturali pependerit cauſa; unde non adeo reprehendendi ſunt Iudaei, qui, ut miraculorum ab Ieſu patratorum originem vere divinam cognoſcerent, σημεῖον aliquod ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ſibi poſcerent. (Luc. 11, 16.) Similiter Magi Aegyptiaci miracula patraviſſe perhibentur, haud fere minora, quam quae Moſes perfeciſſe traditur. (Ex. 7, 11 ff.)

b) C. Th. Anton Prr. Comparationis librorum ff. V. F. et ſcriptorum profanorum graecor. latinorumque cum in finem inſtitutae, ut ſimilitudo, quae inter utrosque deprehenditur, clarius appareat, Partes VII. Gorl. 1816 — 21. 4. P. IV ff. Kaiſer *Bibl. Theol.* I. 189 ff., ubi aliorum populorum de miraculis commenta enarrantur. Diiudicentur prae aliis miracula Veſpaſiani ſecundum Tacitum Hiſt. IV. 81. et Sueton. Veſp. c. 7. coll. Lactant. Inſtitt. div. II. 7 ff., Apollonii Tyanaei ſecundum Philoſtratum Vita Apoll., Lactant. V. 3., Euſeb. c. Hieroclem (v. *Apollonius*, von Buhle, in Erſch u. Gruber *Encyklop.* B. IV.), Muhammedis (Abulfedae Vita Moham. Oxon. 1723. p. 89.), Pariſii (Henke *Kirchengeſch.* V. 129 ff.). De Iudaeis ad miracula, cuiusmodi Meſſiae potiſſimum tribuebant (Io. 7, 31.), fingenda proclivioribus v. Matth. 9, 20. 21. Marc. 6, 49. Act. 5, 15. 19, 12. Add. evv. apocrypha in Fabricii Codice apocr. N. T. Hamb. 1719. T. III. collecta, cuius novam editionem parat J. C. Thilo, V. C. (§. 35. *a.*) — Herder *Chr. Schriften.* II. 96 ff. — De Graecis Act. 14, 12 ff. 17, 22. 19, 35 ff. Heyne Op. acad. III. 207. — De incolis Syriae recentioribus Volney *Voyage en Syrie et en Egypte.* II. 22. 29. 453. — De portentis a *Magnetismi* animalis fautoribus nuper iactatis recte diiudicandis v. C. H. Pfaff *Ueb. u. gegen d. thier. Magnetismus u. die jetzt vorherrſchende Tendenz auf dem Gebiete deſſelben.* Hamb. 1817. — De miraculis ruſtici cuiusdam, Martini Michel, et principis de Hohenlohe nuper falſo oſtentatis v. prae ceteris Von Hornthal *Darſtellung d. Ereigniſſe bei d. v. F. v. Hohenl. zu Bamberg unternommenen Heilverſuchen, wie ſie ſich in Wahrheit zutrugen.* 1822. — Paulus *Sophronizon.* B. IV. St. 2. p. 17 ff. *Von pſychiſchen Wundern, nebſt Acten üb. eine öffentl., unvorbereitete, beſcheiden gewürdigte plötzliche Heilung eines 8 Jahre lang contracten 26jährigen Mädchens zu Leonberg im Würtemb.* Ib. 66 ff. *Beiträge zur richtigen Würdigung des Somnambulismus u. animal. Magnetismus.*

c) Gurlitt Or. de uſu librorum ff. ad humanitatem et omnem doctrinam liberalem excolendam vario et multiplici. Hamb. 1803. p. 30. Krummacher *Ueb. d. Geiſt u. d. Form der ev. Geſchichte.* L. 1805. 86 ff. *Briefe üb. d. Rationalismus.* 338 ff. 343 ff. 355 ff. — Cic. de divinat. II. 11. „Philoſophi non eſt, teſtibus uti; — argumentis eum et rationibus oportet, quare quidque ita ſit, docere."

d) Exod. 15, 25. cf. Sir. 38, 5. Michaelis *Orient. Bibl.* B. V. p. 51. et interpp. — Ex. 13, 21. 22. coll. Curt. Ruf. V. 2.

De Wette *Kritik d. israelit. Gesch.* I. 206. — Ex. 16. — Iud. 15, 15 ff. coll. Ioseph. Arch. V. 10. — Matth. 9, 18—26. Luc. 8, 27—35. Marc. 8, 22 ff. Io. 1, 50. 9, 6. 7. — *Briefe üb. den Rationalismus.* 215 ff. Nonnullis miraculorum narrationibus certa insunt documenta, quae naturalem effectum produnt, v. c. Matth. 9, 24. Io. 9, 6. 7.

e) Morus Epit. Th. Chr. 28. Similiter Gerhardus: „miracula, inquit, si non habuerint doctrinae veritatem coniunctam, nihil probant." Loci th. XII. 107. Ammon *Ausf. Unterr. in d. Chr. Glaubensl.* I. 199. „*In Rücksicht der Beweiskraft der Wunder leuchtet ein, dafs ein innerer oder Realnexus zwischen Wahrheit und Wundern überall nicht statt findet. Wahrheit ist die Uebereinstimmung einer Lehre mit der Vernunft, und beruht auf freier Ueberzeugung. Wunder hingegen sind äufsere Thatsachen, über deren Wesen und Natur man streitet. Das Eine kann dadurch nicht wahr werden, dafs etwas Anderes geschieht, oder geschehen seyn soll.*" Schleiermacher *Der Chr. Glaube.* I. p. 116. „*Wunder, als Erscheinungen im Gebiete der Natur, welche aber nicht auf natürliche Weise sollen bewirkt worden seyn — können an sich gar keinen Beweis liefern. Denn eines Theils erzählt die h. Schrift selbst Wunder von solchen, welche dem Christenthum gar nicht angehören, sondern eher zu dessen Gegnern zu zählen sind, und dennoch gibt sie kein Kennzeichen an, um wahre und falsche Wunder zu unterscheiden. Andern Theils begegnet uns aufser allem Zusammenhang mit Offenbarung nur gar zu vieles, was wir nicht natürlich zu erklären vermögen; wir denken aber an kein Wunder, sondern schieben nur die Erklärung auf bis zu einer genauern Kenntnifs sowohl von der fraglichen Thatsache, als auch von den Gesetzen der Natur.*"

f) Apud Israëlitas non solum sacerdotes, id quod inter omnes populos orientales usitatum fuit, artem medicam exercuisse, satis constat (Lev. 13. Luc. 17, 14.), verum etiam prophetas (2 Reg. 2, 19 ff. 4, 21 ff. 5, 8. Iesa. 38.), et aetate Christi inprimis Essaeos. (Ioseph. B. J. II. 8. 6.) Curt Sprengel Diss. de medicina Ebraeorum. 1798. Ei. *Pragmat. Gesch. d. Heilkunde.* H. 1800. I. 91 ff. II. 173 ff. 2. *A.* Ammon *Bibl. Theol.* II. 341 f. A. Th. Hartmann *Blicke in d. Geist d. Urchristenthums.* Düsseld. 1802. p. 149 ff. *Briefe über den Rationalsimus.* p. 215 ff. Ceterum medelae prophetarum pependerunt non tam ab usu medicamentorum, quam a fiducia hominum morbis afflictorum in thaumaturgo collocata. (Matth. 9, 22. 15, 28. Marc. 5, 34. 6, 4—6.) Iesum autem usum remediorum non plane repudiasse, patet e Marc. 7, 32. 8, 22.

Io. 9, 6. Add. Marc. 6, 12. Paulus *Kommentar.* II. ad h. l. De Exorciſtis apud Iudaeos vid. Luc. 11, 19. Act. 19, 13—16. Ioſeph. Arch. VIII. 2. 5.

g) Kant *Relig. innerh. d. bloſsen Vernunft.* 116 ff.

h) Chryſoſtom. in pſalm. 111. *Ὁ ὑψηλὸς καὶ φιλόσοφος οὐδὲν δεήσεται σημείων· μακάριοι γὰρ οἱ μὴ ἰδόντες καὶ πιστεύσαντες.* (Io. 20, 29.) Herder *Chr. Schriften.* II. 259 ff. Niemeyer *Briefe an Chr. Religionslehrer.* I. 208 ff. Dahl *Lehrb. d. Homiletik.* L. 1811. 16 ff. Greiling *Das Leben Jeſu von Nazareth.* H. 1813. 157 ff. Inprimis ſuper hac §. conſulendus eſt Boehmii libellus: De miraculis enchiridion a philoſopho theologis exhibitum. Zw. 1805. et Ritter *Reviſion d. Urtheile üb. Wunder u. Offenb.*; in Henke *Mag.* VII. Ammon Nova Opuſc. Gott. 1803. De notione miraculi. 173 ff. Bretſchneider *Handb. d. Dogmatik.* I. 187. „*Eine beſonnene Kritik der Wunder Jeſu kann nie zu der Behauptung führen, daſs Gott bei ihnen unmittelbar gewirkt habe, ſondern giebt nur das Reſultat, daſs Jeſus wirklich durch eigene Kraft, die ihm von Gott in gröſserem Maaſse als andern Menſchen mitgetheilt worden, ſeine Thaten verrichtet habe, um in einem Zeitalter, das des Aeuſserlichen, Ungewöhnlichen und Wunderbaren zu ſeiner Aufregung bedurfte, mit ſeinen Belehrungen Eingang zu finden. Da nun dieſe ungewöhnlichen Kräfte mit der Stiftung des Chriſtenthums in offenbarer Verbindung ſtehn; ſo erſcheint dieſes dadurch als eine von der göttl. Vorſehung beabſichtigte Anſtalt. Die Wunder Jeſu bilden alſo keinen eigentlichen, metaphyſiſchen Beweis, ſind aber doch geſchickt, den Glauben zu befeſtigen. Bei dieſer Anſicht vermeidet man nicht nur die Verlegenheiten, zu denen der metaphyſiſche Wunderbegriff führt; ſondern iſt auch nicht genöthigt, ſich ängſtlich an die Worte der Referenten der Wunder Jeſu zu halten.*"

i) Studium miracula in bibliis ff. tradita ad effectus naturales revocandi, quod inſtitutioni quidem populari vel nunquam vel ſumma cum cautione adhibeatur neceſſe eſt, monente ipſo Reinhardo (*Dogmat.* 238.), per ſe ſpectatum minime improbandum eſt, modo ne interpretandi quadam ratione artificioſa et contorta, qualis theologis nonnullis placuit, iſto negotio defungamur. Cf. Heubner Diſſ. Miraculorum ab Evv. narratorum interpretatio gr.-hiſt. afferta contra eos, qui e naturae cauſis illa deducere conantur. Witt. 1807. 4. Diſtinguitur methodus miracula explicandi *materialis*, quam ſecuti ſunt Woolſton *Discourſes on the miracles of our Saviour.* Lond. 1727. IV. et *Defenſe of his discourſes.* L. 1729. II.,

cunctas N. T. de miraculis narrationes ad meras allegorias detorquens; J. Ch. F. Eck *Verſuch, d. Wundergeſchichten des N. T. natürlich zu erklären.* B. 1795.; ex parte Hartmann l. l. 138 ff. *Aus welchem Geſichtspunct hat man die Wunderthaten Chriſti und der Apoſtel zu betrachten;* Paulus *Hiſt. krit. Kommentar.* Voll. IV., rationibus pſychologicis ſaepius utens, — et *formalis.* (Bretſchneider *Syſt. Entwickl. d. dogmat. Begr.* 5. *A.* 255 ff.) Hanc optime demonſtravit Bauer *Hebr. Mythologie des A. u. N. T.* et nuperrime Kaiſer *Bibl. Theol.* I. 195 ff. Ceterum quod rudiore et populo et aetate ſubnatum et inventum eſt, nullam interpretationem admittit, niſi ab hominum rudiorum ſenſibus et moribus ductam; fidem itaque quaevis huius generis mythorum interpretatio ſubtilior aut ingenioſior ſibi ipſa detrahit. Heyne Sermonis mythici interpretatio ad cauſſas et rationes ductasque inde regulas revocata. V. Commentt. ſoc. Gotting. Vol. XVI. p. 306. — Löffler *Predigten.* Bd. III. Züllich. 1798. 2. *A.* 67 ff. *Von d. rechten Beurtheilung u. Anwendung des Wunderbaren u. Unbegreiflichen in d. heil. Schrift.* In inſtitutione populari, quum argumentum illud neque ab Ieſu, neque ab aequalibus eius ad notionis miraculi philoſophicae ſubtilitatem revocatum ſit, miracula in bibliis ff. tradita ita commode explicantur, ut res narratae univerſe tanquam inſigni et notabili Dei providentia effectae appareant, et, ubi rei narratae vera indoles, ſermone Orientalium imaginibus referto et poetico bene explanato, facile perſpici potuit, haec ipſa indicetur, in narrationibus vero plane obſcuris tractandis origines earum ex aevo remotiſſimo eoque rudiore et ipſa manca et abrupta narrationis indoles, tanquam obſcuritatis cauſae notentur.

Miraculis, quae originem religionis Chriſtianae ſupernaturalem confirmare dicuntur, adnumeratur narratio de Pauli Ap. converſione ad religionem Chr. Act. 9, 1 ff. 22, 6 ff. 26, 12 ff. 1 Cor. 15, 8. (Bretſchneider *Handb. d. Dogmat.* I. 191 ff.), quae tamen ita comparata eſt, ut ad liquidum perduci nequeat. Omnino in narratione iſta explicanda haud omittendum eſt, Paulum ad viſiones vel ecſtaſes propenſiorem fuiſſe. V. Act. 22, 17 ff. 2 Cor. 12, 2. 4. cf. Act. 10, 10. Ezech. 1, 1 ff.

§. 50.

Vaticinia.

Ad *externa* argumenta, quibus veritas et divina doctrinae Chriſtianae in libris ff. propoſitae origo pro-

bari ſolet, vaticinia quoque referuntur, ſ. praedictiones rerum contingentium eventu comprobatae [a]); quae quum non niſi ſupernaturali quadam efficacia edi poſſe exiſtimarentur, ab eiusmodi divino aliquo inſtinctu repetenda eſſe videbantur (Ieſ. 41, 23. Matth. 24, 36. Act. 1, 7.). Praedictiones de rebus futuris, quae in libris V. T. prophetis tribuuntur, ſuſpenſae erant ex perſuaſione de praemiis et poenis divinis (Levit. 26. Deut. 28.) et ex fiducia certiſſima, qua Iehovam conſtanti favore populum ſuum amplecti credebant. Itaque iis, qui legibus divinis haud obtemperarent, quosque peccatorum ſuorum haud poeniteret, Iehovae iudicia poenasque minabantur; pios autem Israelitas calamitate forte afflictos conſolabantur bonis auguriis, et vaticiniis, quibus hoſtes divinae maieſtatis regnique *theocratici* debellatum iri et feliciorum ſeculorum ordinem futurum eſſe praedicebant. Sed prout ſingulis aetatibus ſingulae inerant rerum geſtarum gerendarumque ſpecies, ita illa vaticinia variis coloribus diſtinguebantur. Itaque Ieſaias (10. 22. 28—33.) pericula ab Aſſyriis, Ieremias (1—39.) a Chaldaeis minabatur. Omnino autem illorum vaticinia non tam certarum praedictionum, aut certas temporum rationes aut certos homines ſignificantium, auctoritatem prae ſe ferunt, quam bonae ſpei ſolatia, aut votorum deſideria, aut minas malorum, aut curarum animis inhaerentium ſignificationes; ac tantum abeſt, ut evidenter ac preſſe definiantur, ut plerumque vagam afferant ancipitemque elocutionem. Quae quum ita ſint, eruditum et ſagacem interpretem multo magis decet, oraculi cuiusdam cauſam, quam eius eventum, in hiſtoria rerum geſtarum exquirere, praeſertim ſi vaticinia ſint externis gentibus infeſta [b]).

Ad divinam religionis Chriſtianae originem probandam e V. T. libris prae ceteris adducuntur vaticinia a prophetis Meſſiam [c]) (§. 120.) et Meſſiana tempora canentibus edita, ad quae Ieſus ipſe tanquam ad

se pertinentia haud raro provocavit, v. c. Luc. 16, 16. 24, 44. Io. 5, 39. 46. — Matth. 22, 41—45. 26, 24. 27, 9. Luc. 4, 17 ff. 18, 31. 22, 37. — Matth. 11, 7—10., saepius autem Apostoli, ut res ab Iesu Christo gestas et fata ipsius V. T. oraculis optime respondisse docerent, argumentationibus suis suppossuerunt, v. Act. 2, 29 ff. 3, 25 ff. 8, 27. 13, 34 ff. al. E V. T. libris, praeeuntibus N. T. scriptoribus, huc referri solent Gen. 3, 15. [d]) 12, 2. 3. 22, 18. 26, 4. 49, 10. Deut. 18, 15 ff. 2 Sam. 7, 16 ff. 1 Reg. 11, 39. Ps. 2. 8. 16. 22. 40. 45. 72. 110. Hos. 3, 4. 5. Mich. 4, 1 ff. 5, 1 ff. Hagg. 2, 6—9. Zach. 9, 9. 10. 11, 12. 13. 12, 10. 13, 7. Mal. 3, 1. 4. Ies. 2, 3. 4. 7, 14 ff. 9, 2—6. 11, 1—14. 40, 1—11. 53. Dan. 7, 13. 14. 26. Quam disputandi methodum secuti veteris ecclesiae scriptores argumento ab his vaticiniis ducto maximam tribuerunt auctoritatem, ita, ut ipsi nec literarum hebraicarum, neque artis interpretandi satis periti, plus quam par erat, in eo exornando elaborarent, vel etiam conficta illa librorum Sibyllinorum vaticinia et alia in usum suum converterent [e]). Et sequentium seculorum doctores, postquam, praeeunte inprimis Diodoro Tarsensi, Theodorus Mopsv. aliique rectius hac de re iudicaverant [f]), strenue argumentum illud tenuerunt, et recentioribus demum temporibus omnis haec doctrina nova luce collustrata est [g]). — Praeter oracula prophetarum vaticinia etiam Iesu Christi ipsius pro adserenda religionis Christianae divina origine commemorantur, res post mortem eius eventuras spectantia, v. c. Matth. 24. Marc. 13. Luc. 19, 42 ff. 21, 6. — Matth. 26, 34. Marc. 14, 30. Luc. 22, 34. Io. 13, 38. — Matth. 16, 21. 20, 18. 19. 27, 63 ff. Marc. 8, 31. 9, 31. 10, 33. 34. Luc. 18, 32. 33. Io. 12, 32. 33.

Enimvero quibus miraculorum auctoritas implicita est scrupulis [h]), iisdem vel gravioribus etiam opiniones de vaticiniis premuntur. *Primum* enim quaevis prae-

dictio divinitus patefacta, qua fatum inevitabile hominis aut populi cuiusdam, quod e facto quodam ab ipsis perpetrando pendeat, diserte annunciatur, ideae Dei sanctissimi et benignissimi repugnat, *fatalismum* fovet et libertatem hominum moralem tollit [i]). *Deinde* praedictiones, vere et proprie sic dictae, indubitatae summaque cum claritate definitae, in utroque sacro codice frustra quaeruntur, ipsiusque Iesu Christi praesagium de reipublicae Iudaicae excidio non satis perspicue enunciatum est (Matth. 24, 36.) [k]). *Tum* prolata sunt nonnunquam vaticinia ab hominibus auxilio divino plane indignis (Num. 22, 5 ff. 1 Sam. 15, 32 ff. Ion. 1, 3. 4, 1 ff. Io. 11, 51.). *Praeterea* nonnulla in libris ff. continentur, quibus eventus nequaquam respondit; cf. praeter plurima vaticinia Messiana, Ies. 29. 34. 63. 66. Dan. 2. 7. Hos. 9, 3. 11, 5. Ezech. 40 ff. Luc. 1, 32. 33. Act. 2, 30. — Matth. 26, 32. coll. Act. 1, 4. Matth. 16, 28. Io. 21, 22. 1 Thess. 4, 15. 5, 1 ff. 1 Cor. 15, 51. — Apocal. [l]); et quae populi traditionibus mythicis et superstitiosis nituntur, veluti Ezech. 38. 39. Alia *denique* singulari quodam scriptorum hebraeorum artificio post eventum demum conficta sunt v. c. Gen. 25, 23. 27, 27 — 29. 39. 40. 49. Num. 24, 17 ff. Deut. 33. 1 Reg. 13, 2. 14, 15. Dan. 7 — 12. Matth. 23, 35 [m]); vel praedictiones nonnullae, propria earum significatione mutata aut pressius definita, ad rerum eventum inflexae et singulis rebus in facto positis post eventum demum accuratius adaptatae sunt, v. c. Dan. 9, 24. Ps. 16. coll. Act. 2, 29 ff. Ps. 22, 17 — 19. coll. Io. 19, 23 ff. Ies. 53. Matth. 12, 40. 16, 21. 17, 9. 22. 23. 20, 19. 26, 34. coll. Io. 13, 36 ff. Luc. 13, 32. Io. 21, 18. al. [n]). *Postremo* quemadmodum Iesus ipse parum honorifice iudicavit de Hebraeorum vatibus (Matth. 11, 11. Luc. 7, 28.), ita Apostoli vaticinationem obscuram et imperfectam esse ipsi professi sunt. (1 Cor. 13, 9. 2 Petr. 1, 19. cf. Act. 1, 7.) Omnino autem apparet, Iesum interpretandi rationem,

quae in Talmudicis et Rabbinorum scriptis, sicut Philonis et Iosephi latissime regnat [o]), secutum, et eo ipso, quod nonnulla prophetarum oracula eius fata resque ab eo gestas vere adumbrare viderentur, ductum, V. T. effata de futura felicissima rerum conversione et de novae faustiorisque civitatis instauratore aliaque, providentia divina ita moderante, ad se ipsum traduxisse, ut fidem faceret Iudaeis et ideis eorum Messianis suas de regno quodam spirituali per Messiam condendo (Matth. 11, 13. 22, 32 ff. Luc. 17, 20 ff. Io. 8, 12. 18, 36.), prophetarum quidem dictis nonnullis (Ies. 2, 2—5. 11, 1 ff. 42, 1—4. Ioel. 3, 1. Zach. 3, 7 ff. 6, 12—15. Mal. 3, 1—4. 4, 1 ff.), iam vere adumbrato, adnecteret. Quae quum ita sint, argumentum e vaticiniis petitum Iudaeis quidem interpretationi vatum suorum allegoricae adsuetis accommodatum fuit; nostris hominibus autem, libris symbolicis hac de re nil statuentibus, ita erit proponendum, ut providentia divina, tum in sapienter coniungendo veteris et novi foederis instituto, tum in promovendis rei Christianae, et aptissimis temporibus ortae, et feliciter propagatae, incrementis conspicua, inde cognoscatur.

a) Doederlein Inst. §. 16. Morus Epit. §. 14. Ammon Summa Th. Chr. 26 ff. Vocc. προφητεία Matth. 13, 14. 2 Petr. 1, 21. (נְבוּאָה Neh. 6, 12. 2 Chron. 15, 8.) et προφητεύειν Matth. 11, 13. 15, 7. 1 Petr. 1, 10. saepius latiore sensu dicuntur. Cf. 1 Cor. 12, 10. 13, 2. 8. 14, 6. 22. coll. 24. et Act. 2, 17. 18. 1 Cor 11, 4. 5. 13, 9. 14, 1. 3. 4. 5. al. Cf. μαντείας variae species. Bretschneider *Entw. d. dogm. Begr.* 3. *A.* 218.

b) Eichhorn *Einl. in d. A. T.* III. 13. L. J. E. Justi *Verm. Abhandlungen üb. wichtige Gegenstände d. theol. Gelehrsamkeit. Samml.* I. Nr. 5. 266 ff. De Wette *Einl. in d. A. T.* 2. *A.* §. 204. p. 281 ff. Gesenius *Philolog. krit. u. hist. Commentar üb. d. Jesaia.* I. Vorr. p. XV. „*Wenn ich auf der einen Seite keine übernatürlichen und bestimmten Prädictionen künftiger Begebenheiten in demselben (dem hebr. Prophetenthum) finden kann, so mufs ich doch andrerseits aufs Bestimmteste gegen eine Ansicht protestiren, welche in neuern Zeiten in Umlauf gesetzt worden, nach welcher die Orakel gar nicht prophetische*

Aussprüche über die Zukunft, sondern nur verschleierte Schilderungen der Gegenwart, selbst der Vergangenheit enthalten sollen (s. die Einleit. zu Kap. 28 ff.)." *Einleit.* §. 5. p. 28 ff.

c) Nomen subst. מָשִׁיחַ (מְשִׁיחַ יְהוָה) = χριστὸς (μεσσίας Io. 1, 42. 4, 25.) pr. *unctus*, in V. T. libris simpliciter regem significat (1 Sam. 24, 7. 11. 26, 16. 2 Sam. 1, 14. 16. 19, 22. Ps. 2, 2. 132, 8. 16. Hab. 3, 13. Dan. 9, 25. 26.), unde מֶלֶךְ et מָשִׁיחַ tanquam synonyma iunguntur 1 Sam. 2, 10. Ps. 18, 51.; neque in ullo V. T. loco de rege illo *ideali*, e ll. Ps. 2, 2. Dan. 9, 25. perperam intellectis posterius sic dicto, usurpatum est, cuius dignitatem atque provinciam, tanquam in V. T. libris praesignificatam, N. T. scriptores Iesu tribuunt. Ceterum nomen χριστοῦ, quod apud reliquos ff. ff. ad certam dignitatem notandam adhiberi solet, et κυρίου nomini saepius respondet, vel ei iunctum est (v. c. Luc. 1, 43. 76. 2, 11. Act. 2, 36. Phil. 2, 11. coll. v. 9. 10. al.), a Paulo et Petro App. saepissime, omisso articulo, nominis proprii vim habet. Gersdorf *Sprachcharakteristik d. Schriftsteller des N. T.* L. 1816. I. p. 272 ff.

d) Hoc dictum, *Protevangelii* nomine insignitum, rectius de universo hominum et serpentum genere intelligitur, quam de uno ex mulieris posteritate. Ammon *Bibl. Theol.* II. 49 ff.

e) Iustin. M. Cohortat. ad gentes. 33 ff. Theophilus (ad Autol. II. 355. 75. 78.) Sibyllina oracula vel prophetarum vaticiniis aequiparat. Orig. c. Cels. VII. 368. ed. Spencer. Münscher *Dogmengesch.* I. 216 ff. Miscellanea Danica. Havn. 1816. Bleek *Ueb. die Sibyll. Bücher*, in Schleiermacher — *Theol. Zeitschrift.* H. I. Berl. 1819.

f) J. A. Ernesti Narratio critica de interpretatione prophetiarum Messianar. in eccl. Chr. Opuscc. theoll. 495 ff. Flügge *Gesch. d. theol. Wissensch.* II. 190 ff.

g) Argumentationis illius vim et veritatem uberius demonstrare conati sunt C. A. Crusius Hypomnemata ad theol. propheticam. P. I—III. L. 1764—78. — Seiler *Die Weissagung u. ihre Erfüllung aus d. heil. Schr. dargestellt.* Erl. 1794. Kleuker *Prüfung d. vorzüglichsten Beweise f. d. Wahrheit des göttl. Ursprungs des Christenth.* Rig. Voll. IV. 1787—94. I. 4., nuperrime Ständlin *Jesus der göttl. Prophet. Ein Beitrag zur Apologetik.* Gött. 1824. Cf. *Allg. Lit. Zeit.* N. 35. 36. Seebode *N. kr. Bibl. f. d. Schulwesen.* VII. N. 10. 1825. p. 1061 ff. Impugnaverunt Ant. Collins *Discourse on the grounds and reasons of the christian religion.* Lond. 1724. — Eckermann *Theol. Beiträge.* B. I. II. Ziegler *Erörterung, dass der Beweis*

weis für die Wahrheit u. Göttl. d. christl. Rel. mehr aus der innern Vortrefflichkeit d. Lehre, als aus Wundern u. Weissagungen zu führen ist, in Henke *Mag.* I. 1. — *Aufhellungen in der chr. Glaubensl.* I. 561 ff. — Eichhorn *Die hebr. Propheten.* III Voll. Gött. 1816—19., quo libro auctor vaticinia in ll. prophetarum exposita maxime res ipsa prophetarum aetate, vel etiam antea gestas, poeticis coloribus adumbrare docuit, qua de re cf. Gesenius l. supra l.

h) Ammon *Bibl. Theol.* II. 1—240. Ei. *Ausführl. Unt.* 140 ff. (J. L. W. Scherer) *Ausf. Erkl. d. sämmtl. Weissagungen des N. T. Mit exeget. krit. u. histor. Anmerk. u. einer Abhandl. üb. d. neuest. Prophetismus.* L. 1803. *Briefe üb. d. Rationalismus.* 221 ff. — Kant *Anthropologie.* 103 ff. — *Aufhellungen.* 561 ff. Meiners *Allg. krit. Geschichte aller Religionen.* II. 603 ff.

i) Kant *Anthropologie.* 101 ff. Cf. Cic. de divinat. II. c. 7.

k) Schleiermacher *Der christl. Glaube.* I. 116. „*Es kann niemals befriedigend nachgewiesen werden, dass jene Propheten Christus, so wie er wirklich gewesen, und das Christenthum, so wie es sich wirklich entwickelt hat, vorhergesagt haben, und somit verschwindet in dieser Hinsicht der bestimmte Unterschied zwischen Weissagung und unbestimmter Ahnung.*"

l) Quam obiectionem ut effugeret Michaelis (Observ. philol. et crit. in Ierem. 188.), eventus illos in *Christocratia* proxime condenda adhuc exspectandos esse, docuit.

m) Cf. Ioseph. Arch. II. 9. 2. 3—7. VI. 5. 3., vaticinium de pugna Cannensi ap. Livium. XXV. c. 12. Virgil. Aen. VI. 752 ff. Oracula Sibyllina, quae Christiana dicuntur a Lactant. Inst. IV. 15. Eichhorn *Bibl. d. bibl. Lit.* B. V. X. Ammon de vaticiniis post eventum formatis commentat. Erl. 1812. 4. Ei. *Bibl. Theol.* II. 15 ff. — Knapp Scripta var. argum. Prolus. I. de indole atque usu vaticinationum V. T. — Ad locum 2 Petr. 1, 19—21. Ed. 2. p. 1. „Quemadmodum insitum hominibus est, ut *praesentem* aetatem superiore deteriorem esse statuant, sic *futurae* felicitatis spe animum exhilarare, et contra fortunae iniurias munire solent. Itaque hoc etiam commune esse animadvertimus plerisque populis, ut, quae ipsi de felicioribus futuri aevi auspiciis suspicati sunt, eadem in historiae formam redacta, mythologiis suis inserant. Notissima sunt, quae apud veteres poëtas de *reditura* quondam *aetate aurea*, de *reversione Astraeae*, de *instaurandis* aliquando *deorum in terra domiciliis*, ceterisque eiusdem generis legun-

tur. V. Heſiod. Op. et dies. v. 109—201. Ovid. Met. I. 89 ff. Virgil. Ecl. IV. Euſeb. Praeparatio evangel. I. 7. XII. 13." Quae quum ita ſint, non eſt, quod eiusmodi mythos, apud plerasque gentes reperiundos, cum nonnullis (v. (Tholuck) *Die Lehre v. d. Sünde u. v. Verſöhner.* 2. *A.* Hamb. 1825. p. 280.) ex divina quadam revelatione repetamus, cuius notae certae fruſtra quaeruntur. Omnino hiſtoria docet, calamitatum magnarum tempore, ubi animi vires vel vehementer depreſſae, vel etiam mirum in modum agitatae fuerint, homines ſicut ad alios myſticismi errores, ita quoque ad praedictiones rerum futurarum comminiſcendas credendasque maxime proclives fuiſſe. Idem evenire ſolet in exſtaſi, de qua v. Hoffbauer *Joh. Adam Müller der Prophet u. ſein Vater. Eine Parallele v. Hans Engelbrecht, einem zweimal geſtorbenen Propheten des 17ten Jahrh., zur Erkl. des Propheten-Berufs des Erſtern, u. Erläut. einiger Puncte d. Seelenlehre.* H. 1817.

n) Sic Ioſephus, interpretandi genus Iudaeis uſitatum ſequens, Veſpaſianum oraculis Meſſianis portendi (Bell. iud. VI. 5. 4.) et Cyrillus Hieroſ. ſua ipſe fata a prophetis praedicta fuiſſe opinatus eſt. Sozomeni Hiſt. eccl. IV. 5. Ammon *Bibl. Theol.* II. 55 ff. Ei. *Ausf. Unterr.* 156 ff. *Briefe üb. d. Rationalism.* 221 ff. — Plurimum tribuere ſolent Supernaturaliſtae vaticiniis de Ieſu reditu in vitam ab ipſo editis (Matth. 16, 21. 17, 9. 20, 17—19. 26, 32.). (Reinhard Diſſ. de Chriſto ſuam dum viveret reſurrectionem praedicente, in Velthuſen — Commentatt. theoll. Vol. III. Süſskind *Ueb. d. Frage: ob Jeſus ſeine Auferſtehung beſtimmt vorhergeſagt habe?* in Flatt *Magaz.* VII. 203 ff. Planck *Geſch. des Chriſtenth.* I. 296 ff.) Verum enimvero quum Ieſus in ultimis colloquiis, quae ab Ioanne referuntur cc. 13—17., ne minimum quidem ſperandae reſurrectionis ſuae indicium prodat, imo potius contrariam ſententiam diſerte pronuntiet (17, 4. 11. add. Luc. 23, 43. 46. Io. 19, 27.); quumque eius diſcipulis poſt Ieſu mortem ſumma deſperatione afflictis nuntius de eius in vitam reditu adeo inopinatus acciderit (Mc. 16, 8. 11. Luc. 24, 11. 22. 37 ff. Io. 20, 9.), ut Thomas niſi cicatricibus vulnerum contactis ſe crediturum eſſe negaverit (Io. 20, 25.); quum in proximis poſt reſurrectionem, colloquiis Ieſus ipſe diſcipulis iſtam deſperationem et animi demiſſionem exprobrans, nusquam tamen ſe iis, quid ſibi eventurum eſſet, praedixiſſe perhibeat, ſed potius veterum prophetarum oracula nunc eventum habere dicat (Luc. 24, 27. 44.): credibile eſt, ea, quae Ieſus univerſe et infinite de inimicorum ſuorum propulſatione et inſtituto-

rum suorum felici progressu (Io. 12, 23.), vel etiam de amicis ipsum olim revisuris (Io. 14, 19—21. 16, 16—22.) dixerat, postea ex eventu ab eius discipulis pressius accepta et explicata fuisse; ita, ut narratores harum rerum ea, quae serius intellexissent, cum iis, quae antea accidissent, miscerent et confunderent. Fieri etiam potuit, ut Iesus ipse *tertio die* se in vitam rediturum hoc sensu dixerit, quo apud prophetam (Hos. 6, 2.) salus *proxime* exortura tridui vocabulo designatur, praesertim quum similes dicendi formulae ei haud inusitatae fuerint, cf. Luc. 13, 32. Io. 2, 19. Marc. 14, 58., quod Christi effatum Ioannes Ap. aperte ex eventu interpretatus est Ev. 2, 22. Add. Cic. Epist. ad Q. fr. I. 4.: „Saepe triduo summa cum gloria dicebar esse rediturus." — Paulus *Kommentar.* II. 564 ff. De Wette *Bibl. Dogm.* 2. *A.* 199. Bretschneider *Handb. d. Dogmat.* I. 174 ff. Qua sententia probata non impedimur, quo minus vel in allegoricis istis Iesu dictis eventu comprobatis divinam providentiam pia mente agnoscamus. Köster *Immanuel od. Charakteristik d. neutestamentl. Wundererzählungen.* L. 1821. p. 304.

o) Danovii Theol. dogm. instit. 451. Herder *Chr. Schriften.* II. 254. De Wette *Bibl. Dogm.* 120 ff.

§. 51.

De argumentis divinae scripturae s. auctoritatis internis.

Supernaturalistarum doctrina, rationis quippe usum solum *formalem* s. *instrumentalem* (§. 9. *a.*), qui dicitur, in religione iudicanda admittens, eiusmodi argumenta ex indole librorum ss. ita repetit, ut, quaecunque in iis contineantur tum decreta et praecepta, tum narrata, a repugnantiis libera manifesteque in scriptura s. tradita esse demonstrare conetur, de iis autem, quae intellectus rationisque limites superent, solam credendi necessitatem simpliciter imperet [a]). Quibus positis ex argumentis internis id modo evincitur, doctrinam in scriptura s. propositam ab ipso Deo proficisci potuisse. Cum persuasione vero Rationalistarum de revelatione quadam mediata (§. 12.), quae simul plenum eundemque *materialem* rationis usum postulat [b]), haec

ſententia recte coniungitur, qua, discrimine poſito inter argumentum ſcripturae ſ., quod ſingulorum tantum temporum et locorum rationibus accommodatum fuerit, et inter decreta atque praecepta, quae aeternum valitura ſint, horum praeceptorum ſundamentalium in libris ff. traditorum cum recta ratione convenientia religionis Chriſtianae praeſtantiam maxime probari ſtatuimus [c]); quo facto illam haud ſine numine, a cuius efficacia bona quaeque recte derivantur (Iac. 1, 17.), cum hominibus communicatam eſſe, optime demonſtrari, putamus. Chriſtiana enim religione omnia continentur, quae homini vere religioſo proboque cognitu neceſſaria ſunt, et quae optimum in rebus adverſis ſolatium ei afferunt; praeterea ita eſt comparata, ut recte expoſita omnium populorum communis eſſe poſſit. Omnino religionis Chriſtianae, tanquam eventus hiſtoriae fide nitentis, ad rationem relatae conditio alia nulla eſſe poteſt, quam commodi alicuius ad finem quendam obtinendum accommodati. Quemadmodum enim hiſtoria excitatur ratio ad fines ſibi propoſitos ſummos conſequendos vitamque eis convenienter conformandam [d]), ita tantum abeſt, ut Chriſtianae religionis diſciplina, non niſi hiſtoria duce recte cognoſcenda, proprius rationis uſus opprimatur, ut idem ea incitetur et exerceatur. Chriſtiana tamen religione certo quodam tempore exorta ſuperiores ſunt aeternae rationis leges, quibus ipſa natura humana in percipiendis iudicandisque omnium temporum eventis adſtringitur et continetur. Praeterea verae religionis cultus non niſi agentibus mentis humanae ſummis viribus effici poteſt. Quae quum ita ſint, etiam poſt exortam Chriſtianam diſciplinam homines ſapientes in eo elaborent neceſſe eſt, ut, quae illius hiſtoria atque doctrina continentur, cum rationis decretis comparent et, quantum fieri poteſt, conciliare ſtudeant. Et haec ipſa religionis Chr. praeceptorum ſundamentalium, inprimis eorum, quae verum Dei cultum veramque pietatem ac virtutem ho-

minum desideriis accommodate adumbrant, cum rectae rationis principiis aeque a Deo derivandis convenientia et consensio maximum habet momentum, quo cultiores etiam ad magnam illius admirationem adducuntur impelluntque, ut in ea specimen aliquod divinae providentiae agnoscant. Accedit, quod ipsi scriptores ss. ad hanc sententiarum ab ipsis propositarum indolem saepenumero provocant. Doctrinam enim suam appellant legem animis hominum inscriptam (Deut. 30, 11 — 14. Rom. 10, 6 — 8. Ierem. 31, 33 ff. Hebr. 8, 10.); Iesus ipse studium scripturarum ss. commendat (Io. 5, 39.) et fidem auctoritati suae habendam recusat (Matth. 7, 21. cf. Marc. 12, 34.), solam veritatem ab ipso declaratam homines liberos reddere atque tranquillos eosque ad verum Dei cultum perducere, profitetur. (Matth. 6, 23. 13, 23. Luc. 10, 27. Io. 7, 17. 4, 24. 8, 32. 18, 37.) Nec minus ille nititur testimonio experientiae, i. e. doctrinae suae efficacia saluberrima, e cognitione (Io. 17, 3.) atque usu eius legitimo oriunda. (Io. 6, 35. 7, 17. 15, 22.) *e*) Paulus et Ioannes ad verum indagandum, et conscientia quidem duce (2 Cor. 4, 2.), strenue excitant (Rom. 12, 1. 2. coll. 8, 16. 14, 14. 23. 1 Cor. 10, 15. 13, 11. 2 Cor. 3, 17. Eph. 5, 10. 17. Phil. 1, 10. 1 Thess. 5, 21. 1 Tim. 2, 4. 1 Io. 4, 1. 5, 10.), et alter, posthabita auctoritate humana (Gal. 2, 6.), libros pro divinis habitos ab ea parte, qua hominibus edocendis, emendandis et in omni virtutum genere instituendis prosint, commendat (2 Tim. 3, 16.). Omnino scriptores ss. non modo asseverant et ponunt, ita esse, verum etiam causas addunt et argumenta, quibus ad rem ulterius cogitandam inquirendamque ducunt *f*). Vid. e multis locis Matth. 6, 25 ff. 1 Cor. 15. Neque hoc praetermittendum est, quod doctrina illa tradita est ab auctore, cui ingenium fuit eximium, ab omni fanatico pietatis errore remotum, singularis vitae candor morumque castitas et sublime de universo hominum genere bene merendi consilium (§. 13. *h*.). Qua-

propter ſapientiores religionis Chriſtianae apologetae, et antiquiores *g*) et recentiores *h*), variis quidem rationibus uſi, argumentum illud divinae eius auctoritatis internum prae aliis *i*) exponere et commendare ſtuduerunt. Atque ii ipſi, qui contra vanas reprehenſiones, partim e praeſumta religionis Chriſtianae origine *ſupernaturali* et *miraculoſa* (cf. §§. 11. 12.) depromtas, illud defendere et prae ceteris tueri conati ſunt, hanc ſententiam ex intimo pectore profiteri haud dubitarunt, Chriſtianae doctrinae fundamentis vere contineri ῥήματα ζωῆς αἰωνίου. (Io. 6, 68.)

a) Luther *Erkl. d. Briefs an d. Galater.* 1523. T. VIII. 2043 f. Opp. ed. Walch. „*Sie (die Vernunft) hält ſich an Gottes Wort, läſſet es recht und wahr ſeyn, wenn es auch noch ſo närriſch und unmöglich lautet.*"

b) (Böhme) *Ueb. d. Behauptung eines rationalen Supernaturaliſten, daſs f. d. chriſtl. Religionswiſſ. zwar der formale, aber kein materialer Vernunftgebrauch gelte.* Alt, 1820. Röhr *Krit. Pred. Bibl.* B. IV. H. 2. 1823. p. 250 ff.

c) Rationis humanae oſores quum doctrinam rel. Chriſtianae ratione multo ſuperiorem eſſe contendunt, ne unam quidem ſententiam afferre poſſunt ad illuminandas, emendandas vel conſolandas hominum mentes neceſſariam, quae non ipſa ratione contineatur, vel confirmetur. Neque vero Chr. religionem eo ipſo, quod dogmata quaedam vel eventa cum recta ratione haud concilianda in antiquiſſima eius hiſtoria ſibi deprehendiſſe videntur, venerabiliorem, ſanctiorem vel diviniorem efficere poſſunt, quam absque iſtis apparet. Quae enim Chr. religioni vulgo tribuuntur dogmata, quae rationis ſcilicet humanae captum excedant, e. c. doctrina de trinitate, de naturali humani generis corruptela, de diabolo, de ſatisfactione vicaria per Chriſtum praeſtita, de iuſtificatione, de corporis poſt mortem reſurrectione, ea partim ne ipſis quidem antiquiſſimis religionis Chr. monimentis, multo minus legati divini, a quo illa nomen accepit, claris et indubitatis nituntur praeceptis, ſed potius opinionibus quorundam hominum ſua vel aequalium commenta cum genuinis Chriſti, ſymbolica quidem docendi ratione ſaepius utentis, doctrinis commiſcentium; partim ea vel nihil valent ad ſummum religionis finem obtinendum, vel omni experientiae ac rationi

sic adversantur, ut quam sint ad veram pietatem virtutemque excolendam vel inutilia ac superflua, vel periculosa et exitialia, neminem candide hac de re iudicantem fugere possit. Quae vero vulgo de miraculis, quibus religio Chr. niti dicitur, narrantur, tantum abest, ut ei prae aliis magnis rerum communium in orbe terrarum conversionibus principatum quendam afferant, ut nemo, nisi praeconcepta opinione ductus, hanc miraculosam, quae putatur, Chr. religionis originem, verae ordinataeque divini numinis efficaciae in ea constituenda praeferre possit. Nam qui recte sapit, is in naturalibus ad religionem Chr. et instituendam et propagandam praesidiis, quibus Deus usus est, multo plura et maiora inveniet admiranda et adoranda, quippe summam vim divinae sapientiae testantia, qua saepe ex minimis maxima, ex vulgaribus excellentia, secundum aeternam mundi regendi rationem producuntur. Adversarii contra quasi ad unum omnipotentiae actum provocant, ad quem Deus dicitur, ubi eius sapientia haud suffecerit, tanquam ad extremum quoddam subsidium confugisse.

d) Cic. de orat. II. 9. „Historia est testis temporum, lux veritatis, vita memoriae, magistra vitae, nuntia vetustatis." Dan. Wyttenbach Or. de vi et efficacia historiae ad studium virtutis. Opp. select. ed. Brunsv. 1825. T. I. p. 18 ff.

e) Theologi recentiores testimonium illud experientiae cum interno spiritus s. testimonio (§. 59.) plerumque confundunt, vid. Planck *Ueb. d. Haltbarkeit d. histor. Beweises f. d. Göttl. des Christenthums.* 234 ff.

f) Morus Epitome theol. Christianae. Ed. 4. p. VII.

g) Iustin. M. (Apol. II. 124. 132. ed. Thirlby) Iesum ex parte iam Socrati, Platonicis et Stoicis cognitum fuisse dixit, quia in omnibus fuisset ὁ λόγος ὁ ἐν παντὶ ὤν. Clem. Alex. Strom. I. 288. ed. Colon. 1688. Ἄλλως τις περὶ ἀληθείας λέγει, ἄλλως ἡ ἀλήθεια ἑαυτὴν ἑρμηνεύει. Lactant. Inst. divin. IV. c. 3. Augustin. de vera rel. c. 4.

h) Henr. Hammond de rationabilitate religionis Chr. Lond. 1662. (Locke) *The reasonableness of Christianity as delivered in the scriptures.* Lond. 1696 et saepius rep. Leibnitz *de la conformité de la foi avec la raison.* Opp. ed. Dutens. T. I. 60 ff. Rousseau *Emile.* T. IX. 13 ff. Less *Wahrheit d. Chr. Religion.* 117 ff. Döderlein *Chr. Religionsunterr.* I. 193 ff. Ziegler *Vernunft- u. Schriftmäfsige Erörterung, dafs d. Beweis f. d. Wahrheit u. Göttlichk. d. Chr. Relig. mehr aus d. in-*

nern Vortrefflichkeit d. Lehre, als aus Wundern u. Weiſſagungen zu führen iſt; in Henke *Mag.* I. 20 ff. Fichte *Anweiſung zum ſeligen Leben.* 155 ff. Ammon *Ausf. Unterr.* 202 ff. Ei. Summa Th. Chr. 37. Planck l. not. *e.* l. p. 19 ff.

i) Neque Ioannis Baptiſtae de Ieſu Chriſto teſtimonium (Io. 1, 15 ff. 3, 27 ff. coll. Matth. 11, 3.), quippe quod non niſi ab auctoritate, quam Ieſus ipſe illi tribuit, pendeat, et quod ipſe parum curavit (Io. 5, 33. 34. cf. Matth. 11, 2 ff. Luc. 7, 19 ff.), neque fauſta eccleſiae propagatio et conſervatio, quae eadem et Islamiticae religioni contigit, inter documenta veritatis atque originis divinae referri poteſt. Nec minus perperam provocatum eſt ad conſtantiam martyrum, quum fuerint, qui pro falſa etiam doctrina vitam profuderint, et ad poenas perſecutorum, quorum quidem haud pauci, e. c. Antoninus philoſ. (Tertull. Apologeticus c. Gentes. c. 5.), Diocletianus, Timur al. tranquille et honorifice diem ſupremum obierunt. Eckermann *Handb. d. Chr. Gl.* I. 597 ff.

Flügge *Geſchichte d. theol. Wiſſenſchaften.* I. 1 ff. II. III. Tzſchirner *Geſch. d. Apologetik.* I. L. 1805.

THEOLOGIAE DOGMATICAE

PARS II.

DE DEO.

CAPUT I.

DE EXSISTENTIA DEI UNIUS.

§. 52.

Notio et nomina Dei biblica.

Locus de Deo totius theologiae graviſſimus et, quum ens infinitum a natura finita comprehendi nequeat illiusque ideam intellectui humano maxima ex parte notis e rationibus rerum creatarum repetitis, ſeu cognitione quadam analogica et ſymbolica [a]) exponi et adumbrari oporteat, longe difficillimus, ideoque ſumma cum cautione atque pietate tractandus eſt, ut veritas ſententiarum, quantum fieri poſſit, perſpicue cognita et percepta (Io. 17, 3. Col. 1, 10. 11. 2 Petr. 1, 2.) [b]), univerſo theologiae ſyſtemati et fidei vere Chriſtianae fundamentum praebeat firmiſſimum. Numinis ſupremi notio, variis modis in libris ſacris deſignata [c]) אֱלֹהִים, אֵל, אֱלֹהֵי צְבָאוֹת, אֱלֹהֵי הַשָּׁמַיִם, אֱלָהּ שְׁמַיָּא (in ll. Esrae, Nehemiae et Danielis uſitatiſſimum) יְהוָה [d]), יָהּ, שַׁדַּי, אֲדֹנָי, עֶלְיוֹן, θεός, θεὸς τοῦ οὐρανοῦ (Tob. 10, 12. cf. Apoc. 11, 13.), κύριος, ὁ πατὴρ ὁ οὐράνιος (Matth. 6, 14. 26. 32. 15, 13.), ὁ κτίστης πάντων (2 Macc. 1, 24. 1 Petr. 4, 19.), ab imaginibus humanis et appellationibus anthropomorphiſticis, cf. Gen. 1, 2. 2, 7. Ex. 33, 19 ſſ. 1 Reg. 19,

12. [e]), sensim ad ideam puriorem universalem, quam sanae rationi probatam doctrina Christiana exhibet, evecta, ita definiri potest, ut *Deus* sit *spiritus infinite perfectus, omnium rerum auctor et moderator sanctissimus et sapientissimus* (Matth. 5, 48. Io. 4, 23 s. Act. 14, 15. 17, 24—29. coll. Ies. 45, 18. 48, 12. 13. Rom. 1, 19 ff. 2, 6 ff. 1 Tim. 6, 15. 1 Cor. 8, 6. 1 Petr. 1, 16. coll. Levit. 19, 2.) [f]). Qua Dei notione constituta, Deum non *accidens* quoddam, sed *substantiam* i. e. quod non in alio quodam obiecto, sed in semet ipso subsistit, eandemque cum mundo haud confundendam, recte dici [g]), per se patet et ipsius scripturae s. effatis probari potest. (Gen. 1, 1. Ex. 3, 14. Ies. 41, 4. Matth. 19, 17. Io. 5, 26. Apoc. 1, 4. 17.) Neque repugnant, quae passim in libris ff. reperiuntur, Dei nomina universalia s. abstracta, v. c. שֵׁם Lev. 24, 11. 16. Ex. 23, 21. al., כְּבוֹד יְהוָה Ex. 24, 16. 40, 34., *θεῖον* Act. 17, 29., *θειότης* Rom. 1, 20. [h]). Ceterum ecclesiae evangelicae auctores non tam e locis librorum ff. supra allatis, quam e veteris ecclesiae symbolis hanc numinis finitionem adstruxerunt, „videlicet, quod sit una essentia divina, quae appellatur et est Deus, aeternus, incorporeus, impartibilis, immensa potentia, sapientia, bonitate, creator et conservator omnium rerum visibilium et invisibilium" [i]); neque vero subtilius, in quo theologi recentiores elaboraverunt, hunc locum tractarunt.

a) Cognitionem Dei dicimus *analogicam*, quatenus ex rationibus in rerum finitarum ordine conspicuis notionem et rationes naturae infinitae adumbrat; *symbolicam* eam, quae ita comparatur, ut imagines aut notiones e rerum finitarum ordine petitae ad summum obiectum *ideale* menti humanae clarius describendum adhibeantur. Gerlach *Religionsphilosophie*. 106 ff. Cf. Augustin. de cognit. ver. vitae. c. 7. „Sicut Deus a nullo intellectu valet proprie excogitari, ita nulla definitione potest proprie definiri aut determinari." At quatenus definitione enunciantur notae, ad informandam notionem aliquam necessariae, ideam Dei quoque definiri posse, recte

dixerimus. Luther *Von den Klostergelübden.* Opp. T. XIX. p. 1940. „*Die Vernunft begreift nicht, was Gott ist; doch begreift sie aufs allergewisseste, was nicht Gott ist.*"

b) Ammon *Ausf. Unterr. in d. Chr. Gl.* I. 241 ff.

c) Etymologia nominum, quibus notio numinis in diversis linguis significatur, docet, quae potissimum cogitationes singulos populos ad ideam numinis effingendam adduxerint. Sic nomina hebraica, quae maxima ex parte vim et potentiam designant, originem ideae divinae e metu ac formidine phaenomenorum terribilium produnt; sic vox θεὸς, non tam cum Platone in Cratylo II. 258. ed. Bipont. a θέειν currere, de motu siderum dicto, quam a verbo τίθημι derivanda (Clem. Alex. Strom. I. fin. Θεὸς δὲ παρὰ τὴν θέσιν εἴρηται κ. τάξιν, τὴν διακόσμησιν.), Deum ordinis naturae auctorem et moderatorem significat; sic vox *Gott* linguae vernaculae et aliarum illi coniunctarum notionem Dei ex idea τοῦ ἀγαθοῦ καὶ ἐξοχὴν recte prodiisse, optime demonstrat. A bonitatis notione vocabulum illud derivatur in Lutheri Cat. mai. 409. ed. Rechenb. Cf. alia Dei nomina in ll. ff. haud obvia, τὸ ὄν, τὸ ἀγέννητον, τὸ ἄγονον, τὸ ἀπέραντον, τὸ ἀνώνυμον, τὸ ἄῤῥητον — nomen apud Cabbalistas usitatum אין סוף pr. fine fine, ἀβράξας, (nomen benedictum, auctore Bellermanno Progr. I. *Ueb. d. Gemmen d. Alten mit d. Abraxas-Bilde.* B. 1817. 40 ff. III. 1819. 20 ff.). Aliis numerum 365, quo Gnosticorum nonnulli, praesertim Basilides, totidem aeonum classes quasi complexum naturarum divinarum adumbrabant, significare visum est, Neander *Genetische Entwicklung d. gnostischen Systeme.* B. 1818. p. 35.

d) Cf. de etymo huius nominis ex mente Hebraeorum Exod. 3, 14. coll. Apoc. 1, 4. Hoc nomen Dei Israelitis ἐγχωρίου proprium, τετραγράμματον vulgo dictum, שֵׁם־הַמְפֹרָשׁ i. e. nomen ab usu profano separatum, voci Ἰάω apud Aegyptios et Graecos usitatae (Diod. Sic. I. c. 94. Macrob. Saturn. I. 18.) respondisse videtur. Iudaei ab eo pronuntiando abstinent (cf. de simili quadam Graecorum religione, Matth. Polus ad Gen. 24, 11.), eiusque loco legunt אֲדֹנָי, unde interpretes Alex. κύριος, Vulg. Dominus, Luth. *der Herr.* Cf. Reland Decas diss. de vera pronunciatione nom. Iehova. Trai. 1707. 8. Gesenius *Hebr. Wörterb.* s. v. יְהוָה, quibus adde inscriptiones gemmarum gnosticarum, in quibus nomen ΙΑΩ comparet. (Bellermann Pr. II. *Ueb. d. Gemmen d. Alten mit dem Abraxas-Bilde.* B. 1818.) — Pluralis numerus in Dei nominibus Hebraicis usitatus, nomen אֱלֹהִים praecipue, nonnullis

quidem indolem religionis Iudaicae antiquioris *polytheisticam* prodere, vel Deum significare visus est tanquam stipatum Angelorum agmine (coll. Gen. 1, 26. 3, 5. 22. 6, 1 ff. Ex. 20, 3. 23. 1 Reg. 22, 19. Iob. 1, 6. 2, 1. 38, 7.), quippe quum historia doceat, ceteras religionis species in Asia repertas Polytheismo superstructas fuisse, et ipsos Israelitas cultus religiosi Mosaici quasi quodam iugo oppressos, quavis data opportunitate, ad idololatriam reversos esse. Add. Eichhorn *Einleitung in das A. T.* I. 4. *A.* Gött. 1823. p. 61. „*Zuerst sprach man nur von* אֱלֹהִים *Göttern. Als man nachher zu der Einsicht fortschritt, dass viele Götter neben einander ohne einen Oberen nicht bestehen könnten, erschluf man einen* יְהוָה אֱלֹהִים (*in der Zusammensetzung dem* יְהוָה צְבָאוֹת *gleich*), *einen Jehovah der Götter. Nun erst folgte* יְהוָה, *nachdem man sich bis zur Idee der Einheit Gottes erhoben hatte.*" At pluralis iste numerus e linguae hebraeae usu explicatur, in qua vocabula Deum vel Dominum significantia in *plurali excellentiae* s. *maiestatico* dicuntur. Gesenius *Lehrgeb. d. hebr. Sprache.* p. 662 f. Ei. *Geschichte d. hebr. Sprache.* p. 18.

e) In V. T. libris non una eademque numinis idea pura, sed ea potissimum obtinuit notio, quae Deum praedicat mundi creatorem (Gen. 1, 1. Ps. 96, 5. Ies. 40, 28.), naturam celsissimam (Ps. 145, 3.), alii naturae nulli, neque aliorum populorum Diis comparandam (Ex. 18, 11. Deut. 3, 24. Ios. 23, 7. Ps. 86, 8. 9. 135, 5 ff. Ios. 19, 1.), omnium rerum, et sensu quidem peculiari, Israelitarum eorumque rei publicae summum dominum atque moderatorem. (Ex. 6, 3. Deut. 4, 7. Ios. 24. Iud. 11, 24. Ps. 20, 2. 7. al.) — Kaiser *Bibl. Th.* I. 105 ff. *Aeltere Lehre v. d. göttl. Attributen in Vergleichung mit der griechischen.*

f) Cic. Tusc. disputatt. I. c. 27. „Nec vero Deus ipse, qui intelligitur a nobis, alio modo intelligi potest, nisi mens soluta quaedam et libera, segregata ab omni concretione mortali, omnia sentiens et movens ipsaque praedita motu sempiterno." Ex quo praeclare dicto apparet, quam recte ipsi pagani de Deo nulla *revelatione* adiuti statuerint.

g) Augustin. in Psalm. 68. „Deus est quaedam substantia; nam quod nulla est substantia, nihil omnino est. Substantia ergo aliquid *esse* est." Cf. ei. de essentia Dei lib. — Fichtius, substantiae notione perperam spatii et temporis limitibus circumscripta, Deum substantiam esse negavit; idem summum numen non nisi *actum purum* (*ein reines Handeln*) et *ordinem* omnium rerum *ordinantem* esse docuit. *Philos. Journal.* B. I. St. 1. Jen. 1798. Quae sententia a multis impugnata est. Vid.

prae ceteris J. E. Chr. Schmidt *Nachricht an d. Publicum, den Fichte'schen Atheismus betr.* Giess. 1799. *Eine Stimme aus dem Publicum üb. Gottes Seyn u. Wesen.* L. 1799. Gabler *N. Theol. Journal.* B. III. 5. Aliter alii substantiam i. e. materiem quandam concretam s. corporalem Deo attribuisse dicuntur, v. §. 63 — Krause Opuscula theologica. V. Quaeritur an philosophi, qui Deum esse extramundanum negent, cum doctrina Chr. conveniant?

h) Sec. IV Gnosticorum quaedam familia, *Hypsistarii* dicti, τὸ ὕψιστον i. e. numen ipsum ab essentia divina necessaria perperam disiunxisse putantur. Baumgarten *Gesch. d. Religionspartheien.* p. 516 f. C. Ullmann Diss. de Hysistariis seculi post Chr. n. IV secta. Heidelb. 1823. 4.

i) Conf. Aug. Art. I. p. 9.

§. 53.

De veritate notionis huius biblicae probanda.

Persuasio de veritate notionis Dei eiusque existentiae, quamquam fuerunt, qui negarent, eam unquam recte demonstrari posse, ita tamen animi legibus insita est, ut de probationis vi in illustranda huius persuasionis necessitate, indicante ipsa scriptura s. (Ps. 8, 2 ff. 19, 2—7. 104. Prov. 30, 4. 5. Iesa. 40, 21 f. 42, 5. 45, 18. Matth. 6, 24—34. Rom. 1, 19. 20. 2, 14. 15. Act. 14, 15—17. 17, 23—25.), dubitari nequeat. Iis enim, qui vel *abusive* ideae summi numinis supponi ens reale *a*), vel demonstrationem non nisi in rebus mathematicis et sensibus subiectis locum habere *b*), vel Deum ipsum esse indicem sui et per se ipsum, sive conscientia quadam Dei *immediate* per ipsum aut spiritum ipsius in hominis animo effecta (*Urbewusstseyn*), cognosci ideoque aliis argumentis plane non opus esse *c*), opinati sunt, recte opponitur: *primum* hominem incorrupta natura sua gaudentem ab ipsius conscientia adeo ad persuasionem istam suscipiendam adduci, extra mentem seu cogitationem nostram Deum vere esse, ut

in contrarium affirmari possit, *abusive* hanc persuasionem reduci ad meram ideam seu cogitationem, quum scilicet homo, nisi persuasissimum ei sit, Deum vere esse, ne rebus quidem praeter Deum veram et certam existentiam tribuere possit; *deinde* probationem in omnibus disciplinis locum habere, quae sententias contineant e principiis derivandas; esse autem legem, cuius notione in demonstranda persuasionis de Dei existentia necessitate tanquam principio omnino uti possimus; *denique* numinis cognitionem, ad quam perveniendi sola facultas homini innata sit (§. 2.), *immediate* cuivis homini a Deo ipso suppeditari, minime probari potest, quum huiusmodi efficaciae divinae nullae deprehendantur notae certae; imo pauciores isti, qui diversis temporibus eiusmodi lumen internum tanquam immediata et supernaturali Dei effectione in animis ipsorum accensum iactaverint, alii alias sententias plane sibi oppositas, ex uno eodemque fonte repetierunt. Neque vero ipsa Dei notio, historia teste, nisi ratione omnino bene exculta, in animo hominis recte informata reperitur. Ex quibus, quum, ipsa scriptura s. teste (Act. 17, 27.), Deus *quaeri* debeat, consequitur, ut quaerentibus illis apta ad cognitionem Dei sibi comparandam via commonstrari et possit et debeat. Qua via ingressi philosophi, diversa, quibus Deum esse probarent, argumenta vel ipsi excogitarunt, vel ab aliis inventa confirmaverunt, partim *philosophica* (*theoretica* et *practica*), partim *historica* [d]).

a) Cf. Tertull. adv. Hermog. c. 2. Augustin. de trinit. VII. c. 5. Fichte *Anweis. zum sel. Leben.* 83 ff.

b) Kant *Kritik d. reinen Vern.* 667. Mellin *Wörterb. der krit. Philos.* s. v. *Beweis.* — Frid. Hr. Jacobi (*V. d. göttl. Dingen u. ihrer Offenbarung.* L. 1811. 33. 152. 175.) persuasionem de Deo minime probatione niti, sed merum esse sensum (*Gefühl*) et instinctum quendam dixit (cf. Köppen *Philosophie d. Christenthums.* I. 20.); cui sententiae tamen recte obiicitur, *tum* sensum non nisi notiones gignere obscuras, ambiguas et quibusvis phantasiae ludibriis obnoxias, *tum* instinctum homini

tantum tribuendum esse, quatenus sensibus sit praeditus, atque eiusmodi instinctum, quo humana mens ad numinis notionem recte informandam ducatur, omnino desiderari; *tum* notionem Dei a ratione, quae sola idearum, minime tamen ipsi innatarum, fons est (Kant *Krit. d. reinen Vern.* 595 ff.), adiuvante imaginatione, intellectu et ipso sensu, proficisci debere (§. 3.) (Salat *Religionsphilosophie.* 74 ff.), nec nisi ubi ratio bene exculta fuerit, historia teste, numinis notionem recte informatam fuisse; fidem vero dictam religiosam a solo sensu repetitam, si modo altius indagata fuerit, ipsis rationis ideis, haud satis quidem explicitis, superstructam deprehendi.

c) Daub Theologumena. 111 ff. Glodius *Allgem. Religionslehre.* 77 ff. 187 ff. Ei. *Von Gott in d. Natur, in d. Menschengeschichte u. im Bewufstseyn.* I. L. 1818. Marheinecke *Die Grundlehren d. christl. Dogmatik.* B. 1819. §§. 23 f. §. 121. „*Die Idee von Gott, wie von seinem Wesen, so von seinem Daseyn, beweiset sich blos so, dafs sie sich erweiset im unmittelbaren Gefühle des tiefsten Lebens.*" 123. „*Die ursprüngliche Nothwendigkeit der Einheit menschlicher Vernunft mit dem Bewufstseyn Gottes ist der Grundbeweis, auf welchem alle andern sogenannten Beweise ruhen.*" 642. „*In jedem Menschen ist das Bewufstseyn Gottes, nur durch Gott.*" H. F. W. Hinrichs *Die Rel. im innern Verhältnisse zur Wissenschaft.* Heidelb. 1822. 97. „*Dafs das zu Beweisende, nämlich das Daseyn Gottes, selbst als Wissen ist, ist schon vollendet, indem dasselbe seinem Begriff nach mit dem Wissen des Gedankens zusammenfällt. Das Daseyn Gottes ist also gewifs, und in der Gewifsheit und dem Wissen besteht eben das Daseyn, nur als Wissen ist Gott da, als dieses Wissen weifs er von sich. — Weil der Begriff von Gott ist, ist Gott, er als Begriff seiner ist sein Daseyn.*" Ch G. Schmid *Religion u. Theologie nach ihrem Wesen und Fundament.* B. I. Stuttg. 1822. p. 202. „*Das unmittelbare Auffassungsvermögen, das wir in Beziehung auf das Absolute annehmen müssen, wirkt das, was es zur Ueberzeugung des Menschen vom Daseyn des Absol. beiträgt, nicht blos für sich selbst allein, sondern unter unmittelbarer Mitwirkung des Absoluten selbst.*" Cf. Philo de praemiis et poenis. 917. ed. Par. 1640. Τὸν αἰσθητὸν τοῦτον ἥλιον μὴ ἑτέρῳ τινὶ θεωροῦμεν, ἢ ἡλίῳ; — καὶ τὸ φῶς, ἆρ' οὐ φωτὶ βλέπεται; τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ὁ θεὸς ἑαυτοῦ φέγγος ὤν, δι' αὐτοῦ μόνου θεωρεῖται, μηδενὸς ἄλλου συνεργοῦντος ἢ δυναμένου συνεργῆσαι πρὸς τὴν εἰλικρινῆ καταλῆψιν τῆς ὑπάρξεως αὐτοῦ.

d) Ziegler *Beiträge zur Gesch. d. Glaubens an das Daseyn Gottes in der Theologie.* Gött. 1792. Argumenta illa philosophica

dicta ex inſtitutt. theol. dogm. omnino eliminari, quod quidem Schleiermachero (*Der chr. Glaube.* I. 179 ſ.) placuit, vetat ipſa ſcriptura ſ., compluribus in locis ad huiusmodi argumenta provocans. (§§. 55. 56.)

§. 54.

Argumentum ontologicum.

Argumentis, quae dicuntur *theoretica*, adnumeratur I. *ontologicum*, poſt Anſelmum et Scholaſticos a Carteſio recognitum et a Mendelsſonio denuo expolitum [a]), quo naturae ſupremae, quae perfectiſſima ſit ſ. *ens realiſſimum*, propterea quod exiſtentia ipſi ſit *realitas*, neceſſario tribuendam eſſe exiſtentiam, colligitur. Contra hanc ratiocinandi formam recte quidem monitum eſt [b]), exiſtentiam nunquam eſſe *praedicatum* rei alicuius in notione huius neceſſario comprehenſum, ſed meram ſignificare relationem quandam rei cogitatae ad mentem noſtram, aliis quibusdam argumentis idoneis evincendam. Nihilo ſecius tamen hoc facile conceditur, ideam *abſoluti* (*abſolute* perfecti), qua ſpiritum perfectiſſimum concipimus, ab ipſa rerum natura per gradus ad perfectionem emergente menti noſtrae, et ipſi maioris perfectionis deſiderio imbutae, facillime ſuppeditari ideoque in omni mente humana bene exculta deprehendi, et ita quidem deprehendi, ut animi conſcientiae et notioni naturae infinitae per ſe neceſſariae ab homine concipiendae repugnares, ſi velles Dei cogitationem ad meram ideam revocare; nam interpretatione ideae mere *idealiſtica* ens tanquam abſolute neceſſarium cogitares, quod neque *obiectivam* i. e. realem, neque *ſubiectivam* i. e. idealem haberet neceſſariam exiſtentiam, h. e. tibi ipſe repugnares. Unde elucet, ineſſe menti noſtrae in concipienda Dei idea et hoc, ut Deum vere eſſe cogitet; praeterea eandem, quum in diiudicandis rebus, quae vere exſtant, intellectui canonem praebeat rectiſſimum [c]) et fundamentum, ipſam a veritate abhorrere, probari

non

non posse; ex quo colligitur, respondere ei veritatem aeternam in intellectu numinis archetypo. Qua argumentatione, Platoni ac Stoicis iam probata, similiter et Augustinus aliique usi sunt *d*).

a) Anselm. Monologium de divinitatis essentia. c. 1—5. Proslogium s. de Dei exist. c. 2. „Id, quo maius cogitari nequit, non potest esse in intellectu solo." c. 3. Gaunilonis liber pro insipiente adversus Anselmi in Proslog. ratiocinationem. Ans. opp. I. 35 ff. Anselm. l. contra insipientem et Apologet. contra Gaunilonem. Opp. T. I. III. Cramer-Bossuet. *Fortsetz.* V. 1. 352 ff. Tiedemann *Geist d. spec. Phil.* IV. 253 ff. Buhle *Lehrb. d. Gesch. d. Phil.* V. 157 ff. Tennemann *Gesch. d. Phil.* X. 115 ff. — Pet. Lombard. Sent. I. dist. 3. Schröckh *Kirchengesch.* XXIX. 77. — Renat. Cartes. Meditatt. de prima philosophia. Med. 5. Ei. epistolae. Amstelod. 1682. Wolf Theol. nat. I. 1. 24 ff. Moses Mendelssohn *Morgenstunden.* 1. 2. *A.* 1786. Jacob *Prüfung d. Mend. Morgenstunden.* 1786. (J. A. H. Tittmann) *Theokles. Ein Gespräch üb. d. Glauben an Gott.* L. 1799., quo libro argg. philos. populari ratione explicantur. Garve *Ueb. d. Daseyn Gottes.* Bresl. 1802. Kant *Philos. Religionslehre.* L. 1817. p. 19 ff. Bretschneider *Handb. d. Dogm.* I. 307 ff. 2. *A.*

b) Kant *Krit. d. reinen Vern.* 620 ff. Ei. *Verm. Schr.* III. n. 5. — Gerlach *Religionsphilosophie.* 78 ff.

c) Kant *Krit. d. r. V.* 597 ff. Ammon Summa Th. Chr. 52 ff.

d) Simili argumentandi ratione usus Cleanthes primus, Deum esse, probare conatus erat, teste Sexto Emp. adv. mathematicos. IX. 88—91. Krug *Gesch. d. Philos. alter Zeit.* L. 1819. p. 352. Ei. pr. de Cleanthe, divinitatis assertore ac praedicatore. 1819. 4. — Plato in Philebo. T. IV. 233—41. 245—248. ed. Bip. Diog. Laert. VII. 139. August. de libero arbitrio. II. 6. 8. 15. Tiedemann l. l. III. 460 ff.

§. 55.

Argumentum cosmologicum et physicotheologicum.

Duplex quoddam argumentum ex natura huius mundi petitur, II. alterum *cosmologicum*, e contingentia et mutabilitate omnium rerum, quae mundum

hunc conſtituunt, depromtum [a]), quo, quum cauſam, cur illae ſint, ac tales ſint, quales ſunt, plenam et perfectam in illis ipſis non deprehendamus, cauſam univerſi neceſſariam et immutabilem (2 Cor. 4, 18. Hebr. 1, 10—12.) adeſſe fateri cogimur (Deus *ens a ſe, natura neceſſaria*); III. alterum *phyſico-theologicum* ſ. teleologicum, quod ex innumeris ſapientiae et ſummi conſilii monumentis, in rerum natura, aptiſſime inter ſe connexa, conſpicuis *(nexu finali)*, cauſam eſſe infinitam, potentiſſimam et ſapientiſſimam demonſtrat. Quae Kantius de his argumentis, vi demonſtrationis *apodicticae* deſtitutis, et de *cauſalitatis* lege eiusque vi et ambitu monet [b]), tantum abeſt, ut ſanam rationem in ſumenda primaria et abſolute perfecta cauſa erroris convincant, ut ei contraria ſententia, progreſſus nimirum cauſarum ſine initio et fine, tanquam flumen ſine fonte et oſtio appareat. Ceterum ratiocinatio iſta phyſico-teleologica, ipſo K. auctore, ad captum hominis cuiusque accommodatiſſima animum ſingulari quadam vi ad Deum agnoſcendum perducit [c]). Itaque non eſt mirandum argumenta illa, licet auctorem formae potius, quam materiae mundi eſſe demonſtrent, non modo in libris ſſ. haud raro commemorari (Pſ. 8. 19. 104. Iob. 37—41. Ieſ. 40. Matth. 6, 25 ſſ. Act. 14, 15 ſſ. 17, 24 ſſ. Rom. 1, 19. 20.), ſed etiam ab aliis ſcriptoribus antiquioribus et recentioribus [d]) ſaepius eſſe tractata.

a) Poſt Gregorium Nazianz. Or. 2. 34. primus uberius de hoc argumento, quod vulgo e neceſſitate *rationis ſufficientis* repetitur, differuit Io. Damaſc. l. de orthod. fid. I. 3. Cf. quae Cic. de nat. deor. III. c. 12. Somn. Scipionis c. 8. et Leibnitius, praeeunte iam Ariſtotele (φυσικὴ ἀκρόασις l. VII. c. 10. et de mundo c. 2.) de *primo* univerſi *motore* eodemque unico et ſapiente propoſuit. Opp. theoll. ed. Dutens. I. 5 ff. Eberhard *Philoſ. Magaz.* II. 1. 3. IV. 4. Garve *Beweis für Gottes Daſeyn.* 2. *A.* 1807. 70 ff.

b) *Krit. d. r. Vern.* 202 ff. 637 ff. 648 ff. Cf. Ammon Summa Theol. Chr. 69 ff. Krug *Metaphyſik.* Königsb. 1808. 441 ff. Gerlach *Religionsphiloſophie.* 81 ff.

c) Kant l. l. 651 ff. — „*Der Beweis verdient jeder Zeit mit Achtung genannt zu werden. Er ist der älteste, klärste und der gemeinen Menschenvernunft am meisten angemessene. Er belebt das Studium der Natur, so wie er selbst von diesem sein Dasein hat und dadurch immer neue Kraft bekommt.*" —

d) Xenophon Memorab. Socr. l. I. c. 4. IV. 3. Plato de legib. l. X. 68. ed. Bip. T. IX. *Δοκεῖ ῥᾴδιον εἶναι ἀληθεύοντας λέγειν, ὡς εἰσὶ θεοί· πρῶτον μὲν γῆ καὶ ἥλιος, ἄστρα τε τὰ ξύμπαντα, καὶ τὰ τῶν ὡρῶν διακεκοσμημένα καλῶς οὕτως* (temporum ornatissima varietas), *ἐνιαυτοῖς τε καὶ μησὶ διειλημμένα· καὶ ὅτι πάντες ἕλληνές τε καὶ βάρβαροι νομίζουσιν εἶναι θεούς.* XII. 229. Phileb. IV. 244. Aristotel. de mundo. c. 6. *Πάσῃ ἀνητῇ φύσει γενόμενος ἀθεώρητος, ἀπ' αὐτῶν τῶν ἔργων θεωρεῖται ὁ θεός.* Cic. de nat. deor. II. c. 2. 38 ff. Quaest. Tusc. I. 28. 29. „Deum non vides, tamen Deum agnoscis ex operibus eius." De divinat. II. 72. „Esse praestantem aliquam aeternamque naturam et eam suscipiendam admirandamque hominum generi pulcritudo mundi ordoque rerum caelestium cogit confiteri." Cleanthis, Senecae, Antonini et aliorum effata huc referenda v. apud Pfannerum Syst. theol. gentil. c. II. §. 6 ff., e Patribus Theophilum ad Autolyc. l. 23 ff. ed. Wolf. Gregor. Naz. Or. 28. Gregor. Nyss. l. de hominis opificio. Bas. 1567. Basil. Hom. VII. VIII. in Hexaem. Lactant. l. de opificio hominis. — E recentioribus v. post Chr. Wolf *Vernünftige Gedanken von d. Absichten natürlicher Dinge.* 1723. Jerusalem *Betrachtungen über die vornehmsten Wahrh. der Chr. Rel.* I. 25 ff. Bonnet *Betr. über die Natur.* II Bde. L. 1803. 5. *A.* Reimarus *Abhandlungen von den vornehmsten Wahrh. der nat. Rel.* Hamb. 1791. III. 113 ff. Platner *Philos. Aphorismen.* I. 523 ff. — Göze *Natur, Menschenleben u. Vorsehung.* VI Bde. L. 1789—92. H. P. Sander *Von d. Güte u. Weisheit Gottes in der Natur.* 5. *A.* L. 1819. Dahlenburg *Philos. u. Rel. der Natur.* III Bde. Berl. 1797—98. Sintenis *Pistevon, oder üb. das Daseyn Gottes.* 2. *A.* L. 1807. Walther *Betrachtungen üb. d. Natur für Verstand u. Herz* —. 4 Bde. Weim. 1800—2. (von Crell) *Pyrrho u. Philalethes. Herausgeg. v.* D. Fr. V. Reinhard. 1815. 3. *A.* J. A. H. Reimarus *Ueb. d. zweckm. Einrichtung in allen Reichen d. Natur, Teleologie genannt.* Hamb. 1817. — Cf. scriptores corporum coelestium naturam motusque illustrantes Bode *Anleitung zur Kenntniss d. gestirnten Himmels.* 9. *A.* 1823. Brandes *Briefe üb. d. Astronomie.* IV Bde. L. 1811—16. Fries *Populäre Vorlesungen üb. die Sternkunde.* Heidelb. 1813.

§. 56.

Argumentum practicum.

E voluntatis humanae indole et legibus ducitur argumentum *practicum* s. *morale*, quod vario modo a philosophis traditum est. Summa eius cernitur in eo, quod conscientia legum recti atque honesti, quas menti nostrae sentimus insitas hominique sancta quadam necessitate imperantes, certiores nos reddit de summo et perfectissimo harum legum et auctore et vindice. (Rom. 2, 14—16.) Secundum formulam Kantianam [a]) necessitas legis moralis absoluta, qua honestatem, posthabita felicitatis cupiditate, sequi iubemur, summum, potentissimum et sanctissimum postulat moderatorem, qui virtutis et felicitatis congruentiam perfectam in hac terra haud reperiundam in vita futura efficiat, ita, ut virtus in hac vita fati iniuria hominumque impotentia et tyrannide oppressa iustis praemiis, impietas vero et scelus in altera vita meritis afficiatur poenis [b]). Quanquam et hoc argumentum varie impugnatum est, tamen, quo magis in mente nostra legum moralium et summi finis bonorum per solum sanctitatis studium obtinendi conscientia explicata fuerit omnesque animi motus rexerit, eo facilius ex animo ita composito nascetur persuasio, Deum vere esse, firmissima, qua ducti, virtutem et religionem arctissime coniungendo, omnem vitam nostram Deo consecrabimus (§. 3.) [c]). — E reliquis argumentis *historicum* quod dicitur, e consensu populorum petitum [d]), docet saltem, quam proclivis sint homines ad amplectendam de Deo opinionem.

a) *Kritik d. rein. Vern.* 620 ff. 838 ff. *Krit. d. prakt. Vern.* 223 ff. Cf. *Vorlesungen üb. d. philos. Religionslehre.* L. 1817. 29 ff. Heidenreich *Betrachtungen üb. d. Philosophie d. natürl. Rel.* II. 83 ff. Jacob *Allg. Religion.* 55 ff. 568 ff. Ei. *Ueb. d. moralischen Beweis für d. Daseyn Gottes.* Lieb. 1798. 2. *A.* Köppen *Darstellung des Wesens d. Philosophie.* 189. Cf. veterum effata de Dice, Nemesi et Adrastea in Ammon Pr. Recognitio argumenti ethonomici, quo numen esse sumitur. Erl.

1806 et 7. 4. Add. Palmer *N. Theol. Zeitschrift.* I. St. Giefs. 1813. p. 38 ff. *Neuer oder moralisch-psychолog. Beweis für das Daseyn Gottes;* de popularibus et practicis argumentis Niemeyer *Briefe an Chr. Religionslehrer.* II. Bd. p. 9. Fritsch *Handb. d. prakt. Glaubenslehre der Christen.* II. 1818. 6 ff. et de historia doctrinae de Deo Gerhard Loci th. I. 159 ff. 75 ff. W. C. L. Ziegler *Beitrag zur Geschichte des Glaubens an das Daseyn Gottes in der Theologie.* Gött. 1792.

b) Cf. Gabler *Neueſtes Theolog. Journal.* B. II. 1800. St. 1. 2. Gerlach *Religionsphilosophie.* 86 ff.

c) Cf. Chemnitz Loci th. I. p. 20 Calov. Syst. locc. th. II. p. 27., qui argumentum quoddam commemorant a natura mentis humanae, a discrimine honestorum et turpium, a terroribus et dictamine conscientiae ductum. — Deum vere esse, e conscientia hominis prolixe demonstravit Crusius l. *Entwurf d. nothw. Vernunftwahrheiten.* L. 1746. p. 418 ff. — Niemeyer *Populäre u. prakt. Theologie.* 6. *A.* p. 53. „*Je mehr der Mensch von Jugend auf gewöhnt wird, Gott aus sich selbst kennen zu lernen, und in der Stimme seines Gewissens Gottes Stimme zu hören, desto inniger wird sich die Ueberzeugung von Gottes Daseyn mit seinem ganzen Gedanken- und Empfindungssystem verbinden.*"

d) Cic. Quaest. Tusc. I. 13. Seneca Ep. 117. Clem. Strom. V. p. 729 ff. — De aliis argumentis cf. Buddei Theses de Atheismo et superstitione. Ed. Lulofs. Hagae Com. 1765. 4. 441 ff. — Daub Theologumena. 163 ff. De argumento existentiae Dei, quod, ceteris quidem reiectis, attulit Marheinecke (l. *Die Grundlehren der chr. Dogmat.* B. 1819. §. 121 f.) sub nomine *theologici* et quod sic habet: vitam agas diviniorem et de existentia Dei haud dubitabis! recte monuit Ammon (*Magazin.* B. IV. St. 1. p. 240.), hoc argumentum ad eos tantum pertinere, quibus per se, Deum vere esse, persuasissimum sit, qui vero dubitent, per hoc ὕστερον πρότερον non posse ad fidem adduci.

§. 57.

De Atheismo.

Iam etsi non omnia argumenta, quae pro divini numinis exsistentia in medium prolata sunt, eiusmodi fuerunt, ut singula per se omni exceptione maiora vi-

derentur, coniuncta tamen tantam habent vim, ut animo ſibi conſtanti abſurdius nihil nec quidquam ſanae rationi magis inimicum videatur, quam contraria huic ſententia ſ. *Atheismus* [a]) (Pſ. 14, 1.), quem qui profitetur, ſibi ipſi fidem denegat. Unde haud temere disceptatum eſt, num vere unquam Athei fuerint, praeſertim quum huius errorris labem multis iniuria adſperſam fuiſſe ſatis conſtet [b]). Discrimine autem poſito inter Atheismum *theoreticum* et *practicum*, ille dicitur *ſcepticus*, ſi exiſtentiam Dei in dubium vocat, *dogmaticus*, ſi quis argumentis quibusdam Deum *non* eſſe demonſtrare conatur. Miſerandi tamen potius ſunt et ſine ira et ſtudio rectius edocendi, quam graviter obiurgandi et inſectandi, quicunque forte huiusmodi errori dediti fuerint, ſiquidem cum eiusmodi opinione mere theoretica vel magna morum honeſtas coniuncta eſſe poteſt [c]).

a) Cotta Appendix ad Gerhardi Locc. theoll. I. 159 ff. Cudworth Syſtema intellectuale I. 135 ff. Buddeus Theſes de atheismo et ſuperſtit. Reimann Hiſt. univerſalis Atheismi. Hildeſ. 1725. Heidenreich *Briefe üb. d. Atheismus*. L. 1796. Loſſius *Philoſ. Reallexicon*. I. 1805. 575 ff. Cum Atheismo *Materialismus* coniunctus eſſe ſolet, ſ. commentum illud, quod non niſi ſubſtantias corporeas ſtatuens iisdem ſeu *materiae* rationem ſufficientem exiſtentiae omnium rerum ineſſe fingit. Inter Atheos referuntur Leucippus (Cic. de nat. deor. I. 24.), Diagoras, Melius (Lactant. de ira div. c. 9.), Protagoras (Diog. Laert. IX. c. 8.), Critias (Sext. Emp. Hyp. pyrrh. III. 218. coll. adv. mathem. IX. 54.), Theodorus Atheus (Diogen. Laert. II. 86. 97 ff.), et qui ſeculo ſuperiore potiſſimum Materialismi fautores exſtiterunt. (§. 2. n. *a*.)

b) V. c. Ariſtoteli et Stoicis (Meiners Hiſtoria doctrinae de vero Deo. 420 ff. 456 ff.), Socrati (Platonis apol. Socr.), Epicuro, qui quidem ex ſolo atomorum concurſu fortuito mundum hunc coaluiſſe tradidit, verum Deos eſſe haud plane negavit (Diog. X. 76. 77. 139. Lucret. V. 157 ff. Cic. de nat. deor. I. 16. 44.), Chriſtianis (Kortholt Paganus obtrectator. Lub. 1703. 4. II. c. 10. J. L. F. Lange Expoſitio argumentorum, quibus patres apologetici religionem Chr. a culpa

atheismi ei obiecta defenderunt, in Illgen *Histor. theol. Abhandlungen.* II. L. 1819. 127 ff.), Pomponatio, Cardano, Campanellae, Jordano Bruno (Zimmermann de Atheismo Jord. Bruno impacto. Opusc. T. II. 1128), Vaninio, Lyscinskio (Ammon *Abhandlung über Casimir Lysz.* Gött. 1802.), Spinozae, Fichtio (Ei. *Appellation an das Publikum üb. die ihm beigemessenen atheistischen Aeusserungen.* Jen. u. L. 1799.) aliisque *Idealistis*, Schellingio (Ei. *Denkmal der Schrift von den göttl. Dingen des Hn. F. H. Jacobi und der ihm in derselben gemachten Beschuldigung eines absichtlich täuschenden, Lüge redenden Atheismus.* Tüb. 1812.). Omnino neque ii Atheismi insimulandi sunt, qui certis quibusdam argumentis nervum probandi existentiam Dei inesse negant, neque alii, qui falsam quandam Deum cogitandi normam prae se ferunt.

c) P. Bayle *Pensées diverses sur les comètes.* §. 133. et ad calcem Tom. III. Dict. hist. et crit. — Lossius l. l. 28 f.

§. 58.

De Pantheismo.

Cum Atheismo confundi non debet, quamvis affinis illi, *Pantheismus*, seu ea sententia, qua mundum non secretum a numine ac disparatum, sed ad ipsam Dei essentiam pertinere quidam opinati sunt. Quanquam fuerunt, qui vel Pantheismum *materialem* tuerentur, quo materiem (ὕλην) infinitam Dei essentiam esse statuerent [a]), vel, sicut Stoici, ideam magis poeticam, quam philosophicam sequentes, mundum animal esse docerent, cuius pars formatrix s. πλαστικη Deus sit [b]); tamen prae ceteris celebrata fuit Spinozae sententia: unicam tantum esse substantiam, duobus infinitis attributis praeditam, cogitatione scilicet atque extensione infinita, quarum modificatione quaecunque oriantur res finitae; cui opinioni, vario quidem modo informatae, et recentiores philosophi nonnulli calculum adiecerunt [c]). Recte quidem dixerimus, ipsa scriptura s. praeeunte (Act. 17, 27 — 29.), Deum rerum omnium principium esse *immanens* iis-

demque praesentissimum, neque vero *transiens* [d]). Verum idem, annuentibus scriptoribus ff. (Act. 14, 15. Rom. 11, 36. Hebr. 11, 3.), a mundo omni modo distinguendum esse, probatur partim rerum concretarum natura, neque primitiva, neque animo humano simili, partim vi expansiva atque spirituali in natura perfectissima sibi plane repugnante, partim sanae rationis humanae indole causam atque effectum necessario discernente. Addi potest, quod pantheismus, quocunque modo informatus est, libertatem individualem et moralem prorsus tollit, officii virtutisque nervos incidit et fatalismum fovet [e]). Quibus bene intellectis, rectae rationi non nisi *Deismus* s. *Theismus* potest probari, quo numini, omnium rerum creatori et gubernatori sanctissimo et sapientissimo (§. 52.) omnes supremae naturae intelligentis eiusque a mundo diversae perfectiones attribuuntur *f*).

a) Manil. Astronom. I. p. 484 ff. Lucan. Pharsal. IX. p. 578. Cudworth Syst. intell. 453 ff.

b) Seneca Ep. 92. 95. „Totum, quo continemur, et unum est et Deus, et socii eius sumus et membra." Ei. de Benef. l. IV. c. 8. „Nec natura sine Deo est, nec Deus sine natura, sed idem est utrumque, nec distat." Ei. Quaest. natur. II. c. 45. Antonin. ad se ipsum. VII. §. 9. *Κόσμος εἷς διὰ ἁπάντων, καὶ θεὸς εἷς διὰ πάντων, καὶ οὐσία μία, καὶ νόμος εἷς, λόγος κοινὸς πάντων τῶν νοερῶν ζώων, καὶ ἀλήθεια μία.* Plin. Hist. nat. II. 1. Cf. Meiners de vero Deo. 466. Schelling *Von der Weltseele.* Hamb. 1809. Cf. Kant *Vorlesungen über d. philos. Religionsl.* L. 1817. 81 ff.

c) Praeiverat Xenophanes, Eleaticorum princeps, hac sententia proposita: *Ἓν εἶναι τὸ πᾶν, καὶ τὸν θεὸν συμφυῆ τοῖς πᾶσι, εἶναι δὲ σφαιροειδῆ κ. ἀπαθῆ κ. ἀμετάβλητον, κ. λογικόν.* Sext. Emp. adv. Mathem. III. 218. Platonem, quippe qui in scriptis ipsius summum *νοῦν* s. *τὸ ὄντως ὄν* et *ὕλην* huic subiectam aperte distinguit, discipulis *esoterice* Pantheismum tradidisse, nuper demonstrare conatus est Ch. A. Brandis Diatribe academica de perditis Aristotelis libris de ideis et de bono s. philosophia. Bonn. 1823. At veri similius est Platonem nonnulla obscurius passim enunciasse, quae licet ipse cum aliis

ipsius sententiis satis bene conciliaverit, discipulis ad Pantheismum deflectere visa sint. *Gött. gel. Anz.* N. 200. Dec. 1823. — Spinoza Ethic. 19. 169. Epist. 149. *Grundzüge d. Theologie des Spinoza*, in Ammon *Kritisches Journal d. Theol.* B. I. St. 1. 1 ff. (Cf. Kant l. l. 78 f. Krug *Eusebiologie.* p. 68 ff. Baumgarten-Crusius *Einleit. in d. Dogm.* 22 f.) Huc referri potest *Idealismus* a Fichtio propositus, qui omnia, quae sunt, ab idea humana proficisci statuit. V. ei. *Grundlage d. gesammten Wissenschaftslehre.* Weim. 1794. aliaque scripta. — Schelling *Ideen zu einer Philos. d. Natur.* Th. I. 2. *A.* Landsh. 1803. 76 ff. 139 ff. Ei. *Darlegung des wahren Verhältnisses der Naturphilosophie zu der verbess. Fichtischen Lehre.* 1806. p. 16: „*Gott ist wesentlich die Natur und umgekehrt.*" 60. „*Die Natur selbst ist nur das volle göttliche Daseyn, oder Gott in der Wirklichkeit seines Lebens und in seiner Selbstoffenbarung betrachtet.*" Recentius auctor huius l. sententiam istam in medium protulit de Deo *implicito* et *explicito*, seu de Deo e principio quodam obscuro atque conscientia destituto se ipsum resque creatas evolvente. V. ei. *Denkmal der Schrift von den göttl. Dingen.* p. 6—8. 77—113. Cf. Süskind *Prüfung der Schellingschen Lehren von Gott, Weltschöpfung, Freiheit, moralischem Guten und Bösen.* Tüb. 1812. Storr *Lehrbuch der Dogmatik, übers. von* Flatt. 2. *A.* 1813. I. 275 ff. Krause Opusce. theoll. Diff. IV. *Ueber den Einfluss d. Schell. Philos. auf Bef. d. Religiosität.* Weise *Religionsphilosophie.* Heidelb. 1820. 86 ff. — Hegel *Encyklopädie der philos. Wissenschaften.* Heidelb. 1817. p. 33. „*Gott ist der Inbegriff aller Realitäten. — Gott ist das Seyn in allem Daseyn.*" 285. „*Die Offenbarung des Absoluten, welche dessen Leben in einem Kreislauf concreter Gestalten der Vorstellung darstellt, nimmt dieselben aus ihrer auseinander tretenden Selbstständigkeit, und zeitlichen und äusserlichen Aufeinanderfolge in diesem ihren letzten Resultat als dem Wahren und Wirklichen, in dem allgemeinen, einfachen und ewigen Geist zusammen.*" H. F. W. Hinrichs *Die Religion im innersten Verhältnisse zur Wissensch. Mit einem Vorworte von* Hegel. Heidelb. 1822. p. 141. „*Die Natur als die Realwelt ist durch die ewige Ineinsbildung des Idealen in das Reale und umgekehrt in dem Absoluten selbst in ihrer Absolutheit enthalten, und so durchaus ganz von dem Absoluten durchdrungen, damit das Unendliche in das Endliche aufgenommen ist.*" Alios Schellingium subsecutos rec. Tennemann *Grundr. d. Gesch. d. Philos.* 3. *A. herausgeg. von* Wendt. L. 1820. 423 ff. (Ewald) *Die Allgegenwart Gottes.* Gotha 1817. Cf. *Leipziger Lit. Zeit.*

1817. Nr. 215. — Cf. Schleiermacher *Der Chr. Glaube.* I. 68. „*Es läſst ſich ein polytheiſtiſcher Pantheismus eben ſo gut denken als ein monotheiſtiſcher. — Dann aber muſs auch zugegeben werden, daſs die Frömmigkeit eines Pantheiſten völlig dieſelbe ſeyn kann, wie die eines Monotheiſten, und daſs die Verſchiedenheit des Pantheismus von der allgemein verbreiteten Vorſtellung ganz auf dem ſpeculativen Gebiete liegt. Sofern der Pantheismus nur wirklich ein Theismus iſt, ſind in ihm ebenfalls, wie im* Monotheismus, *Gott und Welt zuſammengehörig und zugleich im Gedanken wie im Gefühl geſchieden. — Der Unterſchied aber zwiſchen einem auſser- oder überweltlichen Gott und einem innerweltlichen iſt wunderlich, weil der Gegenſatz von innerhalb und auſserhalb etwas auf Gott unanwendbares iſt, und die Aufſtellung deſſelben immer die göttliche Allmacht gefährdet.*" — De Pantheismo in religione Indica *Brahmaismi* conſpicua et cum Polytheismo coniuncto v. Frid. Mayer *Brahma, oder die Religion d. Indier als Brahmaismus.* L. 1818. 207 ff.; de *theoſophia* Perſarum *pantheiſtica* F. A. D. Tholuck Ssufismus —. B. 1821., inpr. c. 5. de emanatione mundi eiusque cum Deo cohaerentia. Add. Röhr *Pred. Bibl.* III. 2. p. 303 ff. (Tholuck) *Die Lehre v. der Sünde u. vom Verſöhner, od. die wahre Weihe des Zweiflers.* 2. *A.* Hamb. 1825. *2te Beilage: üb. das wahre Verhältniſs des Glaubens an einen ſelbſtbewuſsten Gott zu einem pantheiſtiſchen.*

d) Alio quidem ſenſu Spinoza, qui Pantheismum commendavit *notionibus* conceptum, quum noviſſimi illius aſſentatores variis eum *imaginibus* potius depictum, v. c. manifeſtationis Dei — exhibeant (Opp., quae ed. Paulus, V. II. Eth. p. 54.), Deum omnium rerum cauſam *immanentem*, non *transeuntem* dixit. Locum illum ſupra l. Act. 17, 28. 29., qui hominum vitam atque efficaciam a Deo pendere omnipraeſente mentique humanae divinum quid ineſſe docet (cf. 1 Petr. 1, 4.), Pantheismum haud fovere, inde patet, quod commatibus 24 et 25. de Deo mundi creatore et in omni hoc loco non de ſubſtantia, ſed de vi divina agitur. — Henke Lin. inſtitt. fid. Chr. 15. Ammon l. l. 77.

e) Orig. c. Celſ. l. V. Euſeb. Praeparat. evang. I. 8. Auguſtin. de civ. D. IV. 11. Cudworth l. l. 26 ff. Mendelsſohn *Morgenſtunden.* 225. Garve *Beweis für Gottes Daſeyn.* 246. Doederlein *Religionsunterr.* IV. 40 ff. G. E. Schulze *Encyklop. d. philoſ. Wiſſ.* Gött. 1814. 60 f.

f) Cf. *Deismus* Anaxagorae (Hemſen Anaxagoras Clazomenius ſ. de vita eius atque philoſophia. Gott. 1821.), Socratis, Platonis et Ariſtotelis (Krug *Geſchichte d. Philoſ.*

alter Zeit. L. 1815. 82. 159. 212. 255.) cum *Theismo*, quem Kantius (*Krit. d. reinen Vern.* 659 ff.) aliique philosophi recentiores (v. prae cett. Bouterwek *Die Rel. der Vernunft.* Gött. 1824. p. 48 f.) adumbrarunt. Rectius faciunt, qui voces: *Theismus* et *Deismus*, sicut vocc. ὁ θεὸς et Deus, unum idemque significare volunt. Krug *Metaphysik.* Kgsb. 1808. 451. Weiss *Von dem lebendigen Gott.* L. 1812. 215.

§. 59.

Unitas Dei.

Ex notione Dei, tanquam substantiae summae atque perfectissimae omniumque rerum causae *absolute* cogitatae, cui nulla alia par esse potest, et cuius attributa cum pluribus communicata ideam naturae alicuius supremae plane tollerent, recte constituta, Deum *unum* (ens non *specie*, sed *numero* unum) et *unicum* (ens *qualitate* sua unicum) esse, tam clare patet [a]), ut vix necesse sit, aliis argumentis, hoc explicare; nisi forte quaeratur, cur ideam illam naturae perfectissimae informemus, nec potius plura esse censeamus rerum principia ab aeterno ad mundum creandum et conservandum inter se coniuncta [b]). Quibus ita disputatis haec opponuntur: *primum*, quod singularum mundi partium congruentia et conservatio mentem nostram in idea unius tantum acquiescere patitur, deficiente omni ratione, qua plura esse principia statuamus; *deinde* quod omnium gentium homines cultiores ex Polytheismi erroribus postremo ad Monotheismum evectos esse historia docet [c]). Praeterea in libris sacris, e quibus simul apparet, auctores religionis Christianae Monotheismum Israelitarum magis *particularem* [d]) in *universalem* convertisse, veritas illa multis egregiisque confirmatur dictis, v. c. Ex. 2, 3. Deut. 4, 35. 39. 6, 4. (Marc. 12, 29.) 32, 39. Ps. 86, 8—10. 105, 3. Is. 44, 6—20. 45, 5. 6. Matth. 19, 17. 22, 37 ff. Io. 17, 3. Act. 14, 15. Rom. 3, 30. 16, 25. 1 Cor. 8, 4. Gal. 3, 20. Eph. 4, 6. 1 Tim. 2, 5. Iac. 2, 19. 4, 12. Unde factum est,

ut haec numinis unitas, qua et ſubſtantiae et virtutis divinae pluralitas omnino tollitur, ſequentibus ſeculis in eccleſia Chriſtiana tanquam fidei et religionis Chriſtianae, Deum unum eundemque omnium patrem coeleſtem pie amplectentis, fundamentum *c*) contra Polytheiſtas *f*), Dualiſtas *g*) et Tritheiſtas *h*) ſtrenue defenſa ſit. Ceterum minus apte nonnulli unitatem Dei attributis divinis adnumerant, quum potius ſit fundamentum, quod verae numinis ideae ſupponi debeat *i*).

a) Libri ſymbolici unitatem Dei ſimpliciter afferunt, adiecta ſaepiſſime trinitatis in unitate notione. Vid. Symb. Nicaen. Art. I. p. 1. „Credo in unum Deum, patrem omnipotentem, factorem coeli et terrae." Symb. Athanaſ. Art. I. p. 2. „Unus Deus in trinitate et trinitas in unitate." Conf. Aug. Art. I. p. 9. „Una eſſentia divina, quae appellatur et eſt Deus, aeternus, incorporeus, impartibilis, immenſa potentia, ſapientia, bonitate, creator et conſervator omnium rerum viſibilium et inviſib., et tamen tres perſonae eiusdem eſſentiae et potentiae et coaeternae." Apolog. init. p. 50. Catech. min. et mai. Art. I. — Lactant. I. 3—8. „Deus ſi perfectus eſt, ut eſſe debet, non poteſt eſſe, niſi *unus*, ut in eo ſint omnia." Baumgarten *Ev. Glaubensl.* I. 438 f. Bretſchneider *Handb. d. Dogmat.* I. 2. *A.* 316 ff. — Kant *Kritik d. reinen Vernunft.* 607. 842 f. — Cf. Daub Theologumena. 239 ff. — (Böhme) *Die Lehre v. den göttl. Eigenſchaften.* Altenb. 1821. p. 33 ff.

b) Leibnitz Theodic. §. VII. Fenelon *Démonſtration de l'exiſtence de Dieu.* Amſt. 1731. p. 281.

c) Athenagoras Legat. pro Chriſtianis c. 6 ff., allatis Orphei, Sophoclis, Platonis, Ariſtotelis et Stoicorum effatis prolixe docet, hos quoque Dei unitatem iam profeſſos eſſe. Alia affert Pfanner Syſtema theol. gentil. purioris. c. II. §. 9 ff. Hennings *Die Einheit Gottes geprüft und durch heidniſche Zeugniſſe erhärtet.* 1779. — Meiners Hiſt. doctrinae de uno vero Deo. Ed. 2. Lemg. 1780. Cf. Pleſſing *Memnonium od. Verſuche zur Enthüllung der Geheimniſſe d. Alterthums.* II Voll. L. 1787. — Geſenius Pr. de Samaritanorum theologia ex fontib. ineditis. H. 1823. p. 12. „Deum non niſi *unum* eſſe, tanquam religionis et fidei fundamentum tam ſtrenue defendunt Samaritani, ut vel minimam polytheismi ſuſpicionem devitaturi, in ipſo codice f. loca quae-

dam, quae idololatriae vestigia continere videbantur, pro ea, qua in re critica utebantur, effusa fere licentia, mutare sustinuerint. Hanc vero de uno Deo persuasionem, non idololatris solum, sed Christianis etiam opponendam putaverunt."

d) Kaiser *Bibl. Theol.* I. 61 ff. 96. Iudaeos vulgo statuisse Deos aliorum populorum, Iehova suo quidem potentia minores, esse, cernitur ex Exod. 18, 6—11. Deut. 3, 24. 4, 7. 29, 26. 32, 12. Ios. 23, 7. Iud. 11, 23. 24. Ps. 97, 9. Ies. 8, 19. 19, 1. (Steger *Entwicklung d. Meinungen Mosis üb. d. Gottheiten der Nichtisraeliten*; in Henke *Magazin.* IV. 135 ff.); licet sapientiores interdum puriorem numinis ideam in medium protulerint. (§. 52. *c.*) De Wette *Bibl. Dogmat.* §. 98.

e) H. E. G. Paulus *Einheit, Geistigkeit Gottes u. Glauben, als allgem. Grundbegriffe d. Christuslehre betrachtet.* Lemg. 1788. — De vi ac gravitate notionis unius Dei *morali* cf., quae monuit Herder in: *Geist d. hebr. Poesie.* B. I. N. II. et Garve *Vermischte Aufsätze.* B. II. p. 294. 336.

f) Apologetae antiquiores saepe *monarchiae* divinae mentionem faciunt. Vid. Hermae Past. II. 1. *Πρῶτον πάντων πίστευσον, ὅτι εἷς θεός ἐστιν.* Iustin. M. Cohort. ad gentes. §. 33. 36. Tertullian. de testimonio animae et Apologet. c. 17. adv. Marcionem. I. 3—5. Lactant. I. c. 3. 5. Cf. IV. 29., ubi L. Christianos contra *Dyotheismi* opprobrium defendit, neque tamen spiritus s. mentionem iniecit. „Fortasse quaerat aliquis, quum Deum nos unum colere dicamus, duos tamen esse asseveremus, Deum patrem et Deum filium; quae asseveratio plerosque in maximum inpingit errorem." Athenagor. Legat. pro Christ. 8 ff. Athanas. contra gentes. Opp. I. 41 ff. Io. Damasc. adv. Manichaeos liber. — Beck Commentt. 194 ff. Münscher *Dogmengesch.* I. 386 ff.

g) Tertullian. adv. Marc. I. c. 11. Augustin. contra Faustum. XXI. 1. De civ. Dei. l. IV. X. Cyrillus Hieros. Cateches. VI. 141 ff. Gregor. Nyss. contra Eunom. Opp. T. II. 60. 61. Sermo contra Manichaeos. II. 612. Basil. M. Homil. II. in hexaemer. 8 ff.

h) Ioann. Damasc. de haer. 101 ff.

i) Gerhard Loci th. III. 73. Doederlein Institutio theologi Christ. I. Norimb. 1797. p. 269 ff. ed. 6. Bretschneider *Handb. d. Dogmat.* I. 2. *A.* p. 316 ff. — Gerlach *Religionsphilosophie.* p. 98 f.

Caput II.

DE ATTRIBUTIS DEI.

§. 60.

Modus attributa divina cognoſcendi.

Cognitio attributorum Dei (ἀξιωμάτων, νοημάτων) [a], quae, licet arctiſſimo inter ſe vinculo coniuncta, tamen veluti partes ſummae perfectionis ſ. ideae ſubſtantiae perfectiſſimae, a qua reliquarum rerum omnium exſiſtentia repetitur, cogitando discerni poſſunt, ob mentis noſtrae imbecillitatem ita comparata eſt, ut, quantumvis ad veritatem accedere et huius vitae rationibus plane ſufficere videatur, anthropopathiam (§. 17.) tamen plus minusve redoleat [b], nec niſi imperfecta eſſe poſſit; unde et ſcriptura ſ. cognitionem Dei arduam ac difficilem eſſe pluribus locis teſtatur v. c. Ieſ. 40, 28. 46, 5. 1 Cor. 2, 11. 1 Tim. 6, 16., etiamſi cognoſci eum poſſe, omnino haud negat. (Io. 17, 3. Rom. 1, 19.) Attributa illa, quorum nominibus eandem virtutem divinam, ſed ratione rerum creatarum et noſtri potiſſimum habita, vario modo ſeſe explicantem, declaramus [c], non *accidentia*, ſed *determinationes neceſſariae* ad naturam numinis pertinentes recte dicuntur. Triplici hac via, Scholaſticis iam probata [d], inveſtigari ſolent: *primum* via *cauſalitatis* (κατὰ φύσιν), qua quascunque rebus creatis, et praecipuis quidem, ineſſe intelligimus perfectiones, eas Deo, ut cauſae earum, tribuimus; *deinde* via *negationis* (κατ' ἀφαίρεσιν) [e], qua quidquid eſt imperfecti in rebus creatis et finitis a Deo, ut natura infinita, removemus; *denique* via *eminentiae* (κατὰ σχῆσιν), qua perfectiones eas a rebus creatis et finitis ad Deum translatas cogitamus omni modo abſolutas infinitasque [f]. Quacunque autem via ad Deum cognoſcendum ſumma cum verecundia progredimur, valde nobis cavendum

est, ne, in anthropomorphismi aliosque errores e) delapsi, aut Deo quidquam tribuamus, quod ipso plane indignum sit, aut, male inter se compositis singulis Dei attributis, uni tantum tribuamus, ut alterum tollatur vel evertatur, aut omnes omnino Dei proprietates animo concipere et intelligere nos posse opinemur. Quum theologi et antiquiores et recentiores plurimum operae in eo posuerint, ut doctrinam de attributis divinis, quae quidem in libris symbolicis non tractata est nisi quatenus trinitatem Dei spectat, subtiliter illustrarent; nos quidem, ne studia eorum a nobis iniuste neglecta videantur, *primum* quaecunque ab illis hac de re docte exposita sunt, adumbrabimus, *deinde* vero, praeeuntibus scriptoribus ff., usum practicum sive ethicum huius doctrinae diligenter respiciemus.

a) *Attributa* discernuntur a *proprietatibus*, quo nomine theologi olim characteres trium in trinitate personarum designare solebant, et a *praedicatis* Dei *relativis*, quae indicant, quomodo Deus se habeat ad mundum, v. c. creator, conservator. Reinhard *Dogmat.* 96. Bretschneider *Handb. d. Dogm.* 2. *A.* 323 ff. — (Böhme) *Die Lehre v. d. göttl. Eigenschaften.* Altenb. 1821.

b) Quo perfectior homini fuerit suae ipsius naturae cognitio, eo perfectiorem numinis ideam sibi effingere poterit; idcirco poeta noster illustris: „*In seinen Göttern mahlet der Mensch sich.*" Schiller. Omnino Anthropomorphismus, qui in libris ff. crebro reperitur, multo praestat ei, qui apud Graecos et Romanos usitatissimus fuit; strenue enim in illis prohibetur, ne Dei tanquam imagines vel simulacra corporea adorentur. Ex. 20, 4—6.

c) Henke Lineamenta fid. Chr. p. 56.

d) Von Eberstein *Natürl. Theologie d. Scholastiker.* L. 1803. p. 52 ff. Francke *Grundriss der Vernunfttheologie.* Alton. 1824. *Beil.* II. p. 133 ff.

e) Aliam ἀφαιρέσεως notionem Dionys. Areop. Divin. nom. c. 2. 7. aliisque Mysticis probatam exposuit Baumgarten-Crusius *Einleit. in d. Dogmatik.* 32 f.

f) Cf. Gerlach *Religionsphilosophie.* p. 103 f., qui non nisi duplicem viam esse docet, alteram *causalitatis*, qua omnes Deo

tribuimus perfectiones, quae ineſſe ei debent, ut cauſa mundi eiusque ordinis poſſit cogitari, alteram *negationis*, qua quidquid imperfecti omnesque limites rebus creatis praeſcriptos a Deo removemus, ut concipiatur idea numinis omnibus numeris abſoluti et infiniti.

g) Antiquos Iudaeorum, ſicut aliorum Aſiae populorum philoſophos in eo ſaepius erraſſe conſtat, quod Dei virtutes ſingulas, inprimis ſapientiam, intellectum, λόγον, ſingularum in Deo ſubſtantiarum ſ. hypoſtaſium ſpecie induerunt. Prov. 8. Ieſ. 11, 2. Zach. 3, 9. 4, 10. coll. Apoc. 5, 6. Sir. 1. 24. Bar. 3, 12—4, 1. Sap. 7. 8. Bertholdt Chriſtologia Iudaeor. Erl. 1811. p. 113 ſ. „Nil attinet disquirere, utrum mera προσωποποιΐας ſint figmenta, an vero pro ὑποστάσεσι, ſeu ὑφισταμένοις veris et propriis habenda. Omnis haec quaeſtio non cadit in hanc rem, in anguſtos limites ingeniorum, quibus utuntur Occidentales, modeſtorum et lentorum minime coercendam, ſed ex lege Orientalismi fervidioris, ἀκριβείαν in philoſophando ad iuſtas idoneasque regulas regundam haud multum curantis, ponderandam ac iudicandam. Hae δυνάμεις Orientalibus neque fuerunt merae perſonarum umbrae (*Perſonificationen*), neque verae ſubſtantiae propria ſubſiſtentia utentes; ſed (id quod vere animo de iis habuerunt perceptum) medium inter utrasque tenebant, naturarum logicarum libere ac ſponte operandi quidem poteſtate praeditarum (*freiwirkende Kräfte*, ἐνέργειαι), minime vero ſubſtantiarum ſui iuris ac ὑπάρξεως factarum (*ſelbſtſtändige Weſen*) loco poſitae." Add. Eichhorn *Ueb. d. Perſonificationen d. göttl. Eigenſchaften unter den ſpätern Juden. Bibl. der bibl. Lit.* III. 191 ff. Stahl ib. IV. 818. De Wette *Bibl. Dogmat.* 128 ff. 237 ſ. Omnino pro antiqui ſermonis nondum elaborati ratione et indole, apud plurimos populos incultiores, notiones rerum, inprimis elementorum, tum cauſarum, effectuum, virium, eorumque, quae cuique rei propria ſunt, cf. e ll. ff. e. c. Pſ. 57, 4. 85, 11 ff. 147, 15. — Io. 12, 48. Rom. 10, 6., mutatas fuiſſe in perſonas, quae in deos, daemones, heroes abierunt, ex plurimis veſtigiis manifeſtum fit. Heyne Obſervatt. ad Apollodori Bibl. p. 2.

§. 61.

Diviſiones variae.

Quamquam diverſo modo theologi, praeeuntibus Scholaſticis *a*), virtutes illas divinas ad genera quaedam

dam revocare conati sunt, nullam tamen earum partitionem protulerunt omnibus numeris absolutam. Distingui solent 1. attributa *negativa* (ἰδιώματα ἀποφατικά, ἀφαιρετικά), quae immediate imperfectionem quandam a Deo removent, et *positiva* (καταφατικά); 2. *quiescentia* s. immanentia (ἀνενέργητα), in quibus nulla cogitatur efficacia, et *operativa* s. transeuntia (ἐνεργητικά); 3. *absoluta*, quae de Deo praedicari possunt, nulla habita ratione rerum creatarum, et *relativa*, quae mundi creationem et conservationem respiciunt [b]; 4. *primitiva*, ex quibus alia derivantur, v. c. infinitas, bonitas, et *derivata*; 5. *metaphysica* s. physica, quae ad Dei substantiam infinitam, et *moralia*, quae ad eius intelligentiam ac voluntatem referuntur [c]. Reliquae divisiones *communicabilium*, quae, quamvis gradu diversae, et rebus creatis inesse possunt, ut sapientia, et *incommunicabilium*, v. c. omnipotentia, *propriorum* v. c. aeternitas et *metaphoricorum* v. c. misericordia, ira, admodum incommodae ac fere prorsus inutiles sunt [d]. Ceterum recte monitum est, distinctionibus istis differentiam in numine ipso non *realem*, quippe quum mens nostra non veram numinis essentiam, et nostras tantum de ea notiones describere possit, sed *formalem* s. nominalem significari; licet, respectu habito ad subiectum, differentia illa vere *realis* dici possit [e].

a) Patres antiquiores iam singulas naturae divinae proprietates discernunt, neque tamen in classes eas redigunt. Albertus Magnus sec. XIII primus periculum fecit, singulas virtutes divinas e sola causae primitivae et necessariae idea derivandi. Tiedemann *Geist d. speculat. Philosophie.* IV. c. 9. 10.

b) Haec partitio non satis commoda est, quia numinis idea, ut naturae absolute perfectae et unice necessariae, complectitur et hoc, Deum esse creatorem mundi, et quaecunque attributa Deo tanquam naturae absolute perfectae vindicantur, eidem ut mundi creatori conveniunt. Accedit, quod singulae quaeque Dei virtutes *absolutae* recte dicuntur, quae eaedem, quatenus non nisi ascendendo a rebus creatis ad naturam su-

premam cognoſcuntur eoque ipſo certam earum relationem ad mundum ſupponunt, etiam *relativae* nominari poſſunt.

c) Reinhard *Dogmat.* 100. Eckermann *Handb. der Chriſtl. Glaubensl.* II. 358 ff. Bretſchneider *Handb. d. Dogmatik.* I. 2. *A.* 330 ff.

d) Alias attributorum divinorum diviſiones rec. Gerhard L. th. I. 265 f. Baumgarten *Ev. Glaubensl.* I. 222 f. — Bretſchneider *Entwickl. d. dogmat. Begr.* 3. *A.* p. 377 ff.

e) Gerhard L. th. III. 87. Bretſchneider *Handb. d. Dogm.* I. 325 f. — Gerlach *Religionsphiloſ.* 111 ff. — Baumgarten-Cruſius Progr. De vero Scholaſticorum Realium et Nominalium discrimine et ſententia theologica. Jen. 1821. 4.

§. 62.

A. *Attributa Dei, ut ſubſtantiae abſolute perfectiſſimae infinitae, per ſe ſpectatae.*

Deo, quatenus temporis limitibus atque affectionibus haud obnoxius eſt, tribuuntur 1. *aeternitas*, ſeu infinitas externa reſpectu temporis, quae e locis quibusdam ſ. ſ. (Pſ. 90, 2. 102, 24 ff. 1 Tim. 1, 17, 6, 16. Rom. 1, 20. 23. — Gen. 21, 33. Iob. 36, 26. 27. Ieſ. 40, 28. 44, 6. 2 Petr. 3, 8.) ſic definiri ſolet, ut ſit ea Dei proprietas, qua eſſe nec coepit, neque unquam deſinet [a]); quae quidem, quum initii et finis notiones e temporis rationibus repetitae ſint, rectius in eo ponitur, quod affirmata exſiſtentia Dei abſolute neceſſaria, omnis omnino temporum limitatio in Deum cadere negatur [b]); 2. *immutabilitas* ſeu illud attributum, quo omnis qualitatum in Deo ſecluditur ſucceſſio quodque ad alias quascunque transferri poteſt virtutes divinas (Pſ. 102, 26—28. Iac. 1, 17.); 3. *independentia abſoluta* (libertas metaphyſica), qua nemini quidquam debet et ipſe ſolus eſt rerum omnium omniumque temporis rationum auctor et dominus. (Act. 17, 24. 25. Rom. 11, 34 ff.) Haec proprietas barbaro vocabulo appellata eſt *aſeitas* ſ. exſiſtentia neceſſaria, quatenus

Deus rationem, cur sit et maneat, in se ipso habet, absoluteque per se subsistit (Io. 5, 26.) (παντανταρκεια) [c]). Probantur autem attributa illa, praeter testimonia diserta e libris ss. repetita, *tum* e notione naturae perfectissimae et absolutae, ad cuius summam efficaciam, per se nullis temporis limitibus obnoxiam, omnia referri debent, adeo, ut vel ipsum tempus et quae in tempore fiunt, ab ea pendeant [d]), nec illa ipsa ab alia quadam causa suprema pendere possit; *tum* ex intelligentiae perfectissimae indole, quae nullam admittit cogitandi et sentiendi successionem. Doctrina de his attributis ad usum practicum translata homini calamitatibus saepe tristissimis subiecto magnum afferre potest solatium.

a) Phavorinus ἄϊδιον sic describit: ὁ ἀεὶ ὤν, ὁ μηδέποτε ἀρξάμενος, μηδὲ λήγων. Reinhard *Dogmat.* 104. „Aeternitas Dei est illud attributum, quo esse nec coepit, nec unquam desinet."

b) Kant *Vorlesungen üb. d. philos. Religionslehre.* L. 1817. 82 ff. Gerlach *Religionsphilosophie.* 112.

c) Confundi non debet cum *aseitate* ista philosophorum quorundam recentiorum de *continua numinis evolutione* sententia. Schelling *Denkmal der Schrift von den göttl. Dingen.* 77 ff. (§. 58. n. *c.*)

d) Schleiermacher *Der christl. Glaube.* I. §. 66. p. 275 ff. „*Die Ewigkeit Gottes ist nur zu verstehn als allmächtige Ewigkeit, d. h. als das mit allem zeitlichen auch die Zeit selbst bedingende in Gott.*" Cf. Kant *Kritik d. reinen Vernunft.* 46 ff. 331 ff., ubi auctor tempus *subiective* cogitatum non nisi *forma quadam intuitionis humanae* contineri docuit; *obiective* finitum autem *continuam evolutionum seriem* significat, quae in causam suprema eandemque aeternam definit. Cf. Augustin. de civit. Dei. XI. c. 6. de vera rel. c. 49.

§. 63.

Continuatio.

Quatenus natura absoluta et perfectissima nullis spatii limitibus coërceri potest, tribuuntur Deo: 1. *sim-*

plicitas (*Immaterialität*), qua Deus omnium partium omnisque concretionis et materiae expers est (Ps. 139, 7. Io. 4, 24. Luc. 24, 39. — Ies. 40, 25. Rom. 1, 20. Hebr. 11, 27. 1 Tim. 1, 17. 6, 16.) [a]; 2. *immensitas*, s. infinitas respectu spatii, qua essentia Dei spatii limites excedens nullo *loco* definiri ac circumscribi, sed omnia et singula loca citra essentiae suae multiplicationem, extensionem ac divisionem penetrare significatur, quae numinis proprietas et omnipraesentia *essentialis* s. substantialis, ἀδιαστασία s. indistantia vel etiam συνουσία s. adessentia nominata est [b], i. e. immediata et proxima coexsistentia substantiae divinae cum quovis substantiali in mundo, quo fit, ut nullis spatii limitibus a rebus creatis separetur. [Ps. 139, 7—10. Ies. 66, 1. Ier. 23, 23. 24. (quod dictum de efficacia Dei rectius intelligitur) 1 Reg. 8, 27. Act. 17, 24. 27. 28.] Alii vero, ut errorem de diffusione substantiae divinae [c] praecaverent, immensitatem Dei vel pro *infinitate* in universum acceperunt, s. pro illo attributo, quo, quidquid in natura divina inest, in suo genere summum est omnisque limitationis expers, vel pro *incomprehensibilitate*, qua omnem Dei naturam omnino mente humana capi posse negarent [d]. 3. *Omnipraesentia*, attributum illud, quo efficacia Dei nullis spatii limitibus cohiberi sumitur, ita ut universum vi et efficientia penetret, omnia indagando et movendo numinique suo praesentissima habendo. (Ps. 139, 7 ff. Matth. 6, 4—8. Act. 17, 27 ff. cf. Gen. 16, 14. 2 Reg. 19, 4.) Fuerunt, qui omnipraesentiam *operativam* ab *essentiali* discernerent, quod certo fundamento caret, quippe quum essentia Dei sine vita efficacissima cogitari nequeat. (Io. 5, 17.) Ceterum studium male sedulum, hunc locum subtilius, quam pro captu humano, illustrandi, dictis nonnullis librorum ss., exsistentiam Dei omnes locos implentem seu ἀδιαστασίαν significantibus (v. c. Ies. 66, 1. Ier. 23, 24. Matth. 23, 22. Act. 17, 28.), abutendo, variis erroribus et quaestionibus in-

fructuosis, v. c. controversiae de approximatione divinae substantiae [e]), in ecclesia nostra sec. XVII occasionem praebuerunt. Quibus ut occurratur, attributa supra exposita hac thesi simpliciter comprehendi debent, qua summam Dei efficaciam nullis spatii seu loci limitibus esse subiectam docemus, ab eaque vel spatium et omnia, quae in spatio seu loco et sunt et aguntur, pendere [f]).

a) Reinhard *Dogm.* 102. 109. Confunditur a nonnullis haec numinis proprietas cum *spiritualitate* (§. 64.). Cf. Cic. Tusc. I. 27. „Nec vero Deus ipse, qui intelligitur a nobis, alio modo intelligi potest, nisi mens soluta quaedam et libera, segregata ab omni concretione mortali, omnia sentiens et movens." — Fuerunt inter ipsos Patres eccl., qui proprietatem illam, quae quidem in libris ff. nondum distincte et subtiliter exposita est, in dubium vocantes vel corpus quoddam Deo tribuerent, e. c. Tertullianus de carne Christi c. 11. „Omne quod est, corpus est sui generis; nihil est incorporale, nisi quod non est." Adv. Praxeam c. 7. „Quis negabit, Deum corpus esse, etsi Deus spiritus est? Spiritus enim corpus sui generis in sua effigie;" quo loco tamen corpus pro substantia i. e. materie quadam concreta dictum putaveris. Novatian. de trin. c. 6. Cf. Cyrill. Hieros. Catech. VI. §. 8. Epiphan. Haer. 70. de Audaeo s. Audio, anthropomorphitarum auctore sec. IV. Lactant. Inst. l. IV. c. 30. Socrat. Hist. eccl. VI. 7. Sozomen. VII. 11. 12. Rectius Patres Alexandrini notionem corporis a Deo omnino removere studuerunt. Clem. Strom. V. 689. 699. II. 431. Orig. de princ. I. c. 1. coll. praef. — Münscher *Dogmengesch.* I. 401 ff. — Döderlein *Religionsunterricht.* IV. 217 ff. — Gerhard L. th. I. 166. Münscher l. l. III. 303. IV. 217 ff. Cf. V. T. loci, in quibus praeter affectiones humanas Exod. 32, 10 ff. Iud. 2, 19. 20. al. forma etiam humanae similis v. c. Gen. 1, 26. 17, 21. 18, 1 ff. 22, 1—12. 35, 9 ff. Iob. 11, 5. 34, 21. 1 Reg. 8, 27. Ies. 6, 1—4. Ezech. 1, 26—28. Dan. 7, 9. (Bauer *Theol. d. A. T.* 45. Bertholdt de ortu theologiae veterum Hebraeorum. 18 ff.), itemque sedes in monte Sione Ps. 9, 12. 68, 17. 74, 2. 132, 13. Ioel 3, 26., vel in coelis Gen. 11, 5. Ps. 2, 4. 123, 1. Ies. 64, 1. coll. Ps. 18, 10. Deo attribuitur. — Kaiser *Bibl. Theol.* I. 105 ff. *Aeltere Lehre der Bibel von den göttl. Attributen in Vergleichung mit der griechischen, besonders nach Parallelen aus Homeros.*

b) Gerhard l. l. III. 122 ff.

c) Phil. de somniis. 575. *Αὐτὸς ὁ θεὸς καλεῖται τόπος, τῷ περιέχειν μὲν τὰ ὅλα, περιέχεσθαι δὲ πρὸς μηδενὸς ἁπλῶς, καὶ καταφυγὴν τῶν συμπάντων εἶναι αὐτὸν, καὶ ἐπειδήπερ αὐτός ἐστι χώρα αὐτοῦ, κεχωρηκὼς ἑαυτὸν καὶ ἐμφερόμενος μόνῳ ἑαυτῷ. — τὸ δὲ θεῖον ὑπ' οὐδενὸς περιεχόμενον ἀναγκαίως ἐστὶν αὐτὸ τόπος ἑαυτοῦ.* Seneca de beneficiis. IV. c. 8. „Nihil ab illo vacat, opus suum ipse implet." Augustinus Ep. 57. et 187. Deum substantialiter diffusum dicit, remota tamen extensionis et praesentiae materialis notione. „Deus non alicubi est. Quod enim alicubi est, continetur loco; quod loco continetur, corpus est. Non igitur alicubi est, et tamen quia est, et in loco non est, *in illo sunt* potius omnia, quam ipse alicubi. Nec tamen ita in illo sunt omnia, ut *ipse sit locus.*" Quaestiones diverss. 9. 20. Opp. T. VI. Sententiam istam, a nonnullis Patribus propositam (v. Theoph. ad Autol. II. 355. *Θεὸς γὰρ οὐ χωρεῖται, ἀλλ' αὐτός ἐστι τόπος τῶν ὅλων.* I. 349. Arnob. adv. gentes. I. 17. Novat. de Trin. c. 25.), Deum esse *locum* rerum creatarum i. e. omnia in eo contineri ab eoque circumfundi, Augustinus refutat l. l. Münscher *Dogmengeschichte.* I. 404. III. 311.

d) Reinhard *Dogmatik.* 104.

e) Walch *Religionsstreitigkeiten in der luther. Kirche.* IV. 551. Baumgarten *Gesch. d. Religionspartheien.* 1220. — In vocabulo *ἀδιαστασία*, quod vertitur *praesentia substantialis* (neque vero *impletiva*), *immediata adessentia*, nihil est, quod ideae numinis verae repugnet, modo ne, quae pantheismum foveat, notionem extensionis cuiusdam corporeae admiscueris. Qui nuper scripsit: *Die Allgegenwart Gottes.* Gotha. 1817., omnipraesentiam Dei ad hanc pantheismi speciem revocare conatus est, ut sit ea numinis proprietas, qua essentia eius omnem naturam ita implet, ut inter Deum et naturam, interna huius essentia spectata, nullum intersit discrimen. Cf. §. 58. et *Allg. Lit. Zeit.* 1818. Nr. 244., et Ammon Summa Theol. Chr. p. 85. „Neque mirum (pantheismi vestigia apud omnes fere orientis populos, Persas inprimis, Indos et Iudaeos, nec minus apud philosophos recentiores inveniri); intellectus enim humanus temporis spatiique legibus adeo cogitando est adstrictus, ut, divinae praesentiae rationem evolvens, pantheismi difficultates verbis magis, quam re ipsa effugere queat." Unde, missis hac de re finitionibus subtilioribus, in tenenda de numinis praesentia operativa notione acquiescamus. Reinhard *Dogmat.* 118.

f) Xenophon Memorab. I. 4. 18. *Τὸ θεῖον τοσοῦτον καὶ τοιοῦτόν ἐστιν, ὥςθ' ἅμα πάντα ὁρᾶν, καὶ πάντα ἀκούειν, καὶ πανταχοῦ παρεῖναι, καὶ ἅμα πάντων ἐπιμελεῖσθαι.* Auguſtin. de civit. Dei. VII. c. 30. „(Deus) implens coelum et terram praeſente potentia, non indigente natura." Schleiermacher *Der chriſtl. Glaube.* I. p. 280 ff. „*Die Allgegenwart Gottes iſt nur zu verſtehn als die allmächtige Gegenwart, d. h. als das mit allem räumlichen auch den Raum ſelbſt bedingende in Gott.*"

§. 64.

B. *Attributa Dei, ut ſubſtantiae abſolute perfectiſſimae ſpiritualis.*

a. *Attributa intellectus divini.* Omniſcientia.

Subſtantia Dei infinita, quatenus ille auctor et moderator rerum univerſitatis eſt, ſine *ſpiritualitate* i. e. ſine intellectu ac voluntate iisdemque perfectiſſimis cogitari nequit. Quanquam in libris ſſ. non ubique ea, quae recentiori aevo probatur, ſpiritus notio expreſſa eſt; exſtant tamen plura dicta, quibus partim attributa ſpiritui convenientia (Iob. 12, 13. Prov. 8, 22. — Pſ. 139, 7. Ieſ. 40, 25 ff. Rom. 1, 20. 23. Col. 1, 15. 1 Tim. 1, 17. 6, 16.), partim ipſa ſpiritualitas (Io. 4, 23 ff.) Deo vere vindicantur. Ad intellectus divini attributa refertur *omniſcientia*, i. e. vis omnia, quae ſunt, quae fuerunt, quaeque futura ſunt, ſibi repraeſentandi. Hanc notionem, quamvis captum humanum ſuperet, ſtuduerunt tamen theologi, ratione habita cum obiectorum, quae Deus cognita habet, vel res minimas viliſſimasque curans, tum modi, quo haec omnia novit, variis nominibus explicare atque illuſtrare. Diviſa eſt olim, quod ambitum eius attinet, haud ſine variis incommodis, in ſcientiam *neceſſariam*, *mediam* et *liberam*, *neceſſ.* ſ. naturalem, i. e. eam, qua Deus ſemet ipſum et res *abſolute poſſibiles* omnes perſpicit (Pſ. 147, 4. 5. 1 Cor. 2, 11.); — ſcientiam *mediam* ſ. de futuro conditionato (*futuribili* a Scholaſticis di-

cto), quae, ab aliis scientia simplicis intelligentiae nominata [a]), proprie pars est scientiae necessariae. Significatur hoc nomine ea scientiae species, qua Deus cognoscit omnia, quae positis quibusdam conditionibus, evenire poterant, cf. 1 Sam. 23, 10—13. Ps. 139, 2. 4. Ier. 38, 17—20. Ezech. 3, 6.; — scientiam *liberam*, a nonnullis sc. *visionis* dictam, quae ad res pertinet, quae praeter Deum vere sunt. Haec est vel *reminiscentia*, qua Deus res praeteritas optime novit, vel *visio* stricte sic dicta, qua res praesentes, vel *praescientia*, qua res futuras intelligit. Ratione vero habita modi, quo Deus omnia novit, scientia eius dicitur *intuitiva*, quatenus directe atque immediate naturam rerum omnium internam perspicit, *simultanea*, quod omnia quovis tempore sibi praesentissima habet (Rom. 8, 29. Eph. 1, 4. 5. 1 Cor. 2, 7.), *distinctissima*, cui nil confusum atque obscurum (Hebr. 4, 13.), et *verissima*, cui nihil vitii et erroris admixtum est. (Io. 17, 17. Eph. 1, 13.) Omniscium Deum esse probamus non solum ex idea necessaria ordinis rerum physici et moralis, cuius auctor et moderator Deus est, qui talis cogitari omnino nequit, nisi omniscientia praeditus; sed etiam e scripturae s., quae quidem haud ubique perfectam huius attributi notionem exhibet (v. c. Gen. 3, 9. 18, 20. 21. 22, 11. 12.), locis compluribus: Iob. 34, 21 ff. Ps. 139, 1 ff. 147, 5. Prov. 3, 19. 20. 12, 14. Ies. 40, 28. Ier. 11, 15 ff. 17, 9. 10. Matth. 6, 4. 6. 8. 32. 10, 30. Luc. 16, 15. Act. 1, 24. Rom. 11, 33. Hebr. 4, 13. 1 Io. 3, 19. 20.

a) Gerhard L. th. I. 148 f. Baumgarten *Ev. Gl.* I. 291 ff. Gruner Inst. dogm. 53. Reinhard *Dogmat.* 112. Schott Epit. Th. Chr. 83 f. ed. 2. Bretschneider *Handb. d. Dogmatik.* I. 2. *A.* 344 ff. Nonnulli vero scientiam *simpl. intell.* ad eas res omnino retulerunt, quae evenire poterant, nec tamen re vera evenerunt, quasi in intellectu divino remanentes, scientiam *mediam* autem non nisi earum rerum notitiam esse statuerunt, quae sub certa quadam conditione, etsi praesumta tantum animo, nec unquam vere effecta, eventu-

rae fuerant. Doederlein Inſt. Th. Chr. I. 302 ff. Eckermann *Handb. d. Chr. Gl.* II. 164 ff. — Nomen ſcientiae *mediae*, quippe quae medium quaſi tenet inter ſcient. *neceſſariam*, ab *obiecto* eius unice neceſſario ſic dictam, et ſc. *liberam*, liberi quaſi arbitrii divini effecta complectentem, a Petro Fonſeca, Ieſuita, inventum, a Ludov. Molina, Ieſ., divulgatum, qui praedeſtinationis abſolutae commentum hac diviſione refellere tentavit l. de concordia providentiae et gratiae divinae cum libero arbitrio hominis. Olyſſipone. 1588. Baumgarten *Geſch. d. Religionspartheien.* 712. Noſtri rem ipſam, Patribus iam haud plane incognitam, v. c. Greg. Nyſſ. de morte praematura infantum, Auguſtin. de dono perſeverantiae, c. 9., prius quam nomen amplexi ſunt. Gerhard L. th. I. p. 171. Improbaruut eam, tanquam *anthropopathice* in Deum translatam, Ammon Summa Th. Chr. p. 89. Bretſchneider *Handbuch d. Dogmatik.* I. 2. *A.* p. 346. f. Schleiermacher *Der chriſtl. Glaube.* I. 304 ff.

§. 65.

Continuatio.

Intelligentiam divinam, quae univerſitatem rerum earumque mutationes omni tempore efficiendas uno quaſi obtutu ſ. una quadam cogitatione comprehendit, omnia hominum quoque conſilia atque actiones cognitas et perſpectas habere (Pſ. 139, 1—12. Luc. 16, 15. Act. 1, 24. Rom. 8, 27. al.), negari nequit. Qua ex re fluxit opinio [a]), omniſcientiae divinae efficaciam cum libero hominis arbitrio ſ. facultate ea, ſuapte ſponte conſilia capiendi, exſequendi, differendi et abiiciendi, conciliari non poſſe, ſiquidem notiones iſtae mere humanae *praeſcientia* (πρόγνωσις) et *praefinitio* (προορισμός) in mente divina plane in unum concidant. Contra quidem monitum eſt, praeeuntibus Origene [b]) et Auguſtino [c]), praeſcientiam in ſola mente divina locum habere, nec tanquam cauſam efficientem actionum neceſſariam naturis ratione praeditis ineſſe. Actiones enim hominum liberae non ideo certo aliquo modo efficiuntur, quia Deus eas hoc modo effectum iri praevidit; ſed Deus actiones eas certo modo effectum iri

praevidet, quia rationes et causas, quibuscunque homo ad agendum perducitur, praecognitas habet [a]). Verum et hac ratiocinatione non omnia dubia tolluntur, quippe quum, si Deus falli nescius e certis causis certum effectum proditurum esse praevidet, hunc effectum necessitati cuidam adstrictum esse oporteat. Quae difficultas, ut, quantum fieri possit, removeatur, ante omnia tenendum est, hominem in intelligentiae divinae vi ac notione perscrutanda non nisi humanas sequi posse cognoscendi rationes, temporis et spatii limitibus adstrictas, quae in Deum non cadunt. Ergo non *praescientia (Vorherwissen)*, sed *scientia (Wissen)* sicut omnium rerum, ita et actionum quarumvis Deo recte tribuitur [e]); quippe ipse temporis limitibus haud obnoxius et causas et effectus earum omni tempore futuros ab aeterno simul perspicit. Atque hac divina scientia minime turbari liberum hominis arbitrium, sua quemque docet experientia, legis nimirum moralis menti insitae conscientia et crimen secuta poenitentia; quamvis intima huius rei notitia mentis aciem fugiat. Quo magis autem certa de omniscientia divina persuasio virtuti nostrae aeque ac tranquillitati animi in omnibus vitae aerumnis adiumenta afferre valet, eo diligentius institutio popularis in ea excitanda et fovenda elaborabit.

a) Locus post Ciceronem (de fato tot., de divinat. II. c. 5.—7.), Stoicos (Senec. de providentia. Antonin. ad se ipsum. l. IV. Gell. N. A. VI. 2.), Augustinum (de lib. arbitr. III. c. 2. de gratia et libero arbitr.), Boëthium (consolat. philosoph. l. V. tot.), Ioannem Damasc., qui discrimine posito inter *πρόγνωσιν* et *προορισμόν* litem componere frustra tentavit (de orth. fid. l. II. c. 30.), et Scholasticos (Anselmum de concordia praesc. et praedest. nec non gratiae Dei cum lib. arbitrio, l. tot. Opp. 125.), a Socinianis postea impugnatus (Socinus Praelectiones theoll. c. 8—11.), et nuperrime a K. A. Märtens l. *Theophanes oder üb. d. Christl. Offenbarung.* Halberst. 1819. *Zweiter Nachtrag.* p. 253 ff. Ei. Eleutheros —. 1823. Cf. Ch. L. Reinhold *Beweis aus der Natur Gottes, dass die göttl. Praescienz nicht gegen die Freiheit d. menschl.*

Handlungen ſtreite. Osnabr. 1791. L. Ch. Heydenreich *Ueb. Freiheit u. Determinismus und ihre Vereinigung.* Erl. 1793. Döderlein *Religionsunterr.* IV. 242 ff. Ammon Summa. p. 90. Bretſchneider *Handb. d. Dogm.* I. 347 ff. Mellin *Art. Allwiſſenheit*, in Erſch *und* Gruber *Encyklop.* B. III.

b) Comment. in Gen. Opp. II. 9—11. Contra Celſ. II. c. 20.

c) De civ. Dei. l. V. c. 9. 10. Add. Boëthius l. l. Münſcher *Dogmengeſch.* III. 314 ff.

d) Reinhard *Dogm.* 115.

e) Auguſtin. de diverſis quaeſtiones ad Simplicianum. l. II. Opp. ed. Antw. 1701. T. VI. 82. „Quid eſt *praeſcientia*, niſi *ſcientia* futurorum? Quid autem futurum eſt Deo, qui omnia ſupergreditur tempora? Si enim ſcientia Dei res ipſas habet, non ſunt ei futurae, ſed praeſentes; ac per hoc non iam praeſcientia, ſed tantum ſcientia dici poteſt." — Cf. Schleiermacher *Der Chr. Glaube.* I. 312. „*Wie man ſagt, Gott erhalte das freie als freies, eben ſo auch muſs man ſagen, er kenne das freie als freies, und zwar um ſo mehr, da ſein Erhalten und ſein Wiſſen nur eines und daſſelbe iſt.*" — (Böhme) *Die Lehre von den göttl. Eigenſchaften.* Altenb. 1821. p. 169 f. „*Wäre es undenkbar, daſs der Menſch mit Freiheit handle, weil nothwendig Gott ihn durchſchauet? So iſt dieſer überhaupt nicht der Herzenskündiger, auch bei geſchehenen freien Handlungen nicht, und alſo nicht der Alles Wiſſende, nicht der Regierer der Welt, um zu belohnen, nicht der Richter derſelben, um zu beſtrafen; kurz, nicht Gott. Er aber kennet, was er ſchuf; und vor ihm ſteht, in jedem Augenblick, die geſammte Unendlichkeit des Geſchaffenen da von Ewigkeit zu Ewigkeit.*"

§. 66.

Sapientia Dei.

Hac intelligentia Dei perfectiſſima continetur eiusdem *ſapientia* ſ. ea virtus, qua conſiliis de ſummo bono ubique efficiendo perfectiſſimis adminicula adhibet perfectiſſima i. e. fini aptiſſima. Hanc divini intellectus virtutem, qua ſimul voluntatis divinae certa quaedam affectio comprehenditur, non *ſucceſſivam* eſſe vel *diſcurſivam* h. e. deliberatione quadam egentem, ſed *di-*

rectam et *intuitivam*, h. e. uno ſimplici intelligendi actu omnia ſimul adprehendentem, e cognitionis abſolute perfectae indole conſequitur [a]). Probatur ſapientia Dei ex innumeris eius documentis in ordine rerum phyſico ac morali conſpicuis (§. 55.) (ſapientia *technica* et *ethica*) [b]), quibus ad eam adducimur perſuaſionem, ubicunque nosmet, arctiſſimis mentis et naturae finibus circumſcripti, ſapientiae illius veſtigia fruſtra quaerimus, ea vere adeſſe, etiamſi in vita futura demum a nobis cognitum iri verosimile ſit. Non deſunt luculentiſſima huius virtutis Deo tributae teſtimonia in ſerioris potiſſimum aetatis libris ſſ. obvia, quum Hebraei antiquiores, ex more populi cuiusque rudioris, magis ad ſummam Dei vim atque efficaciam, quam ad ſapientiam eius explorandam promti fuerint (§. 49. *a*.). Cf. Pſ. 104, 24 ff. Iob. 12, 13 ff. 28, 23 ff. Prov. 8, 19. 20. 8, 22 ff. Rom. 11, 33 ff. 16, 27. Col. 2, 3. 1 Tim. 1, 17. Iac. 1, 5. Scriptores N. T. in celebrandis ſapientiae laudibus interdum id agunt, ut religionis Chriſtianae inſtitutionem tanquam ſummae ſapientiae amori coniunctiſſimae documentum (*oeconomiam gratiae*) commendent (1 Cor. 1, 20 ff. Eph. 1, 8 ff. 3, 10. 11. Col. 2, 2. 3.), eamque cum *immenſam* (1 Cor. 2, 10. cf. Iob. 15, 8. Ieſ. 40, 28.), tum *liberam* eſſe (Rom. 11, 34.) demonſtrent. Excitamur hac Dei ſapientia non ſolum ad documenta eius ſollicite aeque ac modeſte inveſtiganda, ut eandem venerando atque imitando ipſi ſapere diſcamus, verum etiam ad fiduciam in eadem collocandam certiſſimam, ut, quamvis inexplicabilia nobis interdum videantur eius veſtigia, ſedulo fugiamus anxiam curarum ſollicitudinem.

a) Gerhard L. th. III. 195 ff. — Vocabulum σοφός interdum latiori ſenſu dicitur, v. c. 1 Tim. 1, 17. Rom. 14, 27. add. 1 Cor. 1, 21 ff., quemadmodum Hebraeis quoque is ſapiens (חָכָם) dicitur, qui ceteros intelligentia et arte antecellit. Ex. 28, 3. Deut. 34, 9. Ieſ. 19, 11. Eccleſ. 1, 16—18. — (Böhme) *Die Lehre von den göttl. Eigenſchaften.* p. 175. „*Weisheit iſt die abſolute Vollkommenheit der geſammten Thätigkeit Gottes zum*

Bewirken des Endzwecks der Welt." Aliter Schleiermacher *Der christl. Glaube.* II. 676. „*Die göttl. Weisheit ist die in der Erlösung bethätigte göttliche Selbstmittheilung als das die Welt ordnende und bestimmende Princip.*"

b) Jacob *Allgemeine Religion.* 162 ff. Ammon Summa Theol. Chr. p. 87., ubi distinguitur sapientia *theoretica*, quae cognitione veri, perfectionis, beatitatis summa absolvitur, et *practica*, quae boni summi cum creaturis communicandi rationem optimam perspectam habet, iterumque dispesci potest in *technicam* et *ethicam*.

§. 67.

b. Attributa voluntatis divinae perfectissimae.

De voluntate divina.

Idea spiritus perfectissimi, mundi creatoris et conservatoris, sine voluntatis perfectissimae notione cogitari nequit. Voluntas autem Dei, siquidem ex analogia voluntatis humanae divinam, scriptura s. duce, adumbrare licet, est facultas appetendi atque aversandi perfectissima [a]). Scriptura s. enim diversis locis non modo Deum alia appetere, alia aversari docet v. c. Ez. 33, 11. Ps. 115, 3. 135, 6. Matth. 11, 26. 1 Tim. 2, 4. Hebr. 6, 17. 2 Petr. 3, 9., sed etiam singula eius decreta, seu actus voluntatis divinae, commemorat (Act. 2, 23. 11, 29. Eph. 1, 11. 2 Tim. 1, 9.), tum *absoluta* (Rom. 9, 19.), vel *conditionata* (Mc. 16, 16.), tum *immanentia*, i. e. quae nondum evenerunt (Act. 17, 31. Rom. 2, 16.), vel *transeuntia* (Io. 3, 16.). In scholis dogmaticis olim praeter alias voluntatis divinae divisiones, haud bene excogitatas, distingui solebant: 1. voluntas *necessaria*, i. e. actus voluntatis, quae e scientia necessaria promanare dicitur, amor nimirum, quo Deus, tanquam natura perfectissima se ipsum complectatur necesse est, et *libera*, cum scientia libera coniuncta, h. e. amor Dei erga res creatas. Addunt nonnulli voluntatem *simplicis volitionis*, quae e scientia simplicis intelligentiae prodit, et quam ad bonum mere possibile, quod nondum exstet, spectare docent, et

voluntatem *mediam*, e ſcientia *media* explicandam [b]; 2. voluntas *efficiens* et *permittens*, quae ad malum in mundo obvium refertur; 3. voluntas *abſoluta*, qua Deus quaedam vult ſimpliciter citra ullam conditionem, et *conditionalis*, qua aliquid ita vult fieri, ut a conditionibus certis pendeat; illa voluntas *antecedens* (vel *ſimplicis volitionis*) dicitur, quatenus, omnium hominum ſalutem ſpectans, quaſi antecedit hominis ſtudium (1 Tim. 2, 4.), haec voluntas *conſequens* (*decretoria*), quatenus quaſi conſequitur vel reſpicit hominis ſtudium (Marc. 16, 16.) [c]; 4. voluntas *efficax*, quum praeſtita conditione Dei conſilium vere effectum ſortitur, et *non efficax*; 5. voluntas *ſigni*, quatenus Deus ſigno externo, ſe velle aliquid, ſignificat, et voluntas *beneplaciti* (εὐδοκία τοῦ θελήματος αὐτοῦ. Eph. 1, 5.) ſ. internus divinae voluntatis actus (Deut. 29, 29. Rom. 11, 33.) [d].

Gerhard L. th. III. 189 ff. Eckermann *Handbuch.* II. 176 ff.; qui fuſius commentati ſunt de finitionibus iſtis in controverſiis cum Calvinianis de decreto abſoluto maxime agitatis. Bretſchneider *Handb. d. Dogmat.* I. 2. *A.* 353 ff. Ei. *Entwickl. d. dogmat. Begriffe.* 3. *A.* 389 ff.

a) Schott Epit. theol. Chr. dogm. ed. 2. p. 85. „Formulis a natura humana deſumtis, ſed hac in re neceſſariis utimur." — Cf. Calov. Syſt. loc. theol. p. 439. „Vol. Dei eſt, qua Deus tendit in bonum ab intellectu cognitum." Reinhard *Dogmat.* 104. — „vis infinita Dei, quatenus perfectiſſimam ſcientiam in agendo ſequitur", quod magis ſapientiae eſt, quam voluntatis generatim ſic dictae. Similiter Ammon Summa theol. Chr. p. 90. — „ſumma vis et facultas ad agendum et ad exſequendam cognitionem ſummi boni." Schleiermacher *Der chr. Glaube.* I. 194. „*Da wir Wollen und Können nicht zu trennen vermögen, ſo muſs uns auch Willen und Macht daſſelbe ſeyn.*"

b) Baumgarten *Ev. Glaubensl.* I. 420.

c) Haec voluntatis diviſio iam apud Chryſoſtomum Hom. I. ad Epheſ. reperitur: *θέλημα πρῶτον καὶ δεύτερον, προηγούμενον κ. ἑπόμενον*, item apud Ioann. Damaſc. de orth. fid. II. c. 29. Ab his eam ſuſceperunt Semipelagiani, tam veteres quam recentiores, Sociniani, Ieſuitae, Arminiani aliique, ut gratiae

universali et arbitrii humani libertati commodius patrocinarentur. Baumgarten *Polem.* I. 452 f.

d) Huic distinctioni, a Scholasticis repetitae (Petr. Lombard. I. sent. dist. 45.), Lutherus assensum praebuit in Comm. in Gen. c. 6. Opp. T. VI. Ed. Viteb.: „Nos, inquit, in N. T. habemus baptismum, coenam Domini, absolutionem et ministerium verbi: haec sunt, ut Scholastici vocarunt, *voluntas signi*, in quae intuendum est, quum Dei voluntatem scire volumus: alia est *voluntas beneplaciti*, substantialis Dei voluntas seu nuda ipsius maiestas, quae est Deus, ab hac removendi sunt oculi." Gerhard L. th. III. 200. Doederlein Institut Th. Chr. I. 315 ff. Ab aliis, ratione potissimum habita quorundam V. T. locorum Gen. 22, 1—14. Jes. 58. Ion. 3, 4 ff., vol. *signi* dicta est ea, quae consilium spectat, quod Deus se cepisse simulat, malum quidem simulans, at bonum intendens; vol. *beneplaciti* consilium, quod Deus re vera cepit. Baumgarten *Ev. Gl.* I. 424. — Verum neque narrationes istae mythicae, neque alia argumenta sanae rationi probare possunt distinctiones illas, quibus alii alias addiderunt aeque fere inanes, v. c. vol. *externam* et *internam*, *arcanam* et *revelatam*, *legalem* et *evangelicam*, *ordinariam* et *extraordinariam* s. *miraculosam*.

Contra theologos Calvinianos, qui his locis: Rom. 10, 12. 1 Tim. 2, 4. 2 Petr. 3, 9. non nisi *voluntatem signi*, *non seriam*, *non efficacem* significari, perperam statuerent, nostri sententiam contrariam defendere studuerunt. Gerhard l. l. Eckermann l. l. 191 ff.

§. 68.

Libertas summa et omnipotentia.

Voluntati divinae ante omnia attribuenda est summa et perfectissima *libertas* s. virtus ea, qua Deus nulli obnoxius voluntati vel rei externae (libertas *externa* s. cosmica) consilia capit cogitatis et rationibus perfectissimis consentanea (libertas *interna* s. moralis) (Ps. 33, 9. 115, 3. 135, 6. Rom. 9, 16. 11, 36. 1 Cor. 1, 21. 27. Ephes. 1, 3—5.), unde prodit absoluta eius αὐτοκρατορία (*Selbstbestimmung*) cum perfectissima ipsius conscientia (*Selbstbewusstseyn*) coniuncta (*Persönlichkeit*) [a]). Quum igitur omnis coeco quodam impetu at-

que arbitrio quidquam volendi et decernendi imbecillitas, ſicut indifferentia ad oppoſita, a Deo abhorreat, atque libertas illa ſimul optimis quibusque ducatur cauſis et conſiliis, haud male quaſi aeternis conſtricta vinculis neceſſitas dicitur *b*). Diſtinguunt libertatem *contradictionis*, qua Deus decernit, utrum agendum ſit nec ne, et libertatem *contrarietatis*, qua decernit, utrum ſic, an aliter ſit agendum.

Deinde voluntas Dei creatoris perfectiſſima neceſſario coniungitur cum *omnipotentia* ſ. facultate ea, quaecunque ipſi probata fuerint conſilia perfectiſſima, vi ſumma ſoloque voluntatis nutu efficiendi, ita, ut per Deum nihil non fieri poſſit, ſi abſceſſeris ab iis rebus, quae aut ſibi aut ſummae perfectioni repugnant *c*). Probatur haec divinae voluntatis virtus, ab idea creatoris rerum omnium haud ſeiungenda, graviſſimis ſcripturae ſ. effatis, ex quibus notionem efficaciae divinae apud Hebraeos ſenſim emendatam eſſe intelligitur: Gen. 2, 7. 18, 14. Iob. 26, 5 ff. 38, 4 ff. Pſ. 33, 6—9. Ieſ. 40, 12 ff. Ierem. 27, 5. Matth. 19, 26. Luc. 18, 27. Rom. 4, 18—21. 11, 36. Eph. 1, 3—11. 19. 3, 20. 21. 1 Tim. 6, 15. Hebr. 11, 3. Omnipotentia dividi ſolet in *abſolutam*, quatenus legibus naturae non utitur, velut in creatione et miraculis proprie ſic dictis efficiendis, et *ordinatam*; in *abſolute* operantem, ſi effectus nullis conditionibus adnexus eſt, et *hypothetice* operantem, e. c. in distribuenda vitae aeternae felicitate.

a) Bouterwek *Die Rel. d. Vernunft.* Gött. 1824. p. 374 ff. Cf. Bretſchneider *Entw. d. dogm. Begr. 3. A.* 401 f.

b) Henke Lin. fid. Chr. 65. Ammon *Wiſſ. prakt. Theol.* 71. Reinhard *Dog.* 129. Bretſchneider *Handb. d. Dogm.* I. 2. *A.* 361 f. Sententia contraria de *libero* numinis *arbitrio*, vel indifferentia ad oppoſita (Spinoza Epiſtol. 62.) et de *decreto abſoluto* errores iſtos peperit in doctrina de conſtitutione religionis arbitraria (§. 7.) et de praedeſtinatione (§. 146.) conſpicuos. Omnino Deum nihil impedit, quo minus per inſtrumentum mundi mechanicis legibus ab ipſo adſtrictum libere agat, quemadmodum animus noſter per inſtrumentum corporis

cum

cum eo coniuncti ſimiliter mechanicis et chemicis naturae ſuae legibus ſubiectum libere agere poteſt.

c) Auguſtin. de ſymbolo. I. 1. Gerhard L. th. III. 143 ff. De quaeſtione iſta abſurda: an Deus vere facere poſſit contradictoria? vid. Gerhard Loci th. I. 170. III. 154 ff. Bretſchneider l. l. 363.

§. 69.

Sanctitas.

Inter virtutes, quas voluntati Dei, quatenus ipſe auctor eſt legis moralis (Rom. 2, 14. 15.), recte vindicamus, longe princeps eſt *ſanctitas* (iuſtitia Dei *interna*), qua non niſi ea probat, quae perfectiſſimae legis moralis, quatenus haec in Deum cadit, cognitioni accommodata ſunt, et quaecunque illi repugnant, averſatur; unde fit, ut ſimile ſanctitatis ſtudium ab omnibus exigat naturis ratione praeditis. Quae, quum niſi regendis vincendisque ſenſuum cupiditatibus legi iſti obtemperare nequeant, virtutem tantum, neque vero ſanctitatem, ſ. ſanctitatem *relative* ſic dictam, non *abſolute* ſic dictam, aſſequi recte dicuntur. Argumenta autem huius divini attributi ducuntur *primum* ex eo, quod origo legis moralis non niſi ex ipſa Dei libera voluntate poteſt derivari; *deinde* ex ipſius voluntatis naturaeque divinae immutabilitate et ex illius abſoluta a ſenſuum illecebris immunitate: nec minus ex ipſa huius virtutis indole, qua reliqua Dei attributa amplectitur ad eaque referri debet, adeo, ut ea ipſa internam Dei naturam referat. Confirmatur praeterea ſcripturae ſ. dictis, notionem ſanctitatis divinae ſupra expoſitam probantibus: Levit. 19, 2. Deut. 32, 4. Iob. 31, 1 ff. Pſ. 5, 5—7. 15. 18, 26 ff. 50, 16—21. Matth. 5, 48. 19, 17. Io. 17, 17. 19. Act. 10, 35. Eph. 4, 24. 1 Io. 1, 5—7. 3, 3. 1 Petr. 1, 15. 16. Iac. 1, 13. 17. Neque tamen praetereundum eſt, partim nonnullas in libris ff. reperiri voces et formulas dicendi, in quibus non una

eademque ſanctitatis notio inſit [a]), partim haud deeſſe ſententias, in quibus notio ſanctitatis divinae nondum ad eam dignitatem, quae in poſterioribus, praecipue N. T., libris obtinuit, progreſſa ſit, velut Exod. 3, 22. 32, 10. Num. 31, 15. 17. Ioſ. 11. 2 Sam. 24, 1 ff. 17. Ceterum idea ſanctitatis Dei, quae verae religionis fundamentum eſt [b]), omni cum ſtudio in animis noſtris excitari et confirmari debet, ut quibuscunque conſiliis capiendis actionibusque regundis tanquam norma certiſſima praeſit. (Matth. 5, 48. 1 Petr. 1, 15. 16.)

a) Voces קָדוֹשׁ et ἅγιος proprie quidem ſignificant quidquid *ad uſus peculiares ſeparatur, conſecratur, immune ab impuritate,* (Exod. 19, 6. Eph. 1, 1. 4. 1 Petr. 2, 9.) ideoque *maxime colendum* eſt (Iſ. 6, 9. Hoſ. 11, 9. cf. Matth. 6, 9.); ſicut Romanis *ſanctum* eſt inviolabile. Cic. leg. III. 3. Neque tamen negari poteſt, cum vocibus iſtis poſtea notionem etiam puritatis internae ſ. honeſtatis perfectae coniunctam fuiſſe, cf. 1 Petr. 1, 15—17. Io. 17, 17—19. Epheſ. 4, 24. (ὁσιότης), unde ἅγιος apud Heſych. voce εὐσεβής redditur. Simili ratione uſurpantur voces חָסִיד = ὅσιος, pius, Pſ. 16, 10. 145, 17., טָהוֹר Prov. 22, 11. = καθαρός, purus a ſcelere, 1 Io. 3, 4., תָּמִים Pſ. 64, 5. Prov. 2, 21. Am. 5, 10. — ἁπλοῦς, integer. Vid. Doederlein Inſtit. I. 279 ff. Eckermann *Handb.* II. 240 ff. Varius vocum illarum uſus diverſas ſanctitatis definitiones progenuit, quibus non omnibus aeque perſpicue nota honeſtatis perfectiſſimae, ſine qua vera huius divini attributi notio informari nequit, impreſſa eſt. Cf. Quenſtedt Theol. didactico-pol. I. p. 292. „Summa omnisque omnino labis aut vitii expers in Deo puritas, munditiem et puritatem debitam exigens a creaturis." — Baier Comp. theol. poſit. 169. „Rectitudo divinae voluntatis, qua omnia, quae recta atque bona ſunt, aeternae ſuae legi conformiter vult." — Buddeus Inſtitt. th. dogm. p. 252. „Quando Deus ſe ipſum amore puriſſimo amare concipitur, ut ſimul ab omni imperfectione remotus, ſecretus, ſeparatus cenſeatur, amor ille vocatur ſanctitas." Reuſch Introductio in theol. revel. p. 321. „Separatio ab imperfectione omni et immunitas ab omni defectu atque malo." Mosheim Th. dogm. I. 292. „Sanctitas eſt immutabile propoſitum voluntatis Dei perfectionibus ſuis convenienter agendi." — Henke Lin. fid. Chr. p. 66. „Deus ab omni labe et vitio puriſſimus, omnis pravi oſor irreconciliabilis, boni rectique amantiſſi-

mus." — Ammon Summa Th. Chr. 92. „Conſenſus voluntatis liberrimae perfectiſſimus cum legibus intellectus ſapientiſſimi." Similiter Bretſchneider *Handb. d. Dogm.* I. 2. *A.* 365 ff. Cf. (Böhme) *Die Lehre von den göttl. Eigenſchaften. Nebſt Kritik der vom Hn. Ob. Ammon darüber vorhandenen Theorie.* Alt. 1821. p. 125 ff. — Reinhard *Dogmat.* 124. „Illud attributum, quo Deus non niſi honeſta et bona appetit et probat." — Schleiermacher *Der chr. Gl.* 130. „*Die göttl. H. iſt diejenige göttl. Eigenſchaft, vermöge deren in dem menſchl. Geſammtleben mit dem Zuſtande der Erlöſungsbedürftigkeit zugleich auch das Gewiſſen geſetzt iſt.*" — Ex argumentis ſupra propoſitis ſatis elucet, tantum abeſſe, ut opinari poſſimus, Deum legi morali eſſe ſubmiſſum, ut ſtatuamus, Deum libere et ſecundum naturam ſuam aeternam nunquam non probare, quae voluntati humanae a lege illa praeſcripta ſunt.

b) Reliqua Dei attributa v. c. omnipotentia, omniſcientia etc. nihil valent ad animum et vitam hominum regendam, nec internam Dei naturam vere adumbrant, quam ſola ſanctitatis notio recte conſtituta exprimit; quae niſi religionem adiuvat, omnis religio vi ſua morali deſtituitur, adeo, ut ea facillime ad ſuperſtitionem deflectat, omnibus cuiuscunque generis ſceleribus congruam. V. (Böhme) *Die Lehre von den göttl. Eigenſchaften.* p. 126. „*Wehe dem, wer in Gott auch objectiv ein anderes Moralgeſetz, als, welches uns von Ewigkeit da iſt, annimmt; ſeine Gotteslehre und ſeine Religioſität, wenn er ſich theoretiſch und praktiſch gleich bleibt, vernichtet ihm alle Moral.*"

§. 70.

Iuſtitia Dei.

Hac voluntatis divinae ſanctitate continetur eiusdem *iuſtitia* [a]) (iuſtitia *externa*), ſeu illud attributum, quo Deus ſanctiſſimus rectique amantiſſimus cuique naturarum legi morali obſtrictarum tantum tribuit veri boni, quanto quaeque dignam ſeſe praeſtiterit. Dividitur autem iuſtitia in *legislatoriam* (dispoſitivam ſ. antecedentem), qua Deus naturis ratione praeditis leges fert easdem, et *distributivam* (iudiciariam ſeu conſequentem), qua recte facientem quemque praemiis ornat, peccantem poenis afficit, aequiſſima quidem ra-

tione. (Rom. 2, 11 ff.) Iuſtitia vero distributiva dividitur in iuſtitiam *remuneratoriam* et *punitivam* ſ. vindicativam [b]). Leges a Deo repetitae dicuntur aut *naturales* ſ. neceſſariae, quae cognoſcuntur ex indole hominum morali rerumque creatarum natura, aut *poſitivae*, quae ſingulari quadam auctoritate divina patefactae et ſancitae perhibentur (§. 7.). Quo discrimine recte conſtituto, fons tantum legum diverſus, non argumentum earum plane diverſum ponitur. Quaecunque enim praecepta legum divinarum poſitivarum nomine ornantur, ea non niſi quatenus cum ſana ratione conveniunt, pro divinis recte habentur. Attamen leges poſitivae vulgo pro *arbitrariis* accipiuntur, quae ita comparatae dicuntur, ut rationis uſu ab homine cognoſci et comprehendi nequeant. Deum autem aliquid ex mero arbitrio conſtituere (§. 7. *b.*), numinis ideae, a rationibus humanorum legislatorum iudicumque omnino ſecernendae, prorſus repugnat [c]). Simili ratione et praemia, quae ſunt bona cum virtute vel *externe* vel *interne* coniuncta, et poenae ſ. mala cum peccato vel *externe* vel *interne* connexa, dividuntur in *naturalia*, quae ex ipſa factorum indole ſua ſponte proveniunt, et *poſitiva* [d]). Omnino et praemia et poenae ibi tantum locum habere poſſunt, ubi quis verus aut virtutis aut peccati auctor, mentis ſcilicet compos ac liber, exſtitit. Alio quodam ſenſu poenae *poſitivae* dicuntur, quae improbo malum aliquod infligunt, oppoſitae *privativis*, quae bonum aliquod ſubtrahunt. Iuſtitia divina recte dicitur *paedeutica*, quatenus Deus mala quaedam hominibus infligendo eos ad meliorem frugem perducere vel reducere cupit (1 Cor. 11, 32. Hebr. 12, 5 ff.), in quo omnis iuſtitiae divinae finis cernitur numine ipſo digniſſimus. Ideo diſtinguuntur poenae *correctivae* et *vindicativae* ſeu eae, quibus iuſtitia divina, qua talis, manifeſtatur. Poenas quoque poſitivas, ſcilicet quae non proveniunt ex ipſa factorum indole, et vindicativas a Deo iuſtiſſimo in-

ſligi, probatur poenarum naturalium in hac vita perſpiciendarum difficultate, quoniam neque culpae hominis puniendi usquequaque adaptatae ſunt, neque peccatorem quemque aeque attingunt. Accedunt ſcripturae ſ. effata, poenas poſitivas in vita futura infligendas adumbrantia, v. c. Matth. 8, 12. 25, 41—46. 2 Theſſ. 1, 6—11.

a) De vario uſu verborum צַדִּיק, צֶדֶק, צְדָקָה, quae nonnunquam, ſicut vox *δικαιοσύνη*, etiam ad bonitatem Dei referuntur, vid. Geſenius *H. Wörterb.* Eckermann *Handb.* II. 256 ff. — Storr de vario ſenſu vocis *δίκαιος* et cognatarum in N. T. Opuſcc. acc. I. 188 ff.

b) Nuper auctor libri: *Kritik des Begriffs von der Gerechtigkeit Gottes.* L. 1817., praeeuntibus aliis ſcriptoribus, quos affert Bretſchneider *Handb. d. Dogm.* I. 382 f., notiones iuſtitiae *remuneratoriae* et *punitivae* omnino vanas eſſe, demonſtrare conatus eſt, bona et mala quaevis, quae homini acciderint, non niſi adiumenta perfectionis eius moralis eſſe iudicans. Contrariam ſententiam recte tuetur Gerlach *Religionsphiloſophie.* p. 144 ff., itemque (Böhme) *Die Lehre von den göttl. Eigenſchaften.* p. 138 ff., qui hancce divinae iuſtitiae definitionem propoſuit: „*Gerechtigkeit iſt die abſolute Vollkommenheit des göttlichen Weſens, die moraliſche Welt dem Geſetz der Heiligkeit gemäſs zu richten.*" Cf. Schleiermacher *Der chriſtl. Glaube.* II. p. 139. „*Die göttl. Gerechtigkeit iſt diejenige Eigenſchaft, vermöge deren Gott in dem Zuſtande der gemeinſamen Sündhaftigkeit einen Zuſammenhang des Uebels mit der wirklichen Sünde ordnet.*"

c) D. J. C. Velthuſen de legibus divinis non ſimpliciter arbitrariis, in Commentt. theoll. ed. a Velth., Kuinoel et Ruperti, V. III. 185. 318 ff. et D. H. A. Piſtorius de legg. divinis non a mero Dei arbitrio proficiſcentibus, ibid. 216 ff. Eberhard *Apologie des Sokrates.* T. II. 258 ff. Henke Lin. fid. Chr. 70. Fi. *Magazin.* B. VII. 35 ff.

d) Doederlein Inſtit. Th. Chr. I. 341 ff. Bretſchneider l. l. p. 382 ff.

§. 71.

Continuatio.

Excitatur autem perſuaſio de iuſtitia divina partim conſcientia legis moralis, quae Deum eius, ſicut auctorem, ita etiam arbitrum ac iudicem, eſſe vult, partim ſanctitatis divinae cognitione, quae probitati non eandem, quam vitioſitati, ſortem impertiri poſſe ex ſanctae cuiusdam aequilibritatis (ἰσονομίας) lege [a]) demonſtrat, partim ſapientiae et bonitatis divinae notione recte conſtituta, qua Deum vel malis admittendis infligendisque verae hominum ſaluti conſulere intelligitur. Accedunt ſcripturae ſ. teſtimonia cum progreſſu temporis ad puriores iuſtitiae divinae notiones evecta. Quemadmodum enim Hebraei, ex aevi incultioris ingenio, leges potiſſimum rituales et civiles, quas Deum ſui ipſius cauſa praeſcripſiſſe ſibi fingerent, ab eo repetebant; ita et ſummam in tuendis iis ſeveritatem, imo iram atque vindictam aliasque eius generis affectiones humanas Deo tribuebant (Gen. 3, 6. 18. 19. Ex. 15, 7. 20, 5. 32, 10. 34, 7. Deut. 28, 63. Pſ. 7, 7 ff. 78, 31. al.) [b]), vel etiam poenas parentum a filiis eum repetere docebant (Ex. 20, 5. 34, 7. Deut. 5, 9. Ier. 32, 18. cf. Luc. 11, 49—51.); et quum poenas divinas aeque ac praemia ad hanc vitam et ad res externas tantum [c]) referre ſolerent, ipſo Ieſu Chriſti tempore etiam procliviores erant ad opinionem iſtam, qua quodvis infortunium, inprimis morbos graviores, peccatorum poenas eſſe putarent. (Matth. 9, 1 ff. Luc. 13, 2. Io. 9, 2. cf. Iob. 8, 11—22. 15, 20—35. 18, 5 ff. Pſ. 1. 34, 12 ff. 91. 92. Prov. 3, 1 ff. 4, 18 ſ. 10, 3 ff. 11, 3 ff. 12, 2 ff. Sir. 18, 21. 38, 10. 15. al.) Nihilominus in ipſis V. T. libris praeclarae exſtant iuſtitiae divinae ſignificationes, velut Gen. 18, 25. Deut. 10, 17. 18. Iob. 34, 10 ff. Pſ. 19, 12. 37, 37 ff. 73. Doctrina autem illa praeſtantiſſima de iuſtitia divina, cuius efficacia, quatenus poenis et praemiis *internis* potiſſimum

continetur, in hac vita haud raro nos latet, in futura vita nexum inter virtutem atque felicitatem optime confirmatura, a religionis Christianae doctoribus demum recte stabilita est: Matth. 5, 11 ff. 6, 19 ff. 11, 22—24. 25, 31 ff. Luc. 12, 47 ff. 19, 16 ff. Io. 5, 22. 27. 30. Rom. 1, 18. 2, 5—12. 2 Cor. 5, 10. Eph. 6, 8. 1 Thess. 4, 6. 2 Tim. 4, 8. 1 Petr. 3, 11. 1 Io. 4, 17. Verum etiam in hac vita iustitiae divinae vestigia in eo deprehenduntur, quod nemo improbus vera beatitate frui potest, siquidem male factorum conscientia cum moerore ac poenitentia saepissime coniuncta ubique eum persequitur, et bona eius splendidissima haud raro contaminat et perdit, id, quod in institutione populari gravissime urgendum est [d]).

a) Hanc aequalem tributionem, in rebus physicis conspicuam (cf. Cic. de nat. deor. I. 19. 39.) in moralibus quoque agnoscendam (Kant *Rechtslehre*. p. 197 ff.), Hebraei iure talionis significarunt Ex. 21, 24. Lev. 24, 20. Deut. 19, 21., de quo in vita communi non strenue persequendo rectius praecipitur Matth. 5, 38. 39. Ammon Summa Th. Chr. 96.

b) In N. T. ll. etiam haud raro commemoratur *ira* Dei, mitiore tamen sensu, v. Schleusner Lexic. in N. T. v. ὀργή. Durius Patres eccles. occid. de ira divina loquuntur, v. c. Tertull. adv. Marc. I. 25. 26. Lactant. l. de ira Dei. August. de libero arbitr. II. 1. — De variis super notione iustitiae disputationibus cum Socinianis, Arminianis, Dippelio et philosophis recentt. v. Gerhard L. th. III. 172 ff. Baumgarten *Polem.* I. 161 ff. Beck Commentt. 215 ff.

c) Bertholdt de ortu theologiae vett. Hebr. 24 ff.

d) Niemeyer *Pop. u. prakt. Theologie.* 6. *A.* H. 1823. 109 ff.

§. 72.

Benignitas Dei.

Voluntati divinae, quatenus Deus rebus creatis vita praeditis tribuit facultatem et occasionem felicitatis, pro sua cuiusque natura, sine aut dignitate ethica percipiendae, inest *benignitas*, s. amor [a]), s. bonitas,

quae recte praedicatur *primum immenſa*, ratione habita *tum* ambitus obiectorum, quae ea complectitur (Pſ. 57, 11. 145, 9.), *tum* copiae beneficiorum (Pſ. 103, 11. Eph. 1, 7.), *tum* perennitatis (Pſ. 103, 16. 17.); *deinde gratuita* (Rom. 11, 35. 1 Cor. 4, 7.), et praeſertim *ſancta* ſ. cum *iuſtitia*, quemadmodum omnes numinis perfectiones non niſi aptae ac nexae inter ſeſe cogitari debent, arctiſſime coniuncta. (Rom. 2, 4. 5.) Cognoſcitur haec numinis virtus non modo e ſanctitate divina et documentis in rerum natura obviis luculentiſſimis [b]) (Pſ. 8. 104, 10 ff. Matth. 5, 45. 6, 25 ff. Act. 17, 25. 14, 17.), ſed etiam ſcripturae ſ. effatis, quae ſummis laudibus variisque nominibus eam extollunt (Pſ. 33, 5. 119, 64. 136, 5—9. 145, 9. Matth. 5, 45. 6, 25 ff. 7, 9—11. Luc. 12, 6. 24. Act. 17, 25—28. Rom. 2, 4. Eph. 2, 4. 1 Tim. 6, 17. 1 Io. 4, 8.), et ipſo religionis Chriſtianae inſtituto declaratam (Io. 3, 16. 1 Io. 4, 9. 10. Rom. 5, 8. Tit. 2, 11.); etſi non deſunt in V. T., quae *particularismum* Iudaicum referant [c]) (Deut. 32, 6. 2 Sam. 7, 14 ff. Ieſ. 63, 15 ff. Ier. 31, 9.), ab Ieſu Chriſto et Apoſtolis per doctrinam de Deo omnium hominum patre (Matth. 6, 9. 15. Rom. 8, 15. Eph. 4, 6.) convulſum. Quodſi vero nonnulla ſunt in rerum natura vitaque humana (mala *phyſica* et *moralia* §. 112.), quae benignitati numinis repugnare videantur, ea vel ad limites rerum creatarum et finitarum neceſſarios, vel ad providentiae divinae ὁδοὺς ἀνεξιχνιάστους (Rom. 11, 33.) referenda ſunt. Inprimis vero malorum moralium culpa in ipſos homines cadit; idque ſalva divini numinis benignitate fieri, vel inde patet, quod peccandi poteſtas tolli prorſus non poterat, niſi omni hominis libertate ſublata.

a) *Bonitatem* a *benignitate* discernit, praeeunte Auguſtino de natura boni. c. 1. et de trinit. VIII. c. 3., Ammon Summa Th. Chr. 94. *Bonitatem* repetit ab aeterno boni ſummi cum creaturis communicandi decreto et diſtinguit in illa *benignitatem*, tanquam fontem beneficiorum externorum ſenſibus

percipiendorum. Cf. (Böhme) *Die Lehre v. d. göttl. Eigenſchaften.* p. 128 ff. „*Die Allgütigkeit iſt Gottes abſolute Vollkommenheit, Gutes dem Geſetz der Heiligkeit gemäſs für die moraliſche Welt auszutheilen*", quod rectius ad Dei amorem, qui proprie ita dicitur, referri videtur. Bretſchneider *Handb. d. Dogmat.* I. 2. *A.* p. 386 ff. Latiore ſignificatu voc. *amoris* definivit Bouterwek l. *Die Rel. der Vernunft.* Gött. 1824. p. 387. „*Unſere Sprache hat nur ein einziges Wort, den Inbegriff aller moraliſchen Eigenſchaften des abſolut vollkommnen Geiſtes durch eine ſichere Andeutung zu bezeichnen. Es iſt ausgeſprochen in dem chriſtlichen Dogma: Gott iſt die Liebe.*"

b) Cic. de nat. deor. I. 44. II. 39. Jacob *Allgem. Religion.* 353 ff. Döderlein *Religionsunterr.* V. 177 ff. Eckermann *Handb.* I. 298 ff. — Antiquiſſimas opiniones de divina benignitate ſignis quibusdam cognoſcenda adumbravit Ruperti in Henke *Magaz.* VI. 186 ff.

c) Ammon *Bibl. Theol.* I. 175 ff.

§. 73.

Continuatio.

Benignitas, ubi peculiaris, quo vim ſuam exſerit, modus reſpicitur, variis diſtingui ſolet nominibus. *Amor* (חֶסֶד, *ἀγάπη*) haud raro dicitur ſenſu anguſtiore, ſi ad naturas libertate morali praeditas refertur (Deut. 33, 3. Matth. 6, 9. 23, 9. Io. 3, 16. 1 Io. 4, 8. 16.); *humanitas* (*φιλανθρωπία*) peculiarem amorem erga homines ſignificat (Tit. 3, 4.). *Gratia* (חֵן, *χάρις*) dicta eſt benignitas Dei erga indignos (Pſ. 51, 3. Matth. 5, 45. Rom. 3, 24. Eph. 1, 6. 7.) [a]), *miſericordia* (רַחֲמִים, *ἔλεος, οἰκτιρμοί, σπλάγχνα τοῦ ἐλέους*) benignitas erga miſeros cuiusvis generis (Iſ. 47, 6. Luc. 1, 72. 78. 2 Cor. 1, 3.), *longanimitas* ſ. clementia (אֶרֶךְ אַפַּיִם, *μακροθυμία*) benignitas, qua Deus peccatorum poenas differre dicitur (Ex. 34, 6. Ier. 15, 15. Rom. 2, 4.), *patientia* (*ἀνοχή*) benignitas in tolerandis hominum peccatis (Rom. 2, 4. 3, 25. 9, 22. 1 Petr. 3, 20.), *lenitas* (*χρηστότης*) benignitas in mi-

tigandis peccatorum poenis. (Rom. 11, 22.) [b]). Cavendum hic quoque, ne affectiones humanas Deo adfingamus, aut falsis benignitatis divinae notionibus inhaerentes legum moralium severitatem relaxare videamur. Ceterum, quod olim nonnulli proposuerunt, discrimen inter amorem Dei *naturalem* s. necessarium, qui dirigitur in eum ipsum, et *universalem*, qui pertinet ad res creatas omnes in universum, cuius pars est amor *particularis* in res creatas ratione praeditas, homines maxime et pios prae reliquis, iam praeterire licet [c]).

a) Quoniam nemo mortalium, ne optimus quidem, merito ac iure suo beneficia a Deo exspectare potest, omnis Dei benignitas gratia recte dicitur. (Böhme) *Die Lehre v. d. göttl. Eigenschaften.* p. 133 ff.

b) Pleraeque voces illae promiscue usurpantur in V. et N. T. locis. — Ammon *Bibl. Theol.* I. 142.

c) Baumgarten *Ev. Glaubensl.* I. 386 ff.

§. 74.

Constantia et veracitas.

Voluntatis perfectissimae, quae eadem sanctissima est, notio includit simul hoc, Deum, et ἠθικῶς intellectum, semper eundem esse, et voluntatis divinae affectiones nullo modo variari posse, quae *constantia* Dei s. voluntatis eius immutabilitas nominatur, variis librorum sacrorum testimoniis confirmata (v. c. Num. 23, 19. 1 Sam. 15, 29. Ps. 33, 11. Mal. 3, 6. Rom. 3, 3. 4. 11, 29. Hebr. 6, 17. 18. 2 Tim. 2, 13.); etsi in nonnullis V. T. locis humanae poenitentiae affectus ad Deum (*anthropopathice*) transfertur, velut Gen. 6, 7. Ier. 18, 7 ff. 26, 19. Ion. 3, 1. Ad virtutem illam prope accedit *veracitas*, qua quaecunque Deus fallere nescius de sua voluntate atque consiliis hominibus patefecit, voluntati ipsius immutabili omni modo consentiunt. Cognoscitur haec numinis virtus tum ex intelligentia eius perfectissima, tum e voluntate eius sanctis-

sima; in libris ff. vero eius notio ad sententias de revelatione Dei supernaturali mythicas accommodatur et refertur ad omnia, quae Deus dicitur homines immediate edocuisse (Num. 23, 19. Ps. 119, 38. Io. 17, 17. Tit. 1, 2.), praedici iis iussisse (Iesa. 40, 8. 41, 22.) promisisse (1 Reg. 8, 56. Ps. 33, 4. Mal. 3, 6. Rom. 3, 3. 2 Cor. 1, 18—20. 1 Thess. 5, 24. Hebr. 6, 16—18.), aut minatus esse. (Hebr. 3, 18. 19.) Omnino quum sine veracitate honestas et probitas prorsus esse nequeat, idea Dei veracissimi, quippe qui legibus moralibus ab ipso repetendis in aeternum vindex est gravissimus iustissimusque, in religionis institutione sedulo tractari atque illustrari debet.

§. 75.

Beatitas et maiestas Dei.

Ex tot tantisque Dei attributis nascitur eiusdem *beatitas* perfectissima s. ea divinae naturae conditio, qua Deus omnis vitae et felicitatis rerum creatarum auctor conscientia virtutum suarum perfectissimarum et efficaciae summae (unde et vita perfectissima ei tribui solet) [a]), semper et necessario fruitur [b]) (Ps. 16, 11. 50, 10—14. Act. 17, 24—28. 1 Tim. 1, 11. 6, 15.); atque *maiestas* eius (כָּבוֹד, δόξα) [c]), θειότης Rom. 1, 20.) s. complexus virtutum perfectissimarum a creaturis intelligentibus summa cum veneratione prosequendus [d]). (Ps. 19, 2. 96, 3. 4. Iesa. 6, 3. Rom. 1, 20. Eph. 1, 14.) Maiestas etiam *gloria* Dei *interna* dicitur, ab *externa* discernenda, quae est summa Dei perfectio, quatenus a rebus creatis agnoscitur et colitur. (Ps. 29, 1. 2. 104, 1. Iesa. 63, 7. Rom. 11, 36.) Huic tali ac tanto Deo, primum ob hanc ipsam magnitudinem, summa debetur veneratio, cum intimo sensu humanae tenuitatis (ταπεινότητος); deinde ut legislatori sapientissimo, venerabunda obtemperatio; denique ut summorum beneficiorum auctori, gratus animus, immota

fiducia, imitatio diligens. Omnino decet hominem, cogitationem omnem naturae divinae convertere ad argumenta virtutis (Matth. 5, 8.), ſenſus vitamque referre ad Deum, cogitationibusque de eo frequenter immorari, quae vere dicitur vita in Deo acta ſeu Deo conſecrata, a ſcriptoribus ſſ. commendata. (Rom. 6, 11. Gal. 2, 19. Phil. 3, 20. 1 Io. 4, 16.)

a) Reinhard *Dogmat.* 132 ſ.

b) Cf. Gerhard L. th. II. §. 306. „Deus ſuam perfectionem per intellectum plene cognoſcit, et per voluntatem ſumme amat, inque ea pacate et quiete acquieſcit, ex qua acquieſcentia oritur *gaudium*, quo Deus ſe ipſo tanquam ſummo bono delectatur." Calov. Syſtem. loc. th. II. p. 229. et Buddeus Dogmat. p. 263. beatitatem Dei ad iucundiſſimum ſui ipſius *ſenſum* referunt, qui quidem proprie in Deum non cadit. Vid. tamen (Böhme) *Lehre v. d. göttl. Eigenſchaften.* 182 ff. „*Seligkeit — die abſolute Vollkommenheit des Seyns in der Selbſtzufriedenheit.*" Bouterwek *Die Religion der Vernunft.* p. 384.

c) Exſtant loci nonnulli in libris ſſ., qui rudioris aevi cogitandi atque imaginandi indolem referentes numen divinum nubis ſpecie aut nimbo fulgente involutum repraeſentant, velut Ex. 19, 16 ff. 24, 16. 33, 17—23. 40, 34. 1 Reg. 8, 10. 11. 2 Paral. 7, 1. Luc. 2, 9. Act. 7, 2. 2 Cor. 3, 18. 1 Tim. 6, 16. Ebr. 1, 3. Jodoci Vitringa Diſſ. de δόξῃ numinis, in obſervatt. ſacris. T. I. 161 ff. Buxtorf Lexic. rabb. et chald. ſ. voce שְׁכִינָה. Ammon *Bibl. Theol.* I. 97 ff. Omnino mentem humanam, non niſi ſenſim ac difficillime e *Feticismi*, *Anthropomorphismi* et *Emanatismi* erroribus ad puriores de numine ideas emergentem, ad varios ſubinde imaginationis luſus erroresque deflexiſſe, omnis religionis hiſtoria abunde docet. Cf. Meiners *Allgem. krit. Geſchichte d. Religionen.* T. I. l. 2.

d) Baumgarten *Ev. Glaubensl.* I. 236 ff.

CAPUT III.

DE TRINITATE DEI.

§. 76.

Doctrina eccleſiaſtica.

Praeter attributa ſupra commemorata ex multis ſcripturae ſ. effatis ab eccleſiae doctoribus alia quaedam divinae naturae proprietas interna efficta eſt, quae *trinitatis* (τριάδος) [a]) nomine inſignita, quum intellectus et rationis fines excedat, tanquam *myſterium* idemque longe graviſſimum, in libris ſymbolicis quoque, omnibus, qui veri Chriſtiani haberi volunt, certiſſime credenda iniungitur [b]). Summa huius doctrinae, quae articulum fidei omnino *purum*, qui dicitur (§. 23.), exhibet, cernitur in eo, quod in Deo uno eſſe exiſtimantur tres *perſonae* (πρόσωπα, ὑποστάσεις, ὑφιστάμενα) eiusdem *eſſentiae* ſ. naturae ſ. ſubſtantiae (*conſubſtantiales*, ὁμοούσιοι), h. e. quae unam eandemque eſſentiam divinam inter ſe habeant communem, *coaeternae* et *coaequales*, ſed a ſe invicem *realiter diſtinctae* (non *diverſae*), pater, filius et ſpiritus ſanctus [c]). *Eſſentia* Dei (οὐσία), quam alii, perperam quidem, a ſubſtantia discernunt [d]), eſt complexus perfectionum infinitarum, quibus ab omnibus aliis rebus diſtinguitur. *Perſona* autem dicitur *ſuppoſitum* intelligens, et individuum *ſubſiſtentiae* incompletae, per ſe libere agens et omnium perfectionum divinarum particeps [e]). *Subſiſtentiam incompletam* eum vocant exſiſtendi modum, quo individuum aliquod ſine quodam alio, per quod ſubſiſtit (ſubſiſtentia *perſonalis*), non poteſt eſſe, ita quidem, ut neque pars, neque qualitas in illo ſit, ſed quod proprie, i. e. tanquam individuum, ſubſiſtit [f]). Quibus poſitis, tria illa ſubiecta ſubſiſtentiae incompletae efficere dicuntur unam et non diviſam ſubſtantiam completam. Trinitate illa *reali* poſita, apparet,

nomen Dei partim *subſtantialiter* ſ. eſſentialiter (οὐσιωδῶς), de ſubſtantia divina, quae trium perſonarum communis eſt, v. c. Io. 4, 24., partim *perſonaliter* (ὑποστατικῶς), de ſingulis his perſonis recte dici poſſe, v. c. Io. 1, 1.

a) Vocabulum *trinitas* primum uſurpatum eſſe videtur a Tertulliano in libro peculiari de trinitate, qui tamen aetatem non tulit, et in libro adv. Praxeam. *Τριὰς*, vox non biblica (ἄγραφος), in inſcriptione libri, qui Iuſtino M. tribuitur, ἔκθεσις πίστεως περὶ τῆς ὀρθῆς ὁμολογίας, ἤτοι περὶ τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου τριάδος legitur, apud Theophilum Antioch. ad Autol. II. c. 51., ſaepius apud Clementem Alex. Strom. l. V. Cf. Lutheri opp. XI. p. 1549. ed. Walch. Idem *triplicitatis* (*Dreifaltigkeit*) nomen damnavit. XIII. p. 2631. Nomen *Dreieinigkeit* ex obſoleto loquendi uſu prodiit, vocem *einig* pro *ein*, *einzig* ſubſtituente. Vid. Deut. 6, 4. Iac. 2, 19. al. in verſione bibliorum ſſ. vernacula.

b) Symb. Athanaſ. „Quicunque vult ſalvus eſſe, ante omnia opus eſt, ut teneat catholicam fidem. Quam niſi quisque integram inviolatamque ſervaverit, absque dubio in aeternum peribit. Fides autem cath. haec eſt, ut unum Deum in Trinitate, et Trinitatem in unitate veneremur." p. 2. ed. Rechenb. Unitate vero idem ſignificatur, quod in Conf. Aug. art. I. p. 9. una eſſentia divina dicitur.

c) Symb. Athanaſianum. (Cf. Athanaſ. de ſ. trinitate. Opp. ed. Colon. II. 158 ſſ. Io. Damaſc. de orth. fid. I. c. 8 ſſ.) Auguſt. Confeſſ. Art. I. 9. „Una eſt eſſentia divina, quae appellatur et eſt Deus, aeternus, incorporeus, impartibilis, immenſa potentia, ſapientia, bonitate, creator et conſervator omnium rerum et tamen tres ſunt perſonae, eiusdem eſſentiae et potentiae, et coaeternae, Pater, fil. et ſp. ſ. Et nomine *perſonae* utuntur ea ſignificatione, qua uſi ſunt in hac cauſa ſcriptores eccleſiaſtici, ut ſignificet non partem aut qualitatem in alio, ſed quod proprie ſubſiſtit." Apol. prolog. 50. „Una eſt eſſentia divina, individua etc. et tamen tres ſunt diſtinctae perſonae eiusdem eſſentiae divinae et coaeternae, Pater, fil. et ſpir. ſ." Artt. Smalcc. P. I. Art. I. 303. „Pater, filius et ſp. ſ., in una divina eſſentia et natura, tres diſtinctae perſonae, ſunt unus Deus, qui creavit coelum et terram." Form. Conc. Sol. declarat. praef. p. 632. et in fin. 829 ſ. ed. Rechenb. — Melanchthon Loc. th. 12. 50. ed. 1550. Chemnitz Loci theol. I. 78 ſſ. Calov. Syſt. III.

240 ff. Quenſtedt Theol. did. polem. I. 318 ff. Gerhard Loc. th. III. 251.

d) Gerhard L. th. I. 198. III. 251 ff. Reinhard l. l. 152. Cf. Auguſtin. de trinit. V. c. 8. „Dictum eſt a noſtris Graecis, una *eſſentia*, tres *ſubſtantiae* h. e. una οὐσία, tres hypoſtaſes; — a Latinis una *eſſentia* vel *ſubſtantia*, tres perſonae, quia non aliter in ſermone noſtro, h. e. latino, *eſſentia* quam *ſubſtantia* ſolet intelligi." Ibid. VII. c. 6. Hic uſus in eccleſia occidentali ſemper praevaluit, et librorum ſymbolicorum auctoritate confirmatus eſt. Cf. Symb. Athan. „Unum Deum in Trin. veneramur — neque confundentes perſonas, neque *ſubſtantiam* (i. q. *eſſentia* in Conf. Aug.) ſeparantes." Vocabuli ὑπόστασις, quod Hebr. 1, 3. et ab ipſo Athanaſio, ab Epiphanio, Cyrillo utroque et Hieronymo pro οὐσία dictum eſt, inde a concilio Conſtantinop. a. 381. habito uſus ille invaluit, quo *perſonam* (πρόσωπον) ſignificat. Theodoret. Epiſt. ſynodica in Hiſt. Eccl. l. V. c. 8. Quenſtedt I. p. 344. „Diſting. inter *Deum* et *habentem Deitatem*. Recte dico: tres eſſe habentes Deitatem, non vero: eſſe tres Deos. — Item non dico: ſunt tres omnipotentes, aſt dico: ſunt tres habentes omnipotentiam, vel, tres ſunt unus omnipotens. Iuxta Athanaſii ſymb.: Quia eſt una Deitas, omnipotentia, aeternitas, infinitas etc. in tribus perſonis."

e) Buddeus Inſt. theol. dogm. 301. Baumgarten *Ev. Glaubensl.* I. 427 ff. Reinhard *Dogm.* 154. Bretſchneider *Handb. d. Dogm.* I. 2. *A.* 405 ff.

f) Melanchthon Loci th. l. l. Chemnitz L. th. I. 78 ff. Reinhard l. l. — *Subſiſtentia perſonalis* (non *naturalis*) dicitur modus certus *exſiſtentiae*.

§. 77.

Continuatio.

Quae de patre nec creato nec genito, de filio a patre genito, et de ſpiritu ſ. ex patre filioque procedente, in libris ſymbolicis ſimpliciter tradita ſunt [a]), ea theologi eccleſiae evangelicae, praeeuntibus Patribus et theologis ſcholaſticis, ita ſubtilius conſtituenda putarunt: Complexus notarum, et *internarum* et *externarum*, quibus perſonae divinae inter ſe differunt, ita,

ut non poſſit altera cum altera commutari, appellatur *character hypoſtaticus* (γνωρίσματα, ἰδιώματα σχετικά). Notae *internae*, quae pendent ex rationibus quibusdam ad eſſentiam divinam pertinentibus ſine ulla relatione ad res creatas, nominantur *actus perſonales* ſeu hypoſtatici, et *opera ad intra* ſ. immanentia, quia conſiſtunt actionibus uni vel duabus perſonis propriis. Patris nimirum fuit, ab aeterno *generare* filium, quod e Pſ. 2, 7. coll. Act. 13, 33. Hebr. 1, 5. repetitum, ſic explicatur: in patre eſt ratio, cur filio perfectiones divinae hoc nec alio modo ab aeterno competant, ita quidem, ut pater non ſit *cauſa exiſtentiae*, ſed *ratio ſubſiſtentiae* filii, et *ſpirare* ſpiritum ſ., qua formula modus definitur, quo ſpiritus ſit eſſentiae divinae particeps. Filio tribuitur actus ille perſonalis, quod ſimul cum patre ſpirat ſpiritum, unde ſpiritus ſ. *procedere* dicitur a patre filioque. (Io. 15, 26.) [b]). Quodſi notae internae, tanquam praedicata ſingulis perſonis propria cogitata fuerint, *proprietates perſonales* appellantur. Sic pater dicitur *generans*, *ſpirans*, ἀγέννητος, ἄπνευστος, filius *ſpirans*, *non generans*, γεννητός et ἄπνευστος, ſpiritus *non generans*, *nec generatus*, ἐκπόρευτος. E rationibus iſtis perſonarum internis, *in abſtracto* conſideratis, prodeunt *notiones perſonales*, *paternitas* ſ. generatio activa et *ſpiratio activa*, item ἀγεννησία et ἀπνευστία, quae patri ſunt propriae, *generatio paſſiva* ſ. filiatio (γέννησις) et *ſpiratio activa*, quae filio, et *ſpiratio paſſiva* ſ. proceſſio (ἐκπόρευσις, ἔκπεμψις), quae ſpiritui ſ. tribuuntur. Univerſa vero ratio, tum *active* et *affirmative*, tum *paſſive* et *negative* finita, qua quaevis perſona ſubſiſtendo a reliquis differt (ſubſiſtentia *perſonalis*, non *naturalis*), et qua omnis eius character hypoſtaticus, quatenus ad notas internas pertinet, abſolvitur, τρόπος ὑπάρξεως nominatur, i. e. complexus proprietatum et notionum perſonalium. Quibus poſitis, perſonae divinitatis diſtingui dicuntur non *eſſentialiter*, quia una eſt trium perſonarum eſſentia,

non

non *accidentaliter*, quia Deus est purissimus actus, in cuius essentiam nulla cadunt accidentia, sed *personaliter*, s. τρόπῳ ὑπάρξεως; alia enim persona est pater, alia filius, alia spiritus s. [c]).

a) Symb. Nic. Athanas. Artt. Smalcc. I. 1.

b) Baumgarten l. l. 498.

c) Gerhard L. th. IV. c. 7. — Bretschneider *Syst. Entwickl. d. dogmat. Begriffe.* 3. *A.* 407 ff.

§. 78.

Continuatio.

Notae, quibus personae divinae differunt, *externae* et *opera ad extra* s. *externa* s. *transeuntia* dictae, quoniam transeunt operando in res obiectas extra Deum, sunt eae, quae ex actibus ad res creatas pertinentibus pendent. Sunt vel *oeconomica*, nomine ex Eph. 1, 10. ducto, i. e. ea, quae ad generis humani salutem per Christum reparandam spectant: pater ablegavit filium ad homines redimendos et mittit spiritum hominibus, filius ablegatus est a patre et mittit spiritum, spiritus s. formavit et unxit humanam Christi naturam et in hominum animos mittitur; vel *attributiva* s. communia, i. e. ea, quae, quanquam sunt tribus personis communia, tamen in libris ff. adscribuntur plerumque singulis, v. c. quod pater creavit et conservat omnia per filium, filius creavit mundum, mortuos resuscitabit atque iudicium supremum exercebit, spiritus s. autem prophetis revelavit voluntatem Dei et applicat hominibus salutis remedia. Distinctionibus istis minime tollitur personarum absoluta aequalitas, nec numinis unitas, ita, ut „in trinitate nihil prius aut posterius, nihil maius aut minus, sed totae tres personae coaeternae sibi sint et coaequales, et ut per omnia unitas in trinitate et trinitas in unitate veneranda sit." [a]). Ceterum ecclesia evangelica, reiectis Pontificiorum de invocatione

Sanctorum [b]), de *hyperdulia* (ὑπερδουλεία) s. cultu religioso, soli humanitati Christi et matri eius praestando, et de *dulia* (δουλεία) s. adoratione ceterorum Sanctorum, commentis [c]), quae scripturae s. effatis iisdemque sanae rationi probatis repugnent (Matth. 4, 10. Deut. 6, 13. 14. 10, 20. Ies. 42, 8.), praeter summum numen nullam naturam eiusmodi cultu prosequendam esse, recte praecipit [d]).

a) Symb. Athanas. art. XXIV et XXV. (§. 76. *b*.)

b) Conc. Trid. Sess. XXII. can. 3. XXV. Catech. Rom. P. III. De cultu et invoc. Sanctorum.

c) Bellarmin. de Sanctor. beat. I. c. 7. 8. 12. 14. Cf. Gerhard L. th. XVIII. 95 ff. Dallaeus Adversus Latinorum de cultus religiosi obiecto traditionem disput. Genev. 1664. 4.

d) Conf. Aug. art. XXI. p. 19. „De cultu Sanctorum docent, quod memoria Sanctorum proponi potest, ut imitemur fidem eorum et bona opera iuxta vocationem. — Sed scriptura non docet invocare Sanctos, s. petere auxilium a Sanctis. Quia unum Christum nobis proponit mediatorem, propitiatorem, pontificem et intercessorem." Apolog. IX. p. 223 ff. Artt. Smalcc. P. II. Art. III. 310 f. Gerhard L. th. XVIII. 87 ff. Quenstedt Theol. did. pol. IV. 359 ff. Reinhard *Dogmatik*. 160 ff.

§. 79.

Doctrina biblica.

Introductio.

Quanquam nullus exstat scripturae s. locus, quo universa illa doctrina claris et distinctis verbis tradita atque finita sit, nullus, quo vocabulum τριάδος reperiatur, vel *personarum* in Deo distinctio earumque ὁμοουσία commemoretur: nihilo minus doctores ecclesiastici dogma illud non solum N. sed etiam V. T. dictis probare et contra reprehensiones quascunque tueri conati sunt. Et in V. quidem T. locis huc relatis spectantur *primum* nomina אֱלֹהִים, שַׁדַּי, אֲדֹנָי (v. c. Iob. 5, 17. 35, 10. Ps. 149, 2. Ies. 54, 5. Eccl. 12, 1.);

deinde dicta, quae Deum de se ipso plurali numero loquentem inducunt (Gen. 1, 26. 3, 22. 11, 7. Ies. 6, 8.); *tum* ea, quibus Iehova ab Iehova discerni videtur (Gen. 16, 7. 13. 18, 13. 14. 19, 24. Ex. 3, 2 ff. 23, 20. 21. Iud. 6, 10—24. Ps. 2, 7. 45, 7. 8. 110, 1. 2. Ies. 61, 1. Ier. 23, 5. 6. Hos. 1, 4. 7.); *denique* ea effata, quae trium in Deo mentionem faciunt (Num. 6, 24—26. Ies. 6, 3. Ps. 33, 6. Ies. 48, 12. 16.). His vero ex aevi rudioris e Polytheismo emergentis ingenio, ex usu pluralis maiestatici, enallage numeri, et e notione Dei tanquam stipati ministrorum exercitu, nec minus e sermonis incultioris poetici ac mythici indole explicandis, vim dogma illud probandi minime inesse, nemo linguarum orientalium peritus hodie diffitetur [a]); licet semina dogmatis, e prosopopoeia attributorum divinorum potissimum [b]) (Ies. 11, 2. Prov. 8, 22 ff. Sap. 7, 22 ff. 8, 3. 9, 1 ff.) et virium singularum e numine quasi progressarum [c]) (§. 60. *g.*) exorti, aliisque populis haud incogniti [d]), per V. T. libros sparsa, facile deprehenderit. Accedit, quod doctores Israelitarum et Rabbini, a quavis pluralitate in Deo abhorrentes, nullo tempore doctrinam istam in V. T. agnoverunt. Veruntamen negari nequit, adesse in libris N. T. nonnulla Pauli maxime et Ioannis dicta, quibus filius Dei et spiritus s. in aliquam divini honoris societatem admitti videantur, quorum duplex classis distingui solet, altera eorum, quae patrem, filium et spiritum s. simul commemorant, altera aliorum, quibus sigillatim de illis exponitur. Ad recte intelligenda utriusque classis dicta probe tenendum est, non propria Iesu Christi verba ibi referri, sed partim effata eius, prout ab aliis aliter intellecta et per traditionem varie exornata fuerint, partim singulorum scriptorum ss. iudicia, nec ubivis sibi consentanea, nec satis perspicue enunciata.

a) Geo. Calixt. Diss. de mysterio trinitatis, an ex solis V. T. libris possit demonstrari? 1649. Trinitas, utrum κατὰ τὸ ῥητόν, an κατὰ τὴν διάνοιαν in ll. ss. tradita sit, quaesitum. —

Eckermann *Handb.* II. 614 ff. Reinhard *Dogmat.* 135 ff. Bretſchneider *Handb. d. Dogmat.* 2. *A.* 426 ff.

b) Eichhorn *Ueb. die Perſonificationen d. Eigenſchaften Gottes unter den ſpätern Juden*; in *Biblioth. für bibl. Lit.* III. St. 2. Paulus *Kommentar.* B. IV. *Einleit.* Bretſchneider *Syſt. Entwickl. d. Dogmatik u. Moral der Apokr. des A. T.* I. 194 ff. Bellermann *Ueb. d. Gemmen d. Alten mit d. Abraxas-Bilde.* 3tes St. B. 1819. 23 ff.

c) Bertholdt Chriſtologia Iudaeorum Ieſu Apoſtolorumque aetate illuſtrata. Erl. 1811. 105 ff.

d) Ammon *Bibl. Theol.* I. 160. Cf. Pfanner Syſt. Th. gent. c. III. De trinitate Aegyptiorum vid. Jablonsky Pantheon Aegypt. Vogel *Ueb. d. Religion d. alten Aegypter u. Griechen.* Nürnb. 1793.; — de tr. Indorum v. Anquetil du Perron Oupnekhat, h. e. decretum tegendum — 2 Voll. Argent. 1801. 4. I. 8 ff. Schlegel *Weisheit d. Indier.* 108 ff. Fr. Mayer *Brahma, od. die Religion d. Indier als Brahmaismus.* L. 1818. p. 37. „*Maja* (*Maſcha*), *das ewige göttliche Wollen oder ewige Liebe, machte ſichtbar durch Miſchung mit Atma, dem groſsen Lichtweſen, die Trimurti oder in einem Ganzen vereinigten drei, Brahma und Wiſchnu und Rudra.*"; — de tr. Platonica v. Cudworth Syſt. intell. I. 635 ff. Tiedemann *Geiſt d. ſpeculat. Philoſophie.* II. p. 118 ff. Tennemann *Ueb. d. göttl. Verſtand aus der Platon. Philoſophie*; in Paulus *Memorabilien*, St. I. Wundemann *Geſch. d. Chr. Glaubenslehren.* I. 186 ff.; — de tr. Cabbaliſtarum v. Eichhorn *Bibl. d. bibl. Lit.* III. St. 2. (Hallenberg) *Die geheime Lehre d. alten Orientaler u. Juden.* Roſt. u. L. 1805. 93 ff. 165 ff. De ortu dogmatis Chr. de trinitate e doctrina Philonis de θεῷ, λόγῳ καὶ πνεύματι θείῳ v. Wundemann l. l. 194 ff. et Stahl in Eichhorn *Bibl. d. bibl. Lit.* IV. 814 ff. — Omnino incultior quilibet animus et phantaſiae ludibriis obnoxius promtiſſimus eſt ad numen quaſi dividendum eiusque virtutes ſeorſim cogitatas pro diverſis Dei ſubſtantiis ſeu naturis habendas.

§. 80.

Teſtimonia primae claſſis.

Ad dictum illud, quondam pro claſſico habitum, 1 Io. 5, 7., iam minime provocare licet, quum ſpurium eſſe argumentis et externis et internis ſatis validis

demonſtratum ſit [a]). Ante omnia autem nobilis ille locus, mandatum baptismale exhibens, apud Matth. 28, 19. [b]), dogmati de trinitate ſententiae ab ipſo Ieſu Chriſto profectae ſpeciem conciliaſſe videtur; attamen etſi patrem, filium et ſpiritum ſ. vere diſtinguit, filium et ſpiritum ſ. eiusdem cum patre et eſſentiae et dignitatis eſſe neutiquam oſtendit, nec aliud quidquam recte intellectus ſignificare poteſt, quam ut Chriſtiani religione ea obſtringantur, quae Deum eſſe patrem hominum, Ieſum Meſſiam, et ſpiritum ſ. ſingularem quandam Dei vim perſonae ſpecie indutam eſſe docet (Matth. 3, 16. 12, 31. 32. coll. Luc. 1, 35. Act. 10, 38.), quae incrementa atque effectus novae religionis in animis hominum promoveat, cf. Act. 19, 2—5. 1 Cor. 2, 10 ff. 3, 16 ff. 12, 3 ff. Eadem fere ratio eſt dicti, quod exſtat 2 Cor. 13, 13., ubi Apoſtolus Chriſtianis apprecatur, ut favor domini Ieſu Meſſiae et amor Dei illis contingat et ut ſpiritus ſ. cum illis communicetur. Neque magis dogma illud probari poteſt loco apud Matth. 3, 16. 17., qui inaugurationem Ieſu Meſſiae per baptismum ſub mythico quodam velo (§. 42. *d.*) enarrat [c]). Quae praeterea in teſtimonium dogmatis adduci ſolent dicta: 1 Cor. 12, 4—6. et 1 Petr. 1, 2., ea neque trium in Deo perſonarum, neque τῆς ὁμοουσίας earum mentionem faciunt.

a) V. quae, poſt Millium, Wetſtenium, Semlerum (*Hiſtoriſche u. krit. Sammlungen üb. d. ſogenannten Beweisſtellen d. Dogmatik. 1ſtes St. üb. 1 Joh. 5, 7.* Halle u. Helmſt. 1764.), De Matthaei aliosque, Griesbachius de hoc loco accurate et prolixe disputavit in ed. ſuae N. T. appendice: (Diatribe in locum 1 Io. 5, 7.), quibus tota res confecta eſſe videtur. Ceterum dictum illud, quod quidem in nullo fere codice graeco reperitur atque etiam a verſionibus antiquiſſimis et Patribus omittitur et a Luthero ipſo ſuae librorum ſſ. verſioni nondum adiectum eſt, non niſi conſenſum in exhibendo teſtimonio aliquo, neque vero τὴν ὁμοουσίαν confirmat; quemadmodum dicendi formula ἓν εἶναι ex uſu ſcriptorum ſſ. ubique ſenſu morali, non metaphyſico recte intelligitur. Cf. Io. 10, 30. 17, 11. 20—23. Gal. 3, 28. Eph. 2, 24. 1 Io. 4, 13.

b) Authentiam huius mandati, a Petro Ap. saltem aut ignorati aut perperam intellecti (cf. Act. 10, 47. 11, 15.), argumentis non satis validis impugnatam (Teller ad Th. Burnet I. de fide et officiis Christianorum. Hal. 1786. p. 262.) defendit Io. Hen. Beckhaus *Ueb. d. Aechtheit der sogen. Taufformel.* Offenb. 1794. De significatu huius formulae cf. praeter interpp. Eichhorn *Repertorium.* X. 279 ff. Schmidt *Bibl. f. Kritik u. Exeg. des N. T.* I. 1. 141 ff. De Wette *Bibl. Dogmatik.* 2. *A.* p. 218.

c) (Bauer) *Bibl. Theol. des N. T.* I. p. 285 ff. Ammon *Bibl. Theol.* I. 166 ff. Eckermann *Handb. d. Chr. Glaubensl.* II. 597 ff. Gannabich *Kritik alter u. neuer Lehren der Christl. Kirche.* 5. *A.* p. 108 ff.

§. 81.

Testimonia secundae classis.

A. De Deo patre.

Deus, quem solum verum esse Deum, tanquam essentiam divinam et individuam, ipse Christus apud Ioannem 17, 3., Ioannes item 1 ep. 5, 20. et Paulus 1 Cor. 8, 5. 6. Eph. 4, 6. diserte profitentur, in libris ff. haud raro patris nomine, quanquam diversa ratione, appellatur: 1. in V. T. ll. non solum pater populi Israelitici, ut auctor numerosae Abrahami posteritatis (cf. Ier. 2, 27.), et magnorum beneficiorum huic tributorum (Deut. 32, 6. Ies. 44, 1. 45, 9. 10. 63, 16. Ier. 3, 19. Hos. 8, 14. Mal. 1, 6. 2, 10. cf. Io. 8, 41.), sed etiam pater regum Israeliticorum, tanquam ipse rex regum, civitati quidem theocraticae praefectorum (Ps. 82, 6.), Davidis inprimis [(Ps. 2, 7.) 89, 27.] et Salomonis (2 Sam. 7, 14., quod dictum, ex interpretandi ratione quadam impropria, Hebraeis usitatissima, Hebr. 1, 5. ad Christum transfertur); 2. in N. T. ll. Deus, nulla plurium in Deo personarum habita ratione, vocatur pater hominum, ut amor et benevolentia Dei significetur hominesque ad amorem erga Deum sibi coniunctissimum itemque ad similem erga alios tanquam

fratres amorem excitentur (Matth. 5, 48. 6, 9. 23, 9. Io. 4, 21. 23. Rom. 8, 15. Eph. 3, 15. 1 Io. 3, 1 ff.), saepius autem sensu quodam singulari pater Iesu Christi (Matth. 7, 21. 10, 33. 12, 50. 15, 13. 16, 27. 18, 10. Marc. 8, 38. 14, 36. Luc. 2, 49. 9, 26. 24, 49. Io. 14, 16 ff. 17, 3. 20, 17. 2 Cor. 1, 3. rel.), quatenus Iesum, omni sua sentiendi agendique ratione ipsi[i] probatum et necessitudine quadam intima cum Deo coniunctum (Io. 10, 30. 38. 17, 21. cf. Io. 20, 17. 1 Io. 5, 1. et Rom. 8, 29.), ipse de sua voluntate edocuit (Io. 7, 16 ff. 17, 8. cf. 1 Cor. 4, 15. Gal. 4, 19. Philem. 10.) eundemque Messiam constituit. Apostoli vero ipsius Iesu de dignitate sua effata varie exornantes atque amplificantes compluribus in locis Deum patrem eius vocasse videntur, ut Christo diviniorem quandam naturam, humana longe praestantiorem, vindicarent, Deum autem naturae huius, divinis virtutibus instructae Deique simillimae, auctorem declararent. Ceterum notionem Dei patris Iesu Christi a notione filii Dei (§. 82.) pendere, per se patet.

Ammon *Bibl. Theol.* I. 175 ff. Ei. Summa Th. Chr. 101 ff. Eckermann *Handbuch.* II. 385 ff. Pott Progr. Formulae dicendi: *Θεὸς ὁ πατὴρ Ἰησοῦ Χριστοῦ*, in N. T. obviae, brevis expositio. Gott. 1810.

§. 82.

B. De filio Dei.

In examinandis de filio Dei dictis V. et N. T. notio multiplex huic vocabulo substrata probe dignoscenda est. Filii Dei in V. T. ll. dicuntur *primum* naturae intelligentes homine maiores s. angeli (Gen. 6, 1 ff. cf. ep. Iud. 6. Iob. 1, 6. 2, 1. 38, 7. Ps. 82, 1.); *deinde* Israelitae, ut Iehovae cultores ipsique probati (Ex. 4, 22. Deut. 14, 1. Ies. 43, 6., ubi sicut Sap. 9, 7. et filiae Dei commemorantur, Ier. 31, 9. Hos. 11, 1. coll. Matth. 2, 15.) [a]), vel prae ceteris populis dilecti (Ies. 1, 2 ff.);

denique magiſtratus et reges, quaſi vicarii Iehovae vel ab ipſo conſtituti [b]) (Pſ. 2, 7. coll. Act. 13, 33. Hebr. 1, 5. 2 Sam. 7, 14. Pſ. 82, 6. 89, 28., ubi Davides Dei filius primogenitus i. e. unice dilectus appellatur). In libris N. T. filiorum ſeu liberorum Dei nomen hominibus quibusvis Deum ſecundum religionis Chriſtianae praecepta pie colentibus tribuitur, quo ſimilitudo quaedam cum Deo moralis ſignificatur (Matth. 5, 9. 45. Luc. 6, 35. Io. 1, 12. Rom. 8, 14—16. Gal. 3, 26. Phil. 2, 15. 1 Io. 3, 1. 2.), cuius uſus in apocryphis tantum V. T. unum exſtat exemplum Sir. 4, 10. Saepiſſime autem, et ſenſu quidem ideali et metaphorico, Ieſus Chriſtus appellatur Dei filius, ita, ut nomen illud non diſerte ad naturam [c]), [ſiquidem eiusmodi compellationes, velut *generationis* notio, non niſi ratione quadam ſymbolica et analogica in ſummum numen transferri poſſunt (cf. tamen Luc. 1, 35.)], ſed potius ad virtutem, qua inſignis fuit, amoremque, quo Deus illum propterea amplectitur, praecipue vero ad munus illi mandatum de regno Meſſiano inſtituendo et dignitatem inde oriundam ſit referendum, ideoque cum *Chriſti* ſ. *Meſſiae* (§. 50.) et *filii hominis* [d]) nomine plane congruat (Matth. 16, 16. coll. Luc. 9, 20. Matth. 27, 40. coll. 23, 35. Matth. 26, 62. Luc. 4, 41. 22, 67. 70. Io. 1, 42. 50. 10, 29—39. 11, 27. 20, 21.) [e]). Neque epitheta illa ὁ μονογενής (Io. 1, 14. 18. 3, 16. 18. 1 Io. 4, 9. cf. Luc. 7, 12. 8, 42. 9, 38. Hebr. 11, 17.), ὁ ἀγαπητός (Matth. 3, 17. 13, 8. Luc. 9, 35. 20, 13.), ὁ πρωτότοκος (Rom. 8, 14. 29. Col. 1, 15. coll. Hebr. 2, 19.), quae filio Dei adduntur, aliam quandam huius formulae ſignificationem indicant; licet apud ipſos Iudaeos, qui de ſublimiore Meſſiae origine et natura cogitarent, iam ante aevum Chriſtianum haud defuerint. (§. 120.)

a) Alio quodam ſenſu σοφία apud Philonem (de temulent. 244. ed. Par.) filia Dei dicta eſt, vel uxor, ἢ συνὼν ἔσπειρε γένεσιν· ἡ δὲ παραδεξαμένη τοῦ θεοῦ σπέρμα ἀπεκύησε τὸν μόνον

καὶ ἀγαπητὸν υἱὸν, τόνδε τὸν κόσμον. Eandem, tanquam θεὸν δεύτερον, alia imagine utens, τὸν λόγον et υἱὸν τοῦ θεοῦ nuncupat, qui τὰς δυνάμεις τοῦ θεοῦ in ſemet ipſo complectens ſummum Deum ἀόρατον per ſe ipſe manifeſtat. Neander *Genet. Entwickl. d. gnoſt. Syſteme.* B. 1818. 8 ff. — Cf. Origenes in Ioann. Ἐὰν δὲ προσίεταί τις τὸ καθ' Ἑβραίους εὐαγγέλιον, ἔνθα αὐτὸς ὁ σωτὴρ φησι· ἄρτι ἔλαβέ με ἡ μήτηρ μου, τὸ ἅγιον πνεῦμα ἐν μιᾷ τῶν τριχῶν μου, καὶ ἀπήνεγκέ με εἰς τὸ ὄρος τὸ μέγα Θαβὼρ, ἐπαπορήσει, πῶς μήτηρ Χριστοῦ τὸ διὰ τοῦ λόγου γενομένον πνεῦμα ἅγιον εἶναι δύναται. Cf. Matth. 4, 1. Luc. 4, 1. Hieronymus in Ezech. 16, 13. haec verba ex ev. Nazaraeorum de Chriſto affert: „Modo me arripuit mater mea, ſpiritus ſanctus." K. J. Nitzſch *Ueb. das Theologumenon vom Pneuma Hagion, als der Mutter des Chriſts;* in *Theol. Studien.* St. I. L. 1816. Numenii commenta de Deo *avo*, *patre*, *filio* et *nepote* v. in Cudworth Syſt. int. p. 637. Cf. Kant *Streit der Facultäten.* p. 51.

b) Cf. apud Homerum Il. I. 279. II. 196 ff. Odyſſ. XI. 567. epitheta regum διογενὴς, διοτρεφὴς, Διὸς υἱός. Apud Aegyptios reges Deorum nomine ornati ſunt, teſte Diodoro Sic. I. c. 90. Διὰ δὲ τὰς αὐτὰς αἰτίας (nempe animi grati cauſa, quod bene de ipſis merentur) δοκοῦσιν Αἰγύπτιοι τοὺς ἑαυτῶν βασιλέας προσκυνεῖν καὶ τιμᾷν, ὡς πρὸς ἀλήθειαν ὄντας θεούς. Ἅμα μὲν οὐκ ἄνευ δαιμονίου τινὸς προνοίας νομίζοντες αὐτοὺς τετευχέναι τῆς τῶν ὅλων ἐξουσίας, ἅμα δὲ τοὺς βουλομένους τι καὶ δυναμένους τὰ μέγιστα εὐεργετεῖν, ἡγούμενοι θείας μετέχειν φύσεως. (Nam et non ſine divina quadam providentia ipſos ſummam poteſtatem eſſe adeptos, et quum velint ac poſſint maxima hominibus beneficia conferre, divinae naturae participes eſſe opinantur.) Ibid. 95. Idem de Aethiopibus l. III. c. 3. 5. ſimilia refert. Geſenius *Commentar üb. den Jeſaia.* L. 1821. I. 364. n. 1. „*Von den Perſern iſt es bekannt* (*daſs ſie ihre Könige göttlich verehrten*), *ſ.* Briſſonius de regio Perſar. principatu *S.* 8. *u.* Theophil. Simocatta Chron. IV. 8. p. 110. *Die Ptolemäer und Seleuciden legten ſich häufig Beinamen der Götter, aber öfter auch den Namen θεὸς ſelbſt bei.*" Pſalm. 45, 7. 8. rex quidam (Perſarum) *Dei* nomine ornatus eſt, quemadmodum Israelitarum magiſtratus Dii appellantur Exod. 21, 6. 22, 8 ff. (§. 9. n. *d.*) Cf. tamen Geſenius l. l. et De Wette *Commentar üb. d. Pſalmen. 2. A.* ad h. l. Ilgen de notione tituli filii Dei; in Paulus *Memorabilien.* St. VII.

c) Koppe N. T. VI. 108. ed. 2. „Omnium vero maxime improbabilem eorum interpretum et theologorum rationem vi-

deri non diffiteor, *qui naturam vere ſummoque gradu divinam* hac ipſa *υἱοῦ θεοῦ* formula ſignificari arbitrantur, quum huic interpretationi non tantum ne unus quidem locus, ſi ſinguli accurate tractentur, faveat; verum etiam ipſius formulae *υἱός* propria ſignificatio locusque 1 Cor. 15, 27 ff., quo *υἱός* expreſſe dicitur *ὑποτάσσεσθαι τῷ πατρί* aperte repugnet." Mich. Weber Pr. Doctrina biblica de natura Chriſti, filii Dei. H. 1825. p. 9 f. „Verum certumque eſt, — dogma ſymboli *Nicaeno - Conſtantinopolitani* et *Athanaſiani*, quod nominatur, de *trinunitate* cum doctrina biblica vere pugnare, recteque cum illa conciliari non poſſe. Tollitur hoc utriusque ſymboli dogma ſcripturae locis, non ſolum *κατὰ τὴν διάνοιαν*, verum etiam *κατὰ τὸ ῥητόν.*" ſeqq. loci. Quaecunque in Ev. Ioann. de Ieſu praedicantur, quod fuerit *ὁ λόγος* (§. 83.) *σὰρξ γενόμενος*, *ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ*, *ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ μονογενὴς*, *ὃς ὀπίσω τοῦ βαπτιστοῦ ἐλήλυθε καὶ ἔμπροσθεν αὐτοῦ γέγονεν*, *ἐκεῖνος*, *ἐφ' ὃν εἶδε ὁ βαπτιστὴς τὸ πνεῦμα καταβαῖνον καὶ μένον ἐπ' αὐτόν*, ea non niſi ſynonyma nominis Chriſti ſeu Meſſiae eſſe, demonſtravit Eichhorn *Einleit. in das N. T.* II. 177 ff. Cf. quae de filio Dei, tanquam nomine naturae, denuo in medium protulit Bretſchneider *Handb. d. Dogm. 2. A.* 452 ff. Omnino notandum eſt, nomen illud non per ſe, ſed quatenus cum nomine Meſſiae, illi plerumque ſynonymo, attributa divina apud Iudaeos coniuncta fuerint, naturam humana ſuperiorem indicare, neque vero eſſentiam eam ſummo gradu divinam *τοῦ μόνου ἀληθινοῦ θεοῦ*, cuius legatum Ieſus ſe ipſe nominavit apud Io. 10, 34—36. 17, 3. Cf. De Wette *Bibl. Dogmat.* 213 f.

d) Haec formula, hominem proprie et humanam ſortem deſignans (Pſ. 8, 4. 5. Hebr. 2, 6. Marc. 3, 28. coll. Matth. 12, 31. Apoc. 1, 13.), e l. Dan. 7, 13. ad Meſſiam translata (Luc. 22, 67—70. Io. 1, 52. Act. 7, 55.), ſenſu quodam ambiguo (cf. Io. 12, 34.), quippe quum non niſi obſcurius dignitatem Meſſianam ſignificaret, ab Ieſu ſaepiſſime uſurpata eſſe videtur, ubi dignitatem ſuam palam praedicare neque potuit, neque voluit. Matth. 16, 13. 20. Schmidt *Ueb. den Ausdruck Menſchenſohn im N. T.*; in Henke *N. Magazin für Religionsphiloſophie.* B. II. 511 ff. Kuinoel Comment. in libr. N. T. hiſt. I. ad Matth. 8, 20.

e) Io. Dav. Heilmann (qui primus nominum illorum convenientiam demonſtravit) Diſquiſ. de ratione, qua Ieſus ſua ex mortuis *ἀναστάσει* Meſſias demonſtratus eſt, 1763. Opuſc. V. II. n. 22. Paulus *Philol. Krit. Commentar.* I. 299 ff.

§. 83.

Continuatio.

Verum enimvero quin attributa divinis ſimillima cum denominatione iſta filii Dei coniuncta et dignitatem divinae proximam Chriſtus et ipſe ſibi, ut Dei filio, in dictis nonnullis ei attributis, et Apoſtoli Chriſto vindicaverint, dubitari nequit. Namque Ieſus ipſe, quemadmodum apud Ioannem praeſertim praeexiſtentiam ſuam apud Deum (Io. 3, 13. 6, 62. 8, 56—58. 17, 5.) intimamque cum patre familiaritatem (Io. 10, 29. 30. 14, 10. 17, 10.) laudavit; ita et ſummam divinorum conſiliorum ſcientiam (Matth. 11, 27. Io. 6, 46.), poteſtatem divinam (Matth. 28, 18.) et factis inſignibus demonſtrandam (Io. 3, 2. 7, 31. 9, 33. 10, 37 ff. 41. 11, 45. Matth. 8, 27. 9, 6 ff. Luc. 9, 43. 10, 19.) et mortuos in vitam revocando iudiciumque habendo olim conſpicuam futuram (Matth. 24, 30. 25, 31. 26, 64. Io. 5, 21 ff.), ut praedicata Meſſiana, ſibi aſſumſit. Et Ioannes quidem, philoſophematibus quibusdam Iudaeorum Alexandrinorum, quorum veſtigia in ipſo V. T. atque Apocryphis exſtant, imbutus, magiſtri ſumme admirandi virtutem ex oculis ſublatam ſublimioribus phantaſiae imaginibus exornans τὸν λόγον i. e. vim Dei ſpiritualem ſ. rationalem ſapienter operantem, cf. Act. 8, 10., ante mundum conditum e Deo quaſi progreſſam et ſub perſonae ſeu ſubſtantiae ſingularis ſpecie ſaepiſſime cogitatam, quae a πνεύματι τοῦ θεοῦ ſ. ἁγίῳ Iudaeorum Palaeſtinenſium (Io. 1, 33 ff.) priorumque Evangeliſtarum (Matth. 3, 16. Luc. 1, 35. 3, 22. 4, 1. 18. Act. 10, 38. Matth. 12, 18. 28. 32. coll. Pſ. 33, 6.) et a σοφίᾳ in Proverbiis (1, 20 ff. 8, 22 ff.) et Apocryphis (Sap. 9, 1—4. 18, 14—18. Sir. 1, 6—9. 24, 4 ff.) commemorata haud longe abeſt, imo interdum eadem videtur, in Ieſu formam humanam ſibi induiſſe et primus et inter Apoſtolos ſolus docuit, Ev. 1, 14. [a]). Similem imaginandi normam ſecuti Paulus [b]) et epi-

ſtolae ad Hebraeos auctor Deum per naturam Meſſiae ſublimiorem, ante omnia creatam (Col. 1, 15. coll. 18. Prov. 8, 22 ſ. Sir. 24, 14.), mundum condidiſſe (Col. 1, 16. Hebr. 1, 2 ff.), eandemque tempore conſtituto ad conditionem Ieſu ſervilem ſe demiſiſſe et deinde poſt peractam hominum expiationem (Hebr. 1, 3.) in coelum receptam ſummaque prae omnibus ſpiritibus creatis dignitate, licet patri ſubiectam [c]) (1 Cor. 3, 23. 11, 3. 15, 25 ff. Eph. 1, 22. Hebr. 3, 2.), a patre exornatam eſſe (Eph. 1, 20—23. Phil. 2, 9. Col. 1, 15 ff. 1 Tim. 3, 16. Hebr. 1, 2. 4.), haud obſcure tradiderunt.

Jeruſalem *Nachgel. Schriften.* I. 137 ff. 567 ff. Bauer *Bibl. Theol. des N. T.* IV. 2 ff. Münſcher *Dogmengeſch.* I. p. 416 ff. Ammon *Bibl. Theol.* I. 192 ff. Ei. Nova opuſcula theologica. Gott. 1803. Comment. I. De prologi Ioannis evangeliſtae fontibus et ſenſu. Ei. Summa Th. Chr. 106 ff. De conſenſu ſcriptorum ff., inprimis Pauli Ap., cum doctrina Philonis vid. Wundemann *Geſch. d. Chriſtl. Glaubensl.* I. p. 201 ff. Add. Stahl *Lehrbegriff des Philo*; in Eichhorn *Bibl. d. bibl. Lit.* IV. 828 ff. — *Von Jeſu Perſon u. Amt nach d. alten Kirchenvätern*; in Henke *Mag.* III. 403 ff. Ib. IV. 34 ff. Keil *Ob die älteſten chriſtl. Lehrer einen Unterſchied zwiſchen dem Sohne u. h. Geiſt gekannt u. welche Vorſtellungen ſie ſich davon gemacht haben?* Al. l. Bretſchneider *Entw. d. dogmat. Begriffe.* 3. *A.* 424 ff.

c) Vid. quae poſt Paulum (*Commentar.* IV. p. 8 ff.) et Eichhornium (*Einleit. in das N. T.* II. 158 ff.) docte expoſuerunt Bertholdt l. Chriſtologia Iudaeorum. 104 ff. et Kuinoel in Comment. in ll. N. T. hiſt. III. 63 ff. Ideae λόγου a Philone et ab Ioanne adumbratae niſi plane easdem, ſimillimas tamen, ſubſtratas fuiſſe notiones, iam minime dubitandum eſt. V. Paulus l. l. Schmidt *Chriſtologiſche Fragmente*; in *Bibl. f. Kritik u. Exegeſe.* I. 366 ff. Ballenſtedt *Philo u. Johannes.* Braunſchw. 1802. De Wette *Bibl. Dogm.* 130 ff., ubi dicta Philonis de λόγῳ allata ſunt. 235. Ammon *Die Lehre vom Sohne Gottes* — in *Magazin f. chriſtl. Prediger.* B. II. St. 1. 1817. p. 4. „*Philo, der mit den Vff. der Apokryphen aus einerlei Quelle ſchöpfte und eine Sprache ſchrieb, hat das Wort Gottes ausdrücklich ſeinen Sohn, das Bild ſeiner Vernunft, die für ſich beſtehende Weisheit genannt,*

durch welche Gott als ſein Organ die Welt geſchaffen habe und ſie beſelige. Daraus kann man ſich auch die Verwandtſchaft der Religionsbegriffe des Alexandriners Apollos mit dem Chriſtenthum erklären, ob er gleich damals nur noch ein Zabier war und von Jeſu nichts wuſste. Apoſtg. 18, 24—26. *So hatte ſich alſo bei dem jüd. Volke vor dem Schluſſe des alten und dem Anfange des neuen Bundes der Begriff eines aus Gott hervorgegangenen, die Welt ſchaffenden und die Menſchheit veredelnden Ideals geiſtiger Kraft und Vollkommenheit gebildet, welches der Nationalſtolz mit ſinnlichen Erwartungen politiſcher Staatsreformen, die ſchwärmende Phantaſie aber mit erträumten Genealogieen bis zu den Menſchen herabſteigender Geiſter und Engelsfamilien zu verbinden wuſste.*" Keil Opuſcula academica —. Ed. Goldhorn. L. 1821. p. 490 ff. Neque vero ante Ioannem ideae σοφίας aut λόγου, a quibus νοῦς Platonis haud multum differt, apud Iudaeos Alexandrinos coaluiſſe videntur cum notionibus Meſſianis. Praeiverant tamen Iudaei Palaeſtinenſes, formulae מֵימְרָא דַיְיָ perſonae notionem ſubnectendo illamque ad Meſſiam transferendo. Cf. Mythum ſimilem ex Indorum libris ff. depromtum de mundo per verbum creato apud Anquetil du Perron Oupnekhat. II. 56. et Zoroaſtris effata nonnulla eiusdem argumenti. Kleuker *Zendaveſta im Kleinen.* II. 4 ff. J. A. L. Richter *Das Chriſtenthum u. die älteſten Religionen d. Orients.* L. 1819. 1ſter Abſchn. „*Der Begriff des indiſchen Om* (*Wort*) *findet ſich in Perſien* (*Honover*), *Aegypten* (*Kneph*) *und in der Bibel* (*Logos*) *wieder.*" — Varie disputatum eſt, num πνεῦμα ἅγιον cum λόγῳ vere idem ſint, quod poſt Iuſtin. M. Dial. 2., Irenaeum adv. haereſ. I. 19. et Ioann. Damaſc. III. c. 2. theologi nonnulli recentt. Bauer l. l. I. 268 ff., auctor commentat. in Henke *Magaz.* IV. 126 ff. al. demonſtrare conati ſunt. Cf. Ammon *Bibl. Theol.* I. 245 ff. Bretſchneider *Dogmat. u. Moral d. Apokryphen.* L. 1805. I. 194 ff., et quae in contrariam ſententiam commentatus eſt Keil in Flatt *Mag.* IV. 34 ff. Add. Kaiſer *Bibl. Theol.* I. 102 ff. Liceat hic monere, ſcriptores ff., pro manca aevi incultioris ſcientia, ſibi ipſos non conſtitiſſe in iis, quae de ideis et notionibus ſuis expoſuerint. (Böhme *Die Rel. Jeſu Chriſti, aus ihren Urkunden dargeſtellt.* H. 1825. p. 48 ff.) Ceterum Helleniſtae plurima, quae Iudaei Palaeſtinenſes πνεύματι θεοῦ tribuebant, de λόγῳ praedicaſſe videntur. Sic Ioannes Evangeliſta dignitatem Ieſu propriam a λόγῳ cum eo coniuncto repetit Io. 1, 14., quam eandem Ioannes Baptiſta ſingulari cuidam τοῦ πνεύματος ἁγίου efficaciae tribuit, Io. 1, 32 ff. cf. 3, 34. Eichhorn *Einleit. in das N. T.*

II. 160 ff. Omnino vocabula λόγος (דָּבָר) et πνεῦμα (רוּחַ) in eo conveniunt, quod vim ſ. voluntatem Dei efficacem modo quodam ſymbolico deſcribunt, ita quidem, ut λόγος eam ſub ſpecie verbi, πνεῦμα eandem ſub ſpecie halitus ex ore Dei emiſſi adumbret. Hanc λόγου notionem bene ſignificavit Athenagoras legat. c. 10. vocibus ἰδέας καὶ ἐνεργείας.

Ioannem Ap. doctrinam de *unitate* Dei *occulti* et *manifeſtati* et de λόγῳ, ut Deo manifeſtato et humana natura induto, confirmare voluiſſe, quod nuper demonſtrare ſtuduit Lückius (*Commentar üb. d. Schriften des Ev. Joh.* I. Bonn. 1820. p. 242 ſ. 324 ff.), probari nequit (*Jen. Allg. Lit. Zeitung.* 1820. Nr. 22. Schultheſs *Exegetiſch-theol. Forſchungen.* III Bde. Zür. 1824. p. 322 ff. 490 ff.); etiamſi discriminis cuiusdam inter numen, quatenus per ſe ſubſiſtit, et inter numen, quatenus efficaciam ſuam in rerum natura exſerit, vel tacite ſuppoſiti vel diſerte enunciati, veſtigia in antiquitate haud deſunt. V. K. J. Nitzſch *Theol. Studien.* p. 33 ff. Ioannem autem, praeeunte Philone, nomine λόγου non niſi vim quandam numinis et intelligentem et ſapienter operantem, perſonae quidem forma indutam, ſignificare voluiſſe, etiam inde apparet, quod nusquam Deum crucifixum eſſe tradidit. Omnino neuter, utpote Monotheismi fautor ſtrenuus, λόγον re vera quaſi θεὸν δεύτερον eſſe finxit. V. Philo de ſomniis. p. 599. ed. Pariſ. 1644. Ὁ μὲν ἀληθείᾳ θεὸς εἷς ἐστίν· οἱ δ' ἐν καταχρήσει γενόμενοι πλείους. Io. 10, 34—36. 17, 3. 1 Cor. 8, 5. 6. Plane alio ſenſu Pſeudo-Ieſaias (Ieſ. 45, 15.) Deum appellavit Deum occultum (אֵל מִסְתַּתֵּר) i. e. cuius conſilia nemo hominum perſcrutari ac comprehendere poteſt.

b) Schmid Pr. quo Apoſtolorum Ioannis et Pauli doctrinam de natura Chriſti quam maxime conſentire demonſtratur. Jenae. 1802.

c) Morus Commentar. in ſuam theologiae Chr. epit. ed. Hempel. V. I. p. 253 ff. „Semper Pater cogitandus eſt fons primus et auctor illorum omnium. Haud dubie igitur Pater dicitur *prior*, *potior* filio, et filius *pendere* a Patre." Bretſchneider *Handb. d. Dogm.* I. 2. *A.* 484 ff. „*Es finden ſich zahlreiche Stellen, in denen der Sohn in Hinſicht der Auctorität und der Herrſchaft dem Vater als untergeordnet dargeſtellt wird, wie dieſes auch in der Natur des patriarchaliſchen Verhältniſſes der Söhne gegen die Väter liegt, von welchem die Vff. des N. T., als Orientalen, allein ausgehn konnten, da ſie dieſes allein kannten.*"

§. 84.

Continuatio.

Theologi, ut graviſſimis dogma de trinitate eccleſiaſticum argumentis biblicis confirmarent, ordinem certum ſecuti, hoc potiſſimum tenere ſolebant, quod V. T. dictis haud paucis filio Dei non ſolum *nomen Dei*, ſed etiam *virtutes operationesque divinae* et ipſe *honor cultusque divinus* attributa ſint. De *nomine* Dei filio Dei in libris ſſ. dato provocaverunt inprimis ad dictum illud Ioanneum Ev. 1, 1. Attamen nomen θεοῦ hic minime Ieſu Chriſto, ſed λόγῳ οὔπω σὰρξ γενομένῳ tribuitur. Neque omittendum eſt, nomine illo, ſignificatione quadam generali accepta, interdum etiam aliquem Deo ſimillimum ornatum fuiſſe, cuius uſus in ipſius Ieſu et ſcriptorum ſſ. effatis exſtant (Io. 10, 34. 35. coll. Pſ. 82, 6. Ex. 4, 16. 7, 1. 22, 28. al. Act. 28, 6. 1 Cor. 8, 5. 6. 2 Cor. 4, 4. Hebr. 1, 8. coll. Pſ. 45, 7. add. Act. 17, 28. 2 Petr. 1, 4.), eandemque vocem, quippe quae more Orientalium de regibus dici ſoleat [a]), ſummo iure de rege Meſſia uſurpari potuiſſe; praeterea Ieſum nusquam ſe ipſum Deum nominaſſe, quum potius ipſe filius ab uno vero Deo (μόνῳ ἀληθινῷ θεῷ Io. 17, 3. cf. Matth. 19, 16. 17. Marc. 10, 18. 12, 32. coll. 34. Luc. 18, 19. — Matth. 20, 23.), a patre, τῷ μείζονι τοῦ υἱοῦ (14, 28.), ab illo, ὃς ἔδωκεν αὐτῷ ταύτην τὴν δόξαν (17, 22. 24.) καὶ ἔδωκεν αὐτῷ, τὴν ζωὴν ἔχειν ἐν ἑαυτῷ (5, 26.), quem itidem ſuum ipſius et ſuorum Deum appellat (Io. 20, 17. cf. 1 Tim. 2, 5. 6, 13—18.), et nulla quidem duplicis cuiusquam in Chriſto naturae mentione iniecta, diſerte discernatur [b]). Accedit, quod diſcipuli Ieſum nunquam Deum ſalutaverunt. Alia iſta effata, quae in ſubſidium dogmatis probandi afferuntur, vel dubiae ſunt lectionis (Act. 20, 28. 1 Tim. 3, 16.), vel incertae ſaltem interpretationis (Luc. 1, 16. 17. Io. 20, 28. 1 Io. 5, 20. Rom. 9, 5. Phil. 2, 6. Tit. 2, 13. 2 Petr. 1, 1. 2.) [c]).

Ad *virtutes divinas*, quas filio Dei in libris ff. tribui opinati sunt, maxime referendas esse duxerunt *scientiam* tum divinitatis (Matth. 11, 27. Io. 6, 46. 21, 17. cf. Marc. 13, 32.), tum animi humani *absolutam* (Io. 2, 24. 25. Act. 1, 24.), *potentiam summam* (Matth. 11, 27. 28, 18. Io. 3, 35. 17, 2. 7. Phil. 3, 21.), *perennitatem* (Io. 1, 1. 30. 8, 58. 17, 5.) [d]) et complexum *virtutum divinarum* (πλήρωμα θεότητος) (Col. 1, 19. 2, 9. cf. 1 Cor. 3, 16. 17. 2 Cor. 6, 16. Eph. 1, 23. 3, 19. — Io. 16, 15. 17, 10.), quae vero partim a patre cum illo communicatae dicuntur (Matth. 11, 27. 28, 18. Io. 3, 35. 5, 26. 17, 2. 7.), partim divinae naturae consortium haud necessario probant. (Io. 2, 24. 25. 21, 15. add. Marc. 13, 32.) Omnino virtutes istae humanas superantes a scriptoribus ff. Iesu Christo tribuuntur, quod quandam quasi ἀπόῤῥοιαν numinis supremi [e]) cum eo coniunctam fuisse putarunt, vel quod ipsa vis divina efficax cum instrumento, per quod operabatur, non inusitato cogitationis errore confusa est.

a) Gesenius *Commentar üb. d. Jesaia.* ad Ies. 9, 15. I. p. 365., quem secutus est De Wette *Commentar üb. d. Psalmen.* 2. *A.* ad Ps. 82, 1. 6. De significatione ista generali nominis θεοῦ, a Patribus iam λόγῳ tributi, v. Paulus *Commentar.* IV. 75 ff. Discrimen inter ὁ θεός et θεός, a scriptoribus ff. quidem non ubivis factum (cf. tamen Io. 1, 1. 10, 33. Act. 28, 6.), statuit, praeeunte Philone (de somn. 599. edit. Paris.), Origenes Comm. in Ioann. p. 46 ff. ed. Huet. Enimvero Ioannis apophthegmata si ista forma symbolica et mythologica exuta fuerint, non nisi hoc significant, sapientiam et vim divinam per Iesum Messiam insigni modo operatam esse.

b) Lactant. de vera sap. IV. c. 14. (Chr.) docuit, quod Deus unus sit eumque solum coli oportere; nec unquam se ipse Deum dixit cet.

c) V. praeter interpp. recentiores, Henke Lin. fid. Chr. 99 ff. Eckermann *Handb.* II. 494 ff. Cannabich *Kritik alter u. neuer Lehren.* 115 ff.

d) Interpretatio verborum Iesu Io. 8, 58., Socinianis probata: „antequam Abrahamus natus est, equidem iam destinatus fueram ad provinciam Messiae suscipiendam", neque ingenio, ne-

neque usui Apostoli satis convenit. Commentum de praeexsistentia animarum (Sap. 8, 19.) Iudaeis haud incognitum fuisse, dubitari nequit, testibus Philone [de somn. p. 592.: ἀπολιποῦσα μὲν γὰρ (ἡ ψυχὴ) τὸν οὐράνιον τόπον — καθάπερ εἰς ξένην χώραν ἦλθε τὸ σῶμα. De mundi opific. p. 31.] et Iosepho (B. I. II. 8. 11.). Rabbinorum opiniones de animis praeexsistentibus in קדם affert Eisenmenger *Entdecktes Judenthum.* II. 12 ff. De λόγῳ et Messia, quos haud pauci iam ante mundum conditum Deo adfuisse putabant, vid. Bertholdt Christologia Iudaeorum. 135 ff.

e) Bertholdt l. l. 106 ff.

§. 85.

Continuatio.

Nec minus provocatum est ad *opera divina* filio Dei in N. T. tributa, rerum omnium *creationem* (Io. 1, 1—3. 10. 1 Cor. 8, 6. Col. 1, 15—17. Hebr. 1, 2. 10—12.) [a]) et *conservationem* (Col. 1, 17. Hebr. 1, 3.), item *revocationem mortuorum in vitam iudicium-que extremum.* (Io. 5, 21—29. 6, 39. 40. 44. 54. 11, 25. Phil. 3, 20. 21. Matth. 25, 31 ff. Act. 17, 31. 1 Cor. 4, 5. 2 Cor. 5, 10.) At enim notandum est, ea Iesu Christo tanquam λόγῳ vel Messiae, quasi summi Dei administro, non tanquam summo Deo ipsi assignari, cf. Io. 17, 3. Denique *honore divino* filium colendum esse probari solet tum praeceptis istis: Matth. 28, 19. Io. 5, 23. Phil. 2, 23. Hebr. 1, 6., tum exemplo moribundi Stephani (Act. 7, 59.). At vero dicta ista, sicut alia huc relata: Act. 1, 24. Io. 15, 16. 2 Cor. 12, 8. 1 Thess. 3, 12. 2 Tim. 4, 18. — 1 Tim. 6, 13. 2 Tim. 4, 1. coll. 1 Tim. 5, 21., dubiae sunt interpretationis, neque Christus unquam adorationem divinam sibi poposcit, quippe qui Deo patri eandem ipse praestiterit (Matth. 26, 39. Io. 17.) et discipulos ad patrem tantum preces convertere iusserit (Matth. 6, 9.); neque ullius exstat Apostoli exemplum Iesum tanquam Deum ipsum vere adorantis [b]); dicta enim Apostolorum, Christianis a Christo aeque ac patre apprecantium χάριν,

nihil repugnant. Ex hac tanta effatorum de filio Dei diverſitate et ambiguitate clariſſime patet, ſcriptores ſſ. ſancta quadam magiſtri reverentia ductos, ad ſummam eius virtutem atque excellentiam deſcribendam aequalibusque commendandam ex Iudaeorum et Alexandrinorum et Palaeſtinenſium opinionibus de virtutibus ſeu viribus quibusdam divinis ſub perſonarum ſpecie cogitatis (§. 79.), de λόγῳ et de ſublimiore Meſſiae natura, in Ieſum, qui ſe Meſſiam profeſſus eſſet, transtuliſſe, quaecunque pro ſuo quisque ingenii, ſcientiae et phantaſiae modulo aptiſſima duxerit; ita quidem, ut in ſummis dignitatis Chriſti laudibus eum patri tamen ſubeſſe diſerte ſignificarent. (§. 83.)

a) Haec dicta non ſatis commode cum interpretibus nonnullis recentioribus (cf. Grotius, Stolz, ad h. l., Eckermann *Handbuch.* II. 586 ff.) de creatione quadam morali intelligi poſſe, neminem interpretationis grammatico-hiſtoricae peritum fugiet.

b) Locus apud Plinium Ep. ad Traianum. L. X. Ep. 97., ubi „affirmari, inquit, quod Chriſtiani carmen Chriſto, quaſi Deo, ſoliti eſſent dicere ſecum invicem", per ſe nullius momenti eſt, neque cultum religioſum Chriſto, ut ſummo Deo, a Chriſtianis exhibitum fuiſſe demonſtrat.

§. 86.

C. De ſpiritu ſancto.

Hebraei antiquiores divinam ſubſtantiam ex humana ſibi fingentes ſub formula רוּחַ אֱלֹהִים, רוּחַ יְהוָה, animam quaſi et naturam quidem ſpirantem Dei intelligebant, quae ipſa vitam et halitum hominibus immiſerit (Gen. 1, 2. 2, 7. Pſ. 104, 29. Iob. 33, 4.). Coniuncta eſt poſtea cum phraſibus iſtis notio magis exculta univerſalis efficaciae divinae, quocunque modo ſe exſerat, a qua ipſa varii generis effectus inſignes derivabantur, velut ingenii dotes artiumque peritia (Gen. 41, 8. Ex. 31, 3. 35, 31.), corporis vires (Iud. 14, 6.), inſpiratio prophetarum (Num. 24, 2. 1 Sam. 10, 6. 10.

Ieſ. 42, 1. 61, 1.), vel ipſa ſomniorum interpretatio (Gen. 41, 38. coll. 40, 8. 41, 16.), intelligentia eximia (Ieſ. 11, 1. 2.), cogitata quaevis honeſta, quae ſpiritus ille mentibus quaſi inhaerens excitare perhibetur (Pſ. 51, 11—16. 142, 10. Ieſ. 63, 10. 11.) (§. 37.) [a]). Spiritus ille homini cuidam et tribuitur et aufertur vel remediorum externorum ope (1 Sam. 10, 6. 10. 16, 14., v. c. unguento 16, 13. — Iud. 15, 14. 16, 20.), et quaſi particulae eiusdem ab uno viro, qui eo imbutus eſt, ad alios multos transferuntur (Num. 11, 17. 25.). Quanquam ſpiritus ſ., qui in libro ſapientiae pro ſynonymo *σοφίας τοῦ θεοῦ* [b]) ſumitur (Sap. 1, 4—6. 7, 22. 9, 17.), ſicut Pſ. 33, 6. דָּבָר et רוּחַ tanquam ſynonyma ponuntur (§. 83.), non diſtincte in libris V. T. [c]) perſonae ſpecie induitur, apud Iudaeos Alexandrinos tamen ſapientiam divinam tanquam peculiarem naturam divinam ſaepiſſime deſcriptam eſſe conſtat. (Sap. 1, 4—7. 7, 7. 21 ff. 8, 1—5. 9, 9—11. 17.) Unde haud mirum eſt, in N. quoque T. libris ſpiritui ſ., qui idem divinus appellatur Io. 15, 26. 1 Cor. 2, 11. 3, 16. Act. 5, 4., tanquam ſingulari cuidam *δυνάμει* divinae (Luc. 1, 35. 24, 49. 1 Cor. 2, 4. 5.) perſonae ſpeciem tribui [Matth. 3, 16. Mc. 1, 10. Luc. 3, 21. [d]) Io. 14, 15 ff. 15, 26. 16, 12—14. 1 Cor. 12, 4 ff. Eph. 4, 30.], variasque effectiones et *phyſicam* (Luc. 1, 35.) et *intellectuales* [Io. 15, 26. 16, 13 ff. Act. 2, 1 ff. [e]) 10, 44 ff. 1 Cor. 12. et 14.] et *morales*, partim ſacrum quendam fervorem in animis Chriſtianorum excitando (Act. 2, 4 ff. coll. Ioel 3, 1. 2. Act. 9, 17 ff.), partim quosvis pios probosque ſenſus, qui itidem a Deo ipſo repetuntur (Phil. 3, 13. 1 Cor. 3, 16. coll. 6, 19. 12, 6. Rom. 12, 3 ff.), provocando (Rom. 5, 5. 8, 14. 1 Cor. 2, 14.) conſpicuas, adeo, ut omnis religionis Chriſtianae efficacitas ad hunc ſpiritum referatur 1 Cor. 12, 3 ff. coll. Io. 14, 15. 16., qui procedens et miſſus dicitur a patre filioque Io. 15, 26. 16, 14 ff. 20, 22. Nusquam tamen ſubſtantia quaedam corporea ſ. *materialis* huius

ſpiritus divini commemoratur, neque modus, quo procedat e Deo, oſtenditur.

a) Spiritus *ſanctitatis*, genio linguae Hebraicae accommodate, in V. T. dicitur (רוּחַ קָדְשְׁךָ Pſ. 51, 13.) Ieſ. 63, 10. 11. cf. Rom. 1, 4. *πνεῦμα ἁγιωσύνης*, quod in Apocryphis demum ſpiritus *ſancti* nomine venit. (Sap. 1, 5. 9, 17. Sir. 1, 9. Hiſt. Suſ. v. 45.) Philo ſpiritus divini in iis tantum locis mentionem fecit, in quibus V. T. dicta, ad inſpirationem prophetarum maxime referenda, illuſtrat. De profug. 477. — de vita Moſis. I. 645. Ceterum quaecunque effecta in N. T. ll. a ſpiritu ſ. repeti ſolent, ea compluribus in locis ille *τῷ θείῳ λόγῳ* aut *τῇ σοφίᾳ* attribuit. De ſomniis. 1141. De profug. 458. Apud Ioſephum, qui *τοῦ θεοῦ πνεῦμα* et *τὸ θεῖον πν.* interdum commemoravit (Arch. IV. 6. 5. VI. 8. 2. VIII. 4. 3. X. 11. 3.), nullo in loco reperiuntur formulae *πν. ἅγιον*, *σοφία* et *λόγος τοῦ θεοῦ*. Bretſchneider Theologia Iud. dogm. e Fl. Ioſephi ſcriptis coll. L. 1812. p. 38. De *πολυσημίᾳ* vocabuli *πνεῦμα* vid. Schmidt *Bibl. f. Kritik.* I. 226 ff. *Darſtellung d. Begriffe, die im N. T. mit dem Namen Geiſt Gottes verbunden werden.* Cf. Stark Paraphraſis et Commentar. in Ev. Io. capita XIII—XVII. Jen. 1814. Excurſus II. „Quid Ieſus *πνεύματι ἀληθείας* indicare voluerit." Geſenius *Philol. krit. u. hiſt. Commentar üb. d. Jeſaia.* I. Ad Ieſ. 11, 2. p. 421. Joh. Schultheſs *Die Urk. aller ächten Theoſophie, Chriſtologie u. Myſtik, unmittelbar aus den Quellen geſammelt.* I. Zürich. 1822. p. 141 ff.

b) De *prophetia*, quae apud Samaritanos hypoſtaſeos inſtar ſiſtitur, iam in ipſo hexaëmero creata, Moſi deſtinata et poſtea ei tradita eſſe dicitur, quippe hoc beneficio divino prae ceteris mortalibus digno, et quae commode conferri poteſt cum *τῇ σοφίᾳ* a Siracida adumbrata, v. Geſenius Pr. de Samaritanorum theologia ex fontibus ineditis. H. 1823. 4. p. 26 ſ.

c) In duobus tamen locis (1 Reg. 22, 21. et 2 Chron. 18, 20.) רוּחַ ſ. vis ea divina, quae prophetas afflare dicitur, ſub perſonae forma aperte inducitur, ſicut Prov. 8, 22 ff. חָכְמָה, unde intelligitur, quomodo et ſerior aetas *πνεῦμα ἅγ.* et *λόγον* ſ. *σοφίαν* pro hypoſtaſibus divinis habere potuerit (§. 6. *e*.). Geſenius *Hebr. Wörterb.* ſ. v. רוּחַ.

d) J. Schultheſs *Der Geiſt Gottes wie eine Taube*; in Winer — *N. krit. Journ. d. theol. Literatur.* Bd. IV. St. 3. 1825. p. 257—295.

e) Narratio ista de dono peregrinis linguis dicendi primum Apostolis tributo conferri potest cum mytho de confusione linguarum, qui Gen. 11, 1 ff. legitur. Quemadmodum h. l. diversis hominum coetibus facultas diversis linguis loquendi data fuisse traditur, ut plures orbis terrarum regiones colonis frequentarent, ita donum illud in primordiis rei Christianae maximo commodo fuisse dicitur ad novae religionis doctrinam propagandam. Nusquam tamen, Apostolos ibi congregatos postea hac facultate usos esse, legimus. Cf. de Paulo Ap. hac facultate praedito 1 Cor. 14, 18. Omnino experientia docet, homines animi quodam fervore correptos facillime adduci excitarique, ut mancam quoque rei scientiam vel artem ad usum transferant et sic mira ac inaudita patrare videantur.

§. 87.

Continuatio.

E variis istis aliisque scripturae s. locis doctrina ecclesiastica de spiritu s., qua, etsi *personaliter* diversus, tamen *essentialiter* idem cum patre et filio perhibetur, probari solet eodem ordine, quo filius Deus esse traditur [a]). Spiritui s. enim, tanquam naturae peculiari a patre et filio distinctae, *primum nomen* Dei tribui volunt, non satis quidem evidenter, ex Act. 5, 3. 4. 9. 1 Cor. 3, 16. 6, 19. 2 Cor. 6, 16. *Deinde* tanquam *virtutes divinae* spiritui s. vindicantur *omniscientia* (1 Cor. 2, 10—12. 12, 11.), *omnipraesentia* (1 Cor. 12, 4—11. coll. Io. 16, 13.) et *potestas summa* (Matth. 12, 28. 1 Cor. 12, 1—11.). *Tum opera* spiritus s. *divina* celebrantur *inspiratio prophetarum* (1 Petr. 1, 10—12. 2 Petr. 1, 21. 1 Cor. 2, 10—13. Io. 16, 13.), *dona spiritualia miraculosa* in ecclesia primaeva (Act. 2, 4. 4, 31. 8, 17 ff. 1 Cor. 12, 1—11.), *emendatio morum* piorumque sensuum excitatio (1 Cor. 12, 3. Rom. 8, 9. 15 ff. 26. Gal. 3, 26. Eph. 4, 30. 1 Thess. 4, 8.). *Denique* et *cultus divinus* spiritui s. tribui dicitur, argumentis dubiis e Matth. 28, 19. 2 Cor. 13, 13. Rom. 9, 1. petitis. Ceterum praedicata illa recte attributun-

tur ſpiritui ſ., quatenus vel ipſe Deus hoc ſpiritus ſancti nomine ſignificatur (Io. 4, 23 ff. 1 Cor. 3, 16. 12, 6. 11.), vel vis quaedam Dei in animis hominum efficax, quae pro rudioris aevi ingenio ac genere dicendi (§. 60. *f.*) tanquam peculiaris natura a Deo procedens cogitatur ideoque proprietatibus divinis poteſt ornari. Attamen in ipſis libris ff. nec hypoſtaſeos ſenſu eccleſiaſtico ſumtae [b]), nec ſpirationis, nec proceſſus a filio argumenta ſatis certa deprehenduntur [c]).

a) Bretſchneider *Handb. d. Dogm.* I. 2. *A.* 487 ff.

b) Henke Lin. fid. Chr. 106. „Eodem iure, quo ex iſtis locis Ioannis, ἄλλον παράκλητον pollicentibus *perſonae* notionem exſculpunt veteres, poſtulari poterat, ut vere novum quendam poſt Ieſum doctorem, qualis ipſe Ieſus, prodiiſſe atque in ſuſceptum ab Ieſu opus ſucceſſiſſe probarent." Addatur, quod ſcriptores ff. ἅγιον πνεῦμα in alia quadam natura, ſive Deo, ſive Chriſto, ſive homine verſantem et operantem plerumque inducunt, quemadmodum mortem (Rom. 5, 12. Iac. 1, 15.), peccatum (Rom. 6, 12 ff. 7, 14 ff.), et legem (Rom. 7, 23. Gal. 3, 24.), perſonae forma induunt, nec usquam tanquam naturam quandam individuam.

c) Henke l. l. p. 104 ff. Ammon *Bibl. Theol.* I. p. 252 ff. Ei. Summa Th. Chr. 92 ff. ed. 2. Schmid *Die Chriſtl. Religion als Wiſſenſchaft.* Jen. 1797. 317 ff. Löffler *zu* Souverain *Ueb. d. Platonismus d. Kirchenvv.* 426 ff.

§. 88.

Hiſtoria dogmatis antiquior.

Doctrinae de trinitate eccleſiaſticae quum incerta tantum veſtigia in libris ff. reperiantur, haud mirum eſt, Patribus Apoſtolicis, qui quidem ſicut plerique prioris aevi Chriſtiani Deum patrem, filium et ſpiritum ſ. profitebantur, dogma illud plane ignotum fuiſſe. Sed poſtquam alii Ieſum pro homine tantum eximio habuerant, quibus adnumerati ſunt *Ebionitae* [a]), Theodotus Byzantius et Artemon, alii, *Docetismum* [b]) prae ſe ferentes (cf. 1 Io. 4, 2. 2 Io. 7.), ut

plures *Gnosticorum*, ad *Cabbalistarum* [c]) de *emanatione* quadam virium divinarum sententias accedentes [d]), aeonem s. vim quandam, quae e divina natura promanasset, cum Iesu coniunctum fuisse, statuerant; sensim de Christi seu λόγου natura, rarius de spiritu s., quem plurimi, aut vim divinam, aut hypostasin eum esse iudicantes, a filio Dei non satis distinguebant, subtilius quaeri coeptum est; unde magna exorta est commentorum diversitas et inconstantia, non modo in diversis scriptoribus, sed etiam in eorundem auctorum scriptis conspicua. Duae tamen, ad quas reliquae plus minusve accessisse videntur, sententiae praecipuae aevo Ante-Nicaeno per ecclesiam maxime propagatae cernuntur, quarum altera, seculo II a Praxea, *Patripassianorum* auctore, seculo III vero a Noëto Smyrnensi et Sabellio, Paulo Samosatensi et Beryllo Bostrensi defensa, filii et spiritus s. nominibus numinis aut rationes quasdam internas, aut vires aut operationes significari statuit [e]); altera filio et spiritui s. naturam quandam hypostaticam tribuit, ita quidem, ut plerique, etiamsi patri et filio, rarius etiam spiritui s., unitatem substantiae vindicarent, filium tamen patri, spiritum vero utrique quodammodo subesse et filium, aeque ac spiritum, ante mundum conditum tanquam peculiares hypostases ex substantia divina prodiisse contenderent. Haec sententia, praeeuntibus Iustino M., Theophilo Antiocheno, qui λόγον ἐνδιάθετον et προφορικόν distinguit, Irenaeo, Clemente Alex., doctrinae de *emanatione* τοῦ λόγου et spiritus s. auctore, a Tertulliano potissimum et Origene, qui notionem generationis aeternae proposuit, nec minus a Dionysio, episcopo Romano, qui ὁμοουσίαν filii s. οὐσίαν τοῦ υἱοῦ τῇ τοῦ πατρὸς ὁμογενῆ eiusque subsistentiam in patre defendisse proximeque ad sententiam formulae orthodoxae postea definitae accessisse [f]) perhibetur, amplificata atque exornata est.

Gerhard L. th. III. 324 ff. Semler *Einleit. zu* Baumgarten *Polemik.* I. 226 ff. Souverain *Ueb. d. Platonismus d. Kirchenväter, verm. mit einer Darſtellung d. Entſtehungsart d. Dreieinigkeitslehre bis auf d. Nic. K. V. von* Löffler. 1792. Martini *Verſ. einer pragm. Geſch. des Dogma von d. Gottheit Chriſti in den 4 erſten Jahrh.* L. 1800. *Ueb. Jeſus u. deſſen Perſon u. Amt, nach der Meinung d. alten Kirchenväter.* Henke *Magaz.* III. p. 129 ff. Ziegler *Theol. Abhandlungen.* I. *Geſchichtsentwicklung d. Dogma v. heil. Geiſt.* Gött. 1791. Cannabich *Kritik alter u. neuer Lehren.* 152 ff. Beck Commentatt. 248 ff. Münter *Handb. d. Dogmengeſch.* ed. Ewers. I. 1802. Münſcher *Dogmengeſch.* I. 412 ff. II. 171 ff. H. E. F. Guerike de ſcholae Alexandrinae Catecheticae theologia. H. 1825.

a) Tertull. de carne Chriſti. c. 14. „(Ebion) nudum hominem et tantum ex ſemine David, non idem et Dei filium conſtituit Ieſum." Origenes Homil. XVII. in Lucam. Id. in Comment. in ep. ad Tit. (apud Pamphilum in Apolog. Origenis): „Qui dicunt eum ex Ioſepho et Maria natum, ſicut Ebionitae et Valentiniani." Nazaraeos, de quibus Hieronymus (Ep. 89. ad Auguſtin.) „credunt, ait, in Chr., filium Dei, natum de virgine Maria, et eum dicunt eſſe, qui ſub Pontio Pilato paſſus eſt et reſurrexit, in quem et nos credimus", huc minime eſſe referendos, docte nuper demonſtravit Gieſeler *Von d. Nazaräern u. Ebioniten*; in Stäudlin u. Tzſchirner *Archiv für Kirchengeſch.* Bd. IV. St. 2. 1819. p. 289 f. Cf. quae contra hanc ſententiam propoſ. K. Haſe *Ueb. die Hebräer, an welche der im Kanon befindl. Brief gerichtet iſt*; in Winer u. Engelhardt *Krit. Journ. d. theol. Lit.* Bd. II. St. 3. 1824. p. 280 ff. Cf. Eichhorn *Einleit. in das N. T.* I. 2. *A.* p. 14 ff. Omnino plebi Iudaicae, licet Iudaei doctiores et Rabbini ſeriores Meſſiae naturam communi hominum indole longe ſuperiorem plerumque tribuerint, ſententiam de Meſſia mere homine maxime probatam fuiſſe, ſatis conſtat. Bertholdt Chriſtologia Iudaeor. p. 94 ff. Add. Dial. c. Tryph. 144. Orig. c. Celſ. IV. 503.

b) Gieſeler *Kirchengeſch.* I. 104. H. A. Niemeyer Comment. de Docetis. H. 1823. 4.

c) Chriſtian. Knorr von Roſenroth Cabbala denudata. Solisb. 1667. 2 Voll. 4. Kleuker *Ueb. d. Urſprung der Emanationslehre bei den Cabbaliſten.* Riga. 1786. (Hallenberg) *Die geheime Lehre der alten Orientaler u. Juden zur innern und höhern Bibelerklärung.* Roſt. u. L. 1805. 93 ff. 165 ff. Bret-

Schneider *Die hiſtor. dogmat. Auslegung des N. T.* L. 1806. 128 ff. — De Samaritanis, qui eximias quasque numinis virtutes ante mundum conditum in eo quaſi delituiſſe et in mundo demum atque lege (quam una cum mundo conditam eſſe volunt) condenda ſeſe exſeruiſſe docent, vid. Geſenius Pr. de Samaritanor. theologia. H. 1823. p. 18.

d) Iren. adv. haereſ. I. c. 23. Tertull. adv. Praxeam. c. 2 ff. „Unus Deus, ex quo et gradus iſti et formae et ſpecies in nomine patris et filii et ſp. ſ. deputantur. — Haec eſt nativitas perfecta *ſermonis*, dum ex Deo procedit; conditus ab eo primum ad cogitatum in nomine *ſophiae*, dein generatus ad effectum, exinde eum parem ſibi faciens, de quo procedendo filius factus eſt. Dico non carere ſubſtantia, quod de tanta ſubſtantia proceſſit, — illum dico *perſonam* et illi nomen vindico et dum filium agnoſco, ſecundum a patre defendo. — Tertius eſt ſpiritus a Deo et filio, ſicut tertius a radice fructus ex frutice, a fonte rivus ex flumine, a ſole apex ex radio. Ita *trinitas* per conſertos et connexos gradus a patre decurrit." de praeſcriptt. haeret. c. 46. al. Prae ceteris huc referri poteſt Tatianus, qui λόγον tanquam Dei filium non creatum, ſed e Deo progreſſum docuit, l. contra Graecos. c. 5. Lange *Dogmengeſch.* I. 234 ſ. Patres eccl. quanquam λόγον *ſubſtantiam* peculiarem fuiſſe ſaepiſſime docent, nihilo minus Dei unitatem ſtrenue defendunt, parum curantes, quomodo hae ſententiae inter ſe conciliari poſſint. V. Keil Opuſc. academica. Ed. Goldhorn. L. 1821. 494 ff. Guerike l. ſupra l. de Origene haec monet (p. 211.): „Or. patrem, fil. et ſp. ſ. tres ſingulares cenſet eſſe hypoſtaſes, diverſae quidem dignitatis, eiusdem vero naturae divinae. Hanc autem naturae unitatem *innuit* tantum, inprimis de ſpiritu ſ. obſcurius." Add. Orig. Comment. in Ioann. Ed. de la Rue. V. IV. p. 50. *Αὐτόθεος ὁ θεός ἐστι — πᾶν δὲ τὸ παρὰ τὸ αὐτόθεος μετοχῇ τῆς ἐκείνου θεότητος θεοποιούμενον.*

e) Schleiermacher *Ueb. den Gegenſatz zwiſchen der Sabellianiſchen u. d. Athanaſianiſchen Vorſtellung von d. Trinität*; in *Theol. Zeitſchrift.* Heft III. B. 1822. p. 295 ff.

f) Patres antenicaenos antiquiſſimos iam fidem Nicaenam ſtrenue profeſſos eſſe, fruſtra probare conatus eſt Georg. Bull Defenſio fidei Nicaenae, in eiusd. opp. cum ann. J. E. Grabe. Lond. 1703. f. Sententiam contrariam prae ceteris bene defendit Dan. Whitby Disquiſitiones modeſtae in Bulli defenſ. fid. Nic. Ed. 2. Lond. 1720. Münſcher *Dogmengeſchichte.* I. 412 ſ. 490 ff. III. 391 ff.

§. 89.

Continuatio.

Controverſiis inde ab ineunte ſec. IV per Arium, qui quidem non tam trinitatem in Deo, quam ὁμοουσίαν [a]) filii impugnaverat, motis, factum eſt, ut in Concilio Nicaeno a. 325 ſententia illa, cuius ſemina iam latiſſime per eccleſiam ſparſa erant, de patre ἀγεννήτῳ et filio patri ὁμοουσίῳ publica auctoritate ſtabiliretur et theſes illi contrariae ab Ario propoſitae: ἦν ποτε, ὅτε οὐκ ἦν· πρὶν γεννηθῆναι, οὐκ ἦν· ἐξ οὐκ ὄντων ἐγένετο· ἐξ ἑτέρας ὑποστάσεως ἢ οὐσίας ἐστί· κτιστὸς, [τρεπτὸς ἢ ἀλλοίωτός] ἐστι ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, damnarentur. Arianorum diſcordia, quorum alii *Semi-Ariani* dicti (*Euſebiani*, *Homoeuſiani*), filium patri ὁμοιούσιον eſſe concedebant, alii, *Ariani* ſeveriores (*Eunomiani*, *Eudoxiani*, *Acaciani*, *Aëtiani*, *Anomoeani*), filium patri ἀνόμοιον ſ. ἑτερούσιον dicebant [b]), contentiones cum Photino, epiſcopo Sirmienſi, qui Ieſum merum hominem eſſe tradidit, quocum λόγος Dei tanquam mentis divinae vis coniuncta fuerit, et controverſiae cum *Macedonianis* (πνευματομάχοις) ſuper ſpiritu ſ., maxime vero Athanaſii [c]) ſedula opera atque Auguſtini *numericam* unitatem accurate deſinientis [d]), multo magis quam orthodoxorum confutationes novaeque ſynodorum formulae et finitiones doctrinam publicam ſenſim uberius excultam confirmaverunt; adeo, ut ea decreto Conſtantinopolitano a. 381 [e]) et poſtea ſymbolo Pſeudo-Athanaſiano denuo ſancita et amplificata, ipſo eccleſiae catholicae diſcidio, quod per controverſias nondum compoſitas de ſpiritus ſ. proceſſione a filio exortum eſt [f]), itemque *Tritheitarum* [g]) aliorumque erroribus non potuerit turbari. Formula publica de trinitate, vel imperatorum et regum legibus conſtituta [h]), neque per theologos Scholaſticos, qui aucta per philoſophiae Ariſtotelico-Scholaſticae uſum ſubtilitate hunc locum pertractarunt, et quorum pauci

tantum in erroris ſuſpiciones inciderunt [i]), neque per evangelici coetus fundatores mutata eſt [k]).

a) Vocabulum ὁμοούσιος a Patribus Nicaenis non eodem, quo poſtea ad normam doctrinae orthodoxae definitum eſt, ſenſu, de *identitate* ſcilicet naturae et ſubſtantiae, dictum fuiſſe, negari nequit. (Münſcher *Unterſuch. üb. d. Sinn d. Nicäiſchen Glaubensformel*; in Henke *N. Magaz.* IV. St. 2. *Dogmengeſchichte.* III. 395 f.) PP. Nic. hac voce potius ſubſtantiam divinae omnino ὁμογενῆ et unitatem quandam *ſpecificam*, arctiſſimam quidem et perfectiſſimam, cuiusmodi in nullis aliis eiusdem ſpeciei naturis deprehenditur, ſignificaſſe videntur, ita, ut patri et filio ſingulas virtutes divinas, velut aeternitatem, immutabilitatem, eodem ſenſu attribuerent, non niſi hoc discrimen inter patrem filiumque ſtatuentes, quod ille ἀγέννητος ſit, hic ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρός ab aeterno genitus. Athanaſius autem poſterius huic vocabulo, a Synodo Nic. non accuratius definito, ſuam ipſius ſententiam ſubſtruxit de Filio, τῷ λόγῳ ſ. ſapientia Dei ab aeterno per ſe ſubſiſtente, qua et ipſe unitatem Patris et Filii *numericam* (ἑνότητα καὶ ταυτότητα τῆς οὐσίας, τριάδα ἐν μονάδι) non *ternionem* quandam, ſed *trinunitatem*, indicabat (Manſi Concilior. nova et ampliſſ. collect. Voll. XXX. Florent. et Venet. 1759—92. f. T. III. 365 ff. Fuchs *Bibl. d. Kirchenverſammlungen des 4ten u. 5ten Jahrh.* L. 1780—84. Voll. 4. II. 293 ff. Münſcher *Dogmengeſch.* III. p. 502.), ab Auguſtino demum ſtrictius finitam (cf. ſ. l. *d.*). Qua accepta, ὁμοουσίας notio ad doctrinam orthodoxam accommodate ſic conſtituitur, ut tres eſſe perſonas αὐτοθέους in una eademque eſſentia divina, non niſi charactere hypoſtatico a ſe invicem diſtinguendas, hoc vocabulo ſignificetur.

b) (J. A. Stark) *Verſ. einer Geſchichte des Arianismus.* B. 1783. 2 Thle. Gieſeler *Kirchengeſch.* I. Darmſt. 1824. p. 262 ff.

c) Cf. ex Opp. Athanaſ. Expoſitio fid., Contra Arianos oratt. V. Ei. ad Serapionem epp. IV. De trinitate et ſp. ſ.

d) Auguſt. de trinitate. l. V. c. 3 ff. VII. 6. De agone Chriſti. c. 15. Epp. 170. 178. 238. De civitate Dei. l. XI. c. 10. 15. Contra ſermonem Arianorum. c. 3. al. Monuerunt veteris eccleſiae doctores, monotheismum Iudaeorum et polytheismum gentilium trinitatis dogmate quaſi in unum coaluiſſe. Cf. prae ceteris Gregor. Naz. or. 38. Gregor. Nyſſen. Catech. c. 3. Baſilius M. Homil. XXIV. Opp. T. II. p. 189 Ambroſ. Mediolan. de fide. I. c. 5. et Ioann. Damaſc.

de orth. fid. I. c. 7. Οὕτως μὲν διὰ τῆς κατὰ φύσιν ἑνότητος ἡ πολύθεος τῶν Ἑλλήνων ἐξαφανίζεται πλάνη· διὰ δὲ τῆς τοῦ λόγου παραδοχῆς καὶ τοῦ πνεύματος, τῶν Ἰουδαίων καθαιρεῖται τὸ δόγμα, ἑκατέρας τε αἱρέσεως παραμείνει τὸ χρήσιμον· ἐκ μὲν τῆς Ἰουδαϊκῆς ὑπολήψεως, ἡ τῆς φύσεως ἑνότης· ἐκ δὲ τοῦ Ἑλληνισμοῦ, ἡ κατὰ τὰς ὑποστάσεις διάκρισις μόνη. Attamen neque vere Iudaeus, neque gentilis ſana ratione utens, quippe quae ad monotheismum purum ducit, in iſta dogmatis ſpecie acquieſcere poterit.

e) Addita ſunt formulae Nicaenae illo decreto haec verba: [Πιστεύομεν εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον] τὸ κύριον, τὸ ζωοποιὸν, τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον, τὸ σὺν πατρὶ καὶ υἱῷ συμπροσκυνούμενον καὶ συνδοξαζόμενον, τὸ λαλῆσαν διὰ τῶν προφητῶν.

f) Symbolum Nicaeno-Conſtantinop. non niſi proceſſionem ſpiritus ſ. a patre conſtituerat; addidit eccleſia latina, repugnante Graeca, in Synodo Toletana a. 589 h.: *filioque*. J. G. Walch Hiſtoria controverſiae Graecorum et Latinorum de proceſſione Sp. ſ. Jen. 1751. Cf. Ioann. Damaſc. de orth. fid. I. c. 12. fin. καὶ υἱοῦ δὲ πνεῦμα· οὐχ ὡς ἐξ αὐτοῦ, ἀλλ' ὡς δι' αὐτοῦ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον· μόνος γὰρ αἴτιος ὁ πατήρ. Confeſſio orthodoxa eccl. cathol. orientalis, auct. Petr. Mogila. L. 1695. p. 119. Διδάσκει (ἐκκλησία), πῶς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεται ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς ὡς πηγῆς καὶ ἀρχῆς τῆς θεότητος. Auguſti 2 Prr. de nonnullis eccleſiae gr., quae nuper iactatae ſunt (v. A. de Stourdza *Conſiderations ſur la doctrine et l'eſprit de l'Egliſe orthodoxe*. Stuttg. 1816.), virtutibus. Bonn. 1821. 4.

g) Adnumerantur iis Ascosnages Syrus, eiusque diſcipulus, Ioann. Philoponus, Grammaticus Alexandrinus, ſec. VII. Vid. Ioann. Damaſc. de haereſib. 101 ff.

h) L. II. Cod. Theod. de fide Cath. Cod. Iuſt. L. I. t. 1. de ſumma trinitate et fide Cath. I. 2 et 5. L. 1. tit. 5. l. 2. Nov. CIX. — Feſtum Trinitatis iam ſec. VIII non ignotum, ineunte ſec. XV (a. 1405) in omni eccleſia latina receptum eſt. Baumgarten *Chriſtl. Alterthümer*. p. 354.

i) De Roſcellino, Nominalium auctore, ſec. XI., Petro Abaelardo et Gilberto Porretano ſec. XII. vid. Cramer *Fortſetzung von* Boſſuet. T. V. et VI. Schröckh *Kirchengeſch.* T. XXVIII. 394 ff. Add. Baumgarten-Cruſius Pr. de vero Scholaſticorum Realium et Nominalium diſcrimine, et ſententia theologica. Jen. 1821. 4. p. 18. „Ridendos plurimum ſe dedere, qui haereticos facerent, ipſi gra-

vioris culpae rei." Ut Anſelmus in prima, quae ex iſta cauſa prodiret, lite theologica, adverſus Roſcellinum ita differit (de incarnat. 2.): „Qui nondum intelligit, quomodo plures homines in ſpecie ſint unus homo; qualiter comprehendet, quomodo plures perſonae ſint unus Deus? Et, cuius mens obſcura eſt ad discernendum inter equum ſuum et colorem eius, qualiter discernet inter unum Deum, et plures relationes eius." Hinc intelligitur, qui et Tritheita haberi potuerit, et Sabellianus Roſcellinus.

k) Cf. cum locis e libris ſymbolicis eccleſ. Lutheranae ſupra allatis Confeſſ. Helvet. I. art. 6. Helvet. II. c. 3. Conf. Gallic. art. 6. Conf. Angl. art. 1—3. Conf. Belg. Art. 8.

§. 90.

Hiſtoria dogmatis recentior.

Exſtiterunt autem ab ineunte inde ſec. XVI, qui, partim philoſophiae Platonicae et literarum humaniorum ſtudio, partim eccleſiae dominantis impotentia excitati [a]), trinitatis dogma argumentis tum exegeticis tum philoſophicis uſi addubitarent. Ab eiusmodi conatibus quam vehementiſſime abhorrentes vel ipſi Evangelici, ſummi religionis ſuae praecepti immemores, graviſſime vexare Antitrinitarios haud dubitaverunt, qui quidem, licet ipſi inter ſe diſſentirent, atque multa etiam obſcure et ambigue disputarent, in eccleſiaſticae tamen de hoc dogmate doctrinae forma improbanda omnes conveniebant. Tales fuerunt Ludov. Hetzer, Campanus, Servetus [b]), medicus Hispanus, qui a. 1553, ipſo Calvino adiuvante, neque improbante Melanchthone [c]), miſerrime combuſtus eſt, Ochini, Gentilis, Gribaldi, Blandrata et alii. Maiore cum ſucceſſu opiniones ſuas propoſuerunt Laelius et Fauſtus Socini, familiarum Unitariarum in Polonia aliisque terris auctores, qui Ieſum Chriſtum eſſe hominem, per ſpiritum ſ. natum, dotibus eximiis et dignitate poteſtateque divina a Deo ornatum, filiique Dei et ipſius Dei nomine digniſſimum, ſpiritum ſ. autem meram numinis divini vim eſſe, ſta-

tuebant [d]). Quamvis, qui per ſeculi decimi ſexti et ſeptimi decurſum atque ſuperioris etiam partem dimidiam, doctrinam ſymbolicam tuebantur, omnibus ad eam denuo firmandam viribus eniterentur, argumentis uſi tum exegeticis, tum philoſophicis, tum ex aliarum rerum ſimilitudine atque analogia ductis, prohibere tamen non potuerunt, quo minus per idem temporis intervallum placita olim repudiata ſubinde rurſus proferrentur, vel nova quaedam non minus damnanda viſa adderentur. Prodierunt igitur *Neo-Ariani*, et ſeveriores, praeeunte Guil. Whiſton [e]), et mitiores, ut Sam. Clarke [f]), ad quos referuntur etiam plerique Arminiani [g]), *Neo-Sabelliani* ſ. *Modaliſtae*, quibus praeter alios adnumeratur Io. Clericus, *Neo-Samoſateni*, ad quos pertinere videntur et ii, qui emanationem duarum perſonarum ex prima ſibi finxerunt, Val. Weigel et Iac. Boehme [h]), imo *Neo-Tritheitae*, ſicut Guil. Sherlock [i]). Ex qua commentorum varietate nulla tamen eccleſiae diſcidia exorta ſunt.

a) Henke *Kirchengeſch.* III. 29 ff. 389 ff. — Notitiam optimorum librorum hanc §. illuſtrantium adfert Beck Commentt. p. 274 ff. Bretſchneider *Entwickl. d. dogmat. Begr.* 3. *A.* p. 433 ff.

b) Scripta Serveti, quae neque ingenii neque artis documenta exhibent inſignia, haec ſunt: De trinitatis erroribus ll. VII. 1531. Dialogorum de trin. ll. II. 1532. Chriſtianismi reſtitutio. 1553. recuſa Norimb. 1791. — Döderlein *Religionsunterricht.* VI. 211 ff.

c) Conſil. T. II. 204. ed. Pezel. „Affirmo, ait Mel., veſtros magiſtratus iuſte feciſſe, quod hominem blasphemum, re ordine iudicata, interfecerunt." Strobel *Beiträge zur Literatur beſonders des 16ten Jahrh.* 1ſten Bds 1ſtes St. Nürnb. 1784. Jean Sennebier *Hiſtoire lit. de Genève.* V. I. 207. Similiter Lutherus vel *indicta cauſa* eos, qui a ſingulis fidei Chriſtianae articulis, tunc temporis pro fundamentalibus habitis, deflexerint, damnandos eſſe, temere profeſſus erat. Vid. ei. *Ausleg. des 82ſten Pſalms vom Jahr* 1530. Opp. ed. Walch. V. 1056 ff. Bretſchneider *Worte Luthers.* Erf. 1817. 131 f. Melanchthon locum de trinitate in prioribus locor. theoll.

editionibus neglectum in posterioribus subtilius pertractavit, et ipse de filio Dei hypothesin, non plane novam, sed singularem in medium protulit, quae a Flacio illi vitio versa et in haereseos invidiam vocata est. Corp. doctr. Christ. — L. 1560. f. p. 323 f. haec habet: „Pater aeternus sese intuens, gignit cogitationem sui, quae est imago ipsius, non evanescens, sed subsistens, communicata ipsi essentia. — Ut autem filius nascitur cogitatione, ita spiritus s. procedit a voluntate patris et filii; voluntatis enim est agitare, diligere, sicut et cor humanum non imagines, sed spiritus s. halitus gignit." Strobel *Literargeschichte von* Mel. Loc. theoll. p. 82. 237. Planck *Gesch. d. protest. Lehrbegr.* IV. 36 ff.

d) F. Socini Tractat. de Deo, Christo et Spir. s. Racov. 1611. Catechismus Racov. quaest. 75. 78. 87. 237. 245. al. Winer *Comparative Darstell. des Lehrbegr. d. christl. Kirchenpartheien.* L. 1824. p. 9 ff. Cf. Christoph. Chr. Sandii Bibliotheca Antitrinitariorum. Freyst. 1684. Bibliotheca fratrum Polonorum. Divisa est Socinianorum familia in duas partes *adorantium* et *non adorantium Christum.* Vid. Disputatio de adoratione Christi, habita inter F. Socinum et Chr. Franken. Racov. 1618. Bock Historia Antitrinitariorum, maxime Socinianismi. Regiom. II Voll. 1774. 76. — Ch. F. Ilgen Vita Laelii Socini. L. 1814.

e) Will. Whiston *Primitive christianity revived.* Lond. 1711. 12. V Voll.

f) Sam. Clarke *The scripture doctrine of the Trinity.* Ed. 2. Lond. 1729. germ. cum praefat. Semleri. L. 1774. Recentiore aetate ad illum accesserunt Iac. Vernet de Christi deitate. Genev. 1777. Dan. Henr. Purgold *Resultat meines mehr als 50jährigen Nachdenkens über die Religion Jesu.* L. 1788. 5. *A.* 1792.

g) Episcopius Institut. rel. Christ. l. II. sect. 2. c. 37. Curcellaeus Instit. II. 19, 9. Limborch Theol. Christ. II. 17. §. 25 ff.

h) Corrodi *Krit. Geschichte des Chiliasmus.* T. III. P. I. 311 ff. 378 ff.

i) Will. Sherlock *A vindication of the doctrine of the holy Trinity.* 1690. 4.

§. 91.

Continuatio.

Quo prosperiore successu aetas recentior historiae, philosophiae et philologiae studiis operam dedit, eo difficilius sibi persuadere potuit de veritate dogmatis ecclesiastici, unde factum est, ut et philosophi et ipsi theologi sensim plus minusve ab eo deflecterent. Et illi ipsi, qui formulam publicam tueri volebant, partim variis modis eam sic explicare studebant, ut natura et usus dogmatis facilius intelligerentur [a]), quo studio ad Sabellianas saepissime opiniones deducti alii tres *vires* s. *virtutes* [b]), alii tres *operationes* in numinis natura essentiales [c]), alii tres *relationes* [d]) sibi effinxerunt; partim missa subtilitatum dogmaticarum investigatione, in iis potissimum acquiescendum esse putaverunt, quae de beneficiis divinis ex hac doctrina repetendis scriptura s. diserte tradere et quae omnino popularem quendam usum habere posse viderentur [e]). Attamen haud defuerunt, qui pro obsoleta dogmatis forma, quum alii, doctrinam istam nec cum libris ss., nec cum sana ratione conciliari posse, libere professi essent [f]), argumentis quidem futilibus decertarent [g]), vel summam dogmatis novis quibusdam philosophematibus iisque obscurioribus involutam denuo commendare conarentur [h]). Omnino historia dogmatis de trinitate docet, quicunque fuerint subtilius illud explicandi conatus, his vel ad *Arianismum* [i]), vel ad *Tritheismum*, vel ad *Sabellianismum* theologos abductos fuisse.

a) Paul Maty *Lettre sur le mystère de la Trinité.* 1729. Ei. *Doctrine de la Tr. éclaircie.* 1730. Reusch Introd. in theol. revel. 795 ff. Gruner Inst. dogm. 117 ff. Joh. Aug. Urlsperger *Kurzgefaßtes Syßtem ſeines Vortrages v. Gottes Dreieinigkeit.* Augsb. 1777. Chr. Fr. Bucerus *Das Geheimniß d. Dreieinigk.* L. 1792. — Vel matheseos ope trinitatem illustrare conati sunt Darjes Tract. phil., in quo pluralitas personarum in Deitate — methodo mathematica demonstratur. Leo-

Leovard. 1735. Iac. Carpov Revelatum S. Trin. mysterium methodo demonstrativa propositum. 1735.

b) G. F. Meier *Philos. Betracht. üb. d. Christl. Religion.* St. 3. 194 ff. Töllner *Verm. Aufsätze.* II. 1. Silberschlag *Lehre d. heil. Schrift v. d. Dreieinigkeit.* B. 1783. Cf. Eckermann *Handb.* II. 669 ff.

c) G. Schlegel *Erneuerte Erwägung d. Lehre von d. heil. Dreieinigk.* Riga. 1791. 92. 2 Thle. Ei. *Vereinfachte Darstell. der Lehre v. Gott, als Vater —.* 1795. Cf. Löffler *Versuch üb. d. Plat. d. Kirch. V. übers.* praefat. Praeiverat simili sententia Jerusalem *Nachgelassene Schriften.* I. 137 ff., cui assentit Joh. Lud. Ewald *Die Religionslehren d. Bibel aus d. Standpunkte uns. geistigen Bedürfnisse betr.* 2 Voll. Tüb. 1812.

d) Kant *Rel. innerh. d. Grenzen der bl. Vernunft.* 211 ff. Tieftrunk *Censur des protest. Lehrbegr.* T. II. 235 ff. T. III. 1 ff. Ammon *Wissenschaftl. prakt. Theol.* p. 96. Krug *Eusebiologie od. philos. Religionslehre.* Kgsb. 1819. p. 238. „*Diese Ausdrücke* (*Vater, Sohn u. Geist*) — *deuten nicht drei verschiedene göttliche Wesen an, nicht einmal drei verschiedene Persönlichkeiten —, sondern nur ein dreifaches Verhältnifs der Gottheit zur Welt und zum Menschengeschlechte, nämlich das eines schaffenden, erhaltenden und regierenden Princips.*" — Flügge *Darstell. d. Einflusses d. Kant. Philos.* T. II. 334 ff. Cf. Eckermann *Theol. Beitr.* IV. 2. 236 ff.

e) Semler Inst. ad doctr. Chr. liberal. discendam. p. 313 ff. Griesbach *Popul. Dogmatik.* 54 ff. Morus Epit. Th. Chr. 69 ff. Döderlein *Religionsunterr.* VI. 312 ff. — Henke Lin. fid. Chr. 107 f. Niemeyer *Popul. u. prakt. Theol.* 6. *A.* 385 ff. Eckermann *Handb.* II. 703 ff. Ammon Summa Th. Chr. p. 119 ff. — Formulam publicam pressius secuti sunt Storr, Reinhard, Augusti, Bretschneider al.

f) *Freimüth. Betracht. üb. d. Christenthum.* 173 ff. Cannabich *Kritik alter u. neuer Lehren.* 168 ff. 3. *A.*

g) G. F. Seiler *Ueb. die Gottheit Christi.* L. 1775. J. F. Flatt Commentatio, in qua symbolica ecclesiae nostrae de deitate Chr. sententia probatur et vindicatur. Gott. 1788. C. A. Döderlein *Ueberzeugender Beweis der wahren Gotth. des Sohnes Gottes.* Schwerin u. Wism. 1789.

h) Schelling *Ideen zur Naturphilosophie.* 2. *A.* 139 ff. Ei. *Medicin. Jahrb.* II. 2. 286. Ei. *Vorlesungen üb. d. akad. Studium.* 184 ff. „*Der ewige, aus dem Wesen des Vaters aller Dinge ge-*

borne, Sohn Gottes ist das Endliche selbst, wie es in der ewigen Anschauung Gottes ist, und welches als ein leidender und den Verhängnissen der Zeit untergeordneter Gott erscheint, der in dem Gipfel seiner Erscheinung, in Christo, die Welt der Endlichkeit schliesst, und die der Unendlichkeit, oder der Herrschaft des Geistes, eröffnet." Eschenmayer *Die Philosophie in ihrem Uebergange zur Nichtphilos.* Erl. 1803. 36 ff. 105. Cf. libellum nostrum: *Ueb. die von der neuesten Philos. geforderte Trennung d. Moral von Relig.* 19 ff. — Daub Theologumena. 435 ff. Erhardt *Vorles. üb. d. Theologie u. d. Studium derselben.* 1810. 166 ff. — De Wette *Ueb. Religion u. Theol.* 2. *A.* 240. Ei. *Dogm. d. ev. luth. Kirche.* 2. *A.* B. 1821. p. 73. „*Die urchristl. dreifache Ansicht Gottes, als des höchsten Wesens* (*Vater*), *als des geoffenbarten in der Welt* (*Sohn*) *und als des Wirkenden in der Natur* (*Geist*) *enthält alle nothwendigen Formen eines lebendigen Gottesglaubens, bei dem wahren Monotheismus das Richtige und Gesunde des Polytheismus und Pantheismus.*" — Marheinecke *Die Grundlehren der christl. Dogmat.* B. 1819. p. 131 ff. „*Sowie Gott ewig in sich selber ist, so ist er auch ewig aus sich selber. — Wenn Gott sich selbst erkennet, so läst sich dies Erkennen seiner selbst nicht als fruchtlos denken, wir sind vielmehr gezwungen, den erkannten von dem erkennenden zu unterscheiden, obgleich die dem einen und dem andern gemeinschaftliche Gottheit eine und dieselbige ist. — Dieser ewige Exitus aus sich selbst, oder diese ewige Existenz Gottes aus sich selber ist in der wahren Religion symbolisirt durch den Begriff der Zeugung. Der zeugende Gott, welcher zugleich Gegenstand und Princip, ist zugleich der Vater, der gezeugte, aus dem Wesen des Vaters ewig hervorgehende, der Sohn. Diesem Symbol liegt die ursprüngliche Einheit des Begriffes von Zeugen und Erkennen zum Grunde.*" — 378. „*Der Geist ist auch, seiner Persönlichkeit nach, nur producirt und nicht zugleich selbst producirend, wie der Sohn, von welchem er eben so gut ausgehet, als vom Vater: er kann mithin auch nicht die zweite Person in der Gottheit seyn. Da er nun aber die gemeinschaftl. Form und somit das gemeinschaftl. Wesen beider ist, nämlich die Gottheit, der Vater aber Gott in Gott, der Sohn Gott aus Gott, so kann man ihn durchaus nicht anders denken, denn als dasjenige, wodurch Gott eben Gott ist, als Gott zugleich in Gott und aus Gott, also als den Geist in und aus dem Vater und in und aus dem Sohn.*" Cf. *A. L. Z.* 1819. Nr. 208. 9. Röhr *Krit. Pred. Bibl.* I. 1820. 1 ff. Kaiser Monogrammata theol. Chr. dogm. Erl. 1819. p. 20., ubi „Deus se sibi repraesentans,

Deus repraesentatus seu sibi conscius et Deus se cognoscens" distinguitur. Schleiermacher *Der chr. Glaube.* II. B. 1822. p. 686 ff. — Cf. Bretschneider *Handb. d. Dogmat.* 2. *A.* II. p. 515. „*In allen diesen philosophischen Versuchen ist eine gewisse Willkür unverkennbar, nach welcher man eben so gut zu einer Zweiheit oder Vierheit, als zu einer Dreiheit in Gott gelangen könnte, so wie sie auch das Wesentliche der biblischen Lehre insgesammt verwischen.*"

i) V. prae ceteris Sam. Clarke *Die Schriftlehre von der Dreieinigk., mit einer Vorr. v.* Semler. 1744. Purgold *Resultat meines mehr als funfzigjährigen Nachdenkens üb. die Rel. Jesu.* 2. *A.* L. 1788. K. J. Besenbeck *Ueb. d. Dreieinigkeit Gottes. Ein Vers., diese Lehre zur bibl. Reinheit u. Einfachheit zurückzuführen. 2te wohlf. A.* Bamb. 1818. p. 30 f. „*Jesus ist nicht Gott, nicht ein Gott, nicht die 2te Person in der Gottheit, sondern Gott hat sich mit Jesu von Ewigkeit auf eine unerklärbare, unergründliche Weise innigst vereinigt, sandte diesen Jesum in der von ihm bestimmten Zeit in die Welt; liess ihn auf eine ausserordentliche Weise durch seine Schöpferkraft in dem reinen Leibe der unbescholtenen Jungfrau Maria entstehn und geboren werden: daher nannte sich Jesus den Sohn Gottes.*" 65 f. „*Heil. Geist ist (nicht Person) jener hohe himmlische Sinn, der von Gott kommt, der durch die richtige Erkenntniss von Jesu und seinem Werke erweckt wird —.*"

§. 92.

Epicrisis.

Dogmate ecclesiastico ad sanae rationis principia revocato, neminem fugit, *primum* omnem pluralitatem in Deo rationi aperte repugnare (§. 59.), *deinde* quamlibet trinitatis explicationem philosophicam, sive unum subiectum et triplicem eius rationem aut operationem, sive tria subiecta intelligendi et volendi (cf. Matth. 26, 39.) facultate praedita defendat, necessario abire vel in *Sabellianismi* (*Modalismi*), vel in *Tritheismi* aut *Arianismi* decreta, ab ecclesiis olim damnata [a]). Quod attinet *denique* ad *incarnationem* (ἐνσάρκωσιν) Dei in homine Iesu, et spiritus sancti apparitionem in columbae specie, nullo modo fieri potest,

ut natura infinita finitae speciem et formam induat, et ut Deus, quod ipsa scriptura s. diserte negat (Io. 1, 18. 1 Tim. 6, 16.), corpore qualicunque in oculos sensusque incurrat. Atque narrationes istae, quibus numen ipsum sive singulos Deos humana forma indutos inter homines apparuisse traditum est, apud populos rudiores satis frequentes, si altius examinatae et ad notionem cui superstructae essent, universam revocatae fuerint, hanc sententiam maxime adumbrasse videntur: numen notabili quodam modo in rerum natura sese manifestasse seu vim suam exseruisse. Sin autem dogma illud ex testimonio ll. ss. atque ex historia diiudicatur, clarissime patet, formulam eius publice receptam nusquam a scriptoribus ss. diserte traditam, nec nisi tribus fere seculis praeteritis in ecclesia, eo tempore ad *Paganismi* errores suscipiendos procliviore, effictam et sancitam esse. Sunt quidem varia dogmatis semina in ipsis libris ss., ab interprete candido haud negligenda; ea vero derivari et explicari debent partim e philosophematibus quibusdam Iudaicis et Platonicis, aevi inculturis indolem referentibus, quae iam ante religionis Christianae originem divulgata erant, partim ex pio quodam in magistrum divinum, cuius frustra quaerebatur exemplum, reverentiae sensu, quo imbuti librorum ss. auctores vel Iesu ipsius de Messiana sua dignitate sententias, vel narrationes de singulis vitae Iesu fatis mythicas, quarum multae satis mature iam prodierant (cf. Luc. 1, 1.), pro suo quisque ingenio atque iudicio varie intellectas conceptasque literis tradiderunt et amplificaverunt.

a) Cannabich *Kritik alter u. n. Lehren.* 136 ff. De Wette *Dogm. d. ev. luth. Kirche.* 89. 96. *Arianismus* et *Subordinatianismus*, qui dicitur, scriptorum ss. quidem effatis nonnullis conveniunt; at enimvero cum sana ratione conciliari nequeunt. Notiones *generationis* et *missionis* hoc aperte significant, quod filius Dei et spiritus s. certo quodam modo a Deo patre pendeant, eique subiecti sint, quo posito personarum in Deo perfecta aequalitas prorsus tollitur. Spiritus sancti

vero ac patris relatio et coniunctio in ll. ff. nusquam accuratius definitur. Quod spiritus *exire* dicitur a patre, non eo, quo in ecclesia fit, sensu capi potest, sed mitti denotat ad homines, officiorum quorundam obeundorum causa, de coelo, patris solio, utpote spiritus sancti domicilio. Ceterum sp. s. in ipsis ll. ff. quodam modo pendere dicitur a voluntate ac potestate patris, unici scilicet Dei et rerum omnium summi domini. Hoc significat appellatio *πνεῦμα θεοῦ τοῦ πατρός*, qua non suo, sed e patris arbitrio agere dicitur. Praeterea Deus ipse, ubi loquens introducitur, spiritum appellat suum, nec usquam contraria locutio reperitur: *θεὸς τοῦ πνεύματος*. Ex alieno arbitrio pendere spiritum docent omnes ii loci, in quibus Deus dicitur *dare* spiritum s. vel *effundere* vel *mittere*. Nam qui mittit et amandat, etsi non naturam diversam, certe auctoritatem necesse est habeat maiorem, quam qui ablegatur; hic vero quia alieno quasi imperio adigitur, in agendo non potest non illi esse obnoxius atque subiectus. Obscurior multo et incertior relatio est, quae inter spiritum et filium intercedit. Nam ille ab hoc quodam modo pendere dicitur, quoniam etiam *πνεῦμα χριστοῦ* appellatur et a filio mittitur (quanquam ex Ioanne potius a patre mitti, rogante filio, putandus est), neque, ut ipse velit, loquitur, sed filii doctrinam tradit. (Io. 16, 14.) Hoc autem loco additur, filii ac patris omnia esse communia, quapropter dicere eum posse: *ἐκ τοῦ ἐμοῦ λαμβάνει* cet. In aliis locis filius pendere dicitur a spiritu, non solum in assumendo humano corpore (Luc. 1, 35.), verum etiam in suscipiendo docendi munere (Matth. 3, 16. Io. 3, 34.), in expellendis daemonibus (Matth. 12, 28.). Quodsi *personarum* discrimen in hac doctrina urgetur, ea ad *Tritheismum* abducitur; sin minus, *Modalismum* s. *Sabellianismum* prae se fert, qui a ratione quidem haud plane abhorret; at scripturae s. non omnino consentaneus est (cf. Matth. 26, 39.). *Socinianismus* vero, sicut *Athanasianismus*, cum neutra illarum conciliari potest.

§. 93.

Continuatio.

Quum vero et alius quidam doctrinae typus, a dogmate illo alienus idemque cum sana ratione optime congruens aperte traditus sit in libris ff., quo unum verum Deum, numen quidem absolute perfectum (Matth. 19, 17. coll. Marc. 10, 18. et Luc. 18, 19.), solum adoran-

dum [Matth. 4, 10. Marc. 12, 29—31. coll. 34. [a]) Io. 4, 23.] et ab Iesu ipso adoratum (Matth. 26, 39. 42. Luc. 23, 46. Io. 17, 1 ff.), et Iesum Christum, qui vel post abitum e terris homo simpliciter appellatur (Act. 2, 22. 17, 3. Rom. 5, 15. 1 Tim. 2, 5. cf. 1 Cor. 15, 21.), ut legatum eius agnoscere iubemur (Matth. 7, 21. Io. 17, 3.), Deo quidem ipsum legante longe inferiorem (Matth. 19, 17. 20, 23. Luc. 18, 19. Io. 14, 28. 10, 29 ff. 17, 22. 24. 1 Cor. 3, 23. 11, 3. 15, 27. 28.), non est, quod, hunc ipsum purioris doctrinae Christianae typum sequentes, trinitatis dogma ad ea referre dubitemus, quae iusta auctoritate certoque fundamento carent; ideoque ut iis ab omnibus Chr. religionis assectatoribus fides habeatur, postulari non potest. Imo quo plura ac graviora damna et nefanda facinora per male sanum dogmatis illius tuendi studium in ecclesiam Christianam illata sunt, eo minus symbolica eius forma, quae simul tot tantisque opprobriis contra religionem Christianam ansam praebuit, nostris temporibus urgeri ac premi debet. Omissis potius quibusvis subtilitatibus atque argutiis, et, quaecunque aevi incultioris ingenium prodant, quaestionibus et finitionibus [b]), in eo maxime elaborandum est, ut dogma illud, fundamento biblico satis valido pariter ac rationali plane destitutum, ad doctrinam eam biblicam revocetur, cuius summa, mandato de baptismo (Matth. 28, 19.) simpliciter enunciata, in eo recte ponitur: ut Deum tanquam omnium hominum patrem sanctissimum revereamur, Iesum autem Messiam s. filium Dei, h. e. legatum divinum (Io. 18, 37.) Deo probatissimum, singularibusque ab eo dotibus ac praesidiis adiutum, unde ipsa divina sapientia (ὁ λόγος τοῦ θεοῦ Io. 1, 1. 14.) s. providentia Dei mirum quantum per eum sese manifestasse traditur, agnoscamus, eumque, etsi cognomen ἀγαθοῦ, quo unum tantum Deum affici vult (Luc. 18, 19.), diserte repudiavit, ut sanctioris tamen vitae exemplar praestantissimum et quasi ipsius numinis ἀπαύγασμα (Hebr. 1, 7.),

pia cum diligentia sequamur (1 Petr. 2, 21.) atque colamus; et spiritum s. seu divinam eam efficaciam, qua Deus omnem perfectionem spiritualem i. e. sapientiam piamque virtutem per religionis Christianae institutum, salva tamen hominis libertate, promovet et adiuvat, omni, quo par est, studio amplectamur. Quibus positis, trinitatis dogma ad hancce formulam revocare licet: Deus pater, per Iesum Christum, ut spiritum s. hominibus se manifestavit. Ut autem quaevis super hoc dogmate opinio, dummodo ne virtutis nervos infringat, summa cum indulgentia tolerari debet [e]), ita caute versari doctores publicos oportet in pertractanda ista doctrina, ne vel conscientia oneretur Christianorum intelligentia provectiorum, vel imbecilliorum religio offensionis aliquid capiat.

a) Hoc loco gravissimo, quo omnis religionis et theoreticae et practicae principium summum ab Iesu ipso sancitum est, nec trinitatis in Deo, nec divinae Messiae naturae mentio iniecta est. Cf. Joh. Schultheſs u. J. L. v. Orelli *Rationalismus u. Supernat., Kanon, Tradition u. Scription.* Zür. 1822. p. 15 f. „*Das Eigenthümlichste des Christenthums ist das Wahre, das Uebersinnliche seines Gegenstandes (die Lehre von dem wahren Gott, d. h. von Gott, als dem Uebersinnlichen, dessen unsichtbare Eigenschaften nur als Vernunft-Anschauungen ersichtbar sind; welcher Geist ist und darum nicht in Zeit und Raum begriffen, an keinem bestimmten Ort in erbauten Tempeln, zu verehren ist —; der nur in Wahrheit, auf eine übersinnliche Weise angebetet werden will — von wahren, d. h. sich zu ihm über die Sinnenwelt erhebenden Anbetern. Das Gegentheil sind alle sichtbaren Götter, von denen man sich irgend eine sinnliche Vorstellung macht, die man sich daher als körperlich oder eingefleischt denkt, und hiermit abbildet, entweder blos in der Phantasie ästhetisch und poetisch, oder auch artistisch, Idole, die aber nicht wahre sind, —). Hieraus ist abzunehmen, wie nichtig jene gnostische Meinung von einem sichtbaren geschichtlichen Gotte ist, in welcher heutzutage gewisse Theologen Christum als sichtbaren Gott postuliren* (Lücke *Commentar üb. die Schriften des Ev. Johannes.* I. Bonn. 1820. p. 243 ff.), *nicht etwa nur als Gott in und mit Christus, im Fleisch, d. i. in der Menschheit, und in diesem Sinne Immanuel* (Gott mit uns) *zu nennend. Ein sichtbarer Gott ist, wer*

auch immer dafür ausgegeben wird, ein falscher Gott', ein Idol, und jede Theologie, die darein das Eigenthümliche des Christenthums setzt, dass sie dem unsichtbaren, übersinnlichen, ewigen Gott einen sichtbaren zugesellt, wird, indem sie die allerchristlichste scheinen will, unchristlich, heidnisch."

b) Niemeyer *Popul. u. prakt. Theologie.* 6. *A.* p. 10 f. „*Melanchthon hatte in seinen* Locis th. *den Subtilitäten in der Bestimmung geheimnisvoller Lehren, sogar für die Theologie keinen grosen Werth beigelegt, wie viel weniger für die Unterweisung des Volks.* Non est, *sagt er schon auf den ersten Seiten seines Werks*, non est, cur multum operae ponamus in locis illis supremis de Deo, de unitate, de trinitate Dei, de mysterio creationis, de modo incarnationis. Quaeso te, quid adsecuti sunt iam tot seculis scholastici Theologistae, cum in his locis solis versarentur. — Hoc non est Christum cognoscere, quod isti docent, eius naturas et modos incarnationis intueri. — Hoc demum christiana cognitio est, scire, quid lex poscat, quomodo adflictam conscientiam consoleris" cet. Calvin. Instit. rel. Chr. XIII. 5. „Utinam sepulta essent nomina, constaret modo haec inter omnes fides, patrem et filium et spiritum s. esse unum Deum."

c) Schleiermacher *Der christl. Glaube.* II. B. 1822. p. 694. „*Es ist natürlich, je länger die Trinitätslehre unverändert in ihren jetzigen Bestimmungen bestanden hat, dass diejenigen, welche sich mit den Schwierigkeiten und Unvollkommenheiten mancher Formeln nicht aussöhnen können, von sich selbst behaupten, alles in der Dreieinigkeitslehre zu leugnen, während doch ihrer Frömmigkeit das eigenthümlich Christliche keineswegs fehlt. Daher müssen wir uns wohl hüten, nicht alles antitrinitarische als ketzerisch oder unchristlich zu verwerfen, sondern je mehr es überhand zu nehmen scheint, um desto mehr müssen wir uns aufgefodert fühlen, auch die kirchliche Darstellung einer neuen Prüfung zu unterwerfen, und mit Verlassung des antiquirten eine dem gegenwärtigen Zustande der verwandten Vorstellungen angemessene Umbildung wo nicht vorzubereiten, doch wenigstens der Zukunft frei zu lassen.*"

CAPUT IV.

DE DEO CREATORE.

Sectio I.

DE DEO RERUM UNIVERSITATIS CREATORE.

§. 94.

Introductio.

Rerum omnium, quae praeter Deum ſunt, tum inanimarum, tum animatarum, et intelligentium, quarum univerſitas dicitur *mundus* et, quatenus certis legibus adſtrictus et inter ſe connexus cogitatur, *rerum natura* [a]), exſiſtentiam non a rebus ipſis, ſed a Deo ſolo, ut cauſa ſuprema, pendere, eo probatur, quod neque ſummi numinis idea alioquin locum habere (§. 52.), neque exſiſtentiae mundi ratio abſoluta, ſalvis cogitandi legibus, niſi a ſola Dei omnipotentis voluntate aeterna [b]) et ab aeterno, quippe quae nullis temporis finibus obnoxia eſt (§. 68.), vim ſuam creatricem exſerente (Io. 5, 17.) [c]), repeti poteſt. Doctrina illa de exſiſtentia mundi a ſolo Deo repetenda creationis dogmate involuta fuit, quo origines mundi a ſingulari quodam actu divino derivantur. Creatio autem mundi ſic definiri ſolet, ut ſit ea divinae voluntatis actio, qua partim *materia* mundi ſ. ipſae ſubſtantiae primae earumque vires [creatio *prima* a nonnullis [d]) dicta], partim *forma* ſ. certa earundem coniunctio certis quibusdam accommodata finibus eſſe coepit (creatio *ſecunda*). Alii [e]) diſtinguunt creationem *primam* ſ. *primitivam* et *immediatam* h. e. abſolutum creationis initium a creatione *ſecunda* ſ. *continuata* eademque *mediata*, quae per cauſas ſecundas, vires nimirum et leges naturae perpetuo curſu continuatur (Gen. 1, 11. 22. 28. Iob. 10, 8—12. Pſ. 139, 13—16. Act. 17, 25—28.); illam per omnipotentiam *abſolutam*, hanc per *ordina-*

tam (§. 68.) fieri dicunt. Ceterum neque Epicuri commentum illud de *atomorum concurſu*, quas pondere ſuo deorſum latas, accedente fortuita quadam turbulenta concurſione, et adhaeſione et copulatione mundum ſingulasque eius partes effeciſſe fingebat *f*), neque *Hylozoismus*, qui aeternam mundi materiem (ὕλην ἀγέννητον) vi quadam vitali animatam eſſe contendit *g*), neque *Emanationis* doctrina, a Gnoſticis demiurgum *h*), et a Cabbaliſtis *radiationes* divinae naturae *i*) defendentibus, varie exornata, neque *Pantheismus* (§. 58.), nec denique *Dualismus* Zoroaſtris et Manichaeorum *k*), argumentis rectae rationi conſentaneis evinci poteſt.

a) Kant *Kritik d. reinen Vernunft.* 446 ff. Add. ei. *Vorleſungen üb. d. philoſoph. Religionslehre.* L. 1817. 162 ff. — Notionem mundi, non niſi rerum natura et aſtronomia potiſſimum melius cognita, ſenſim magis excultam eſſe, docet deſcriptio eius in libris ff. obvia, qua univerſitas rerum coelo, tanquam lacunari ſolido luminibus diſtincto, et terra comprehenditur. Gen. 1, 1. 7. 14—17. 2, 4. Pſ. 69, 35. Act. 4, 24. 14, 15. Cf. Odyſſ. I. 52. Hebraei coelum cryſtallinum eſſe opinati ſunt v. Ex. 24, 10. Ez. 1, 21. Dan. 12, 3.; poetae Graeci ferreum ſ. aeneum finxerunt Il. V. 504. Odyſſ. III. 102. — Bode *Kenntniſs des geſtirnten Himmels.* 8. *A.* Jacob *Allgem. Religion.* p. 147 ff. J. Fries *Populäre Vorleſungen üb. Aſtronomie.* Heidelb. 1813. Brandes *Briefe üb. die Aſtronomie.* 4 Voll. 1816.

b) Gerlach *Religionsphiloſophie.* §. 103. Bouterwek *Die Rel. der Vernunft.* Gött. 1824. p. 370 f.

c) Quum Deus nullis temporis finibus circumſcriptus ſit, vim Dei creatricem, etiamſi mentes noſtrae quemlibet eius effectum, niſi in tempore locum habeat, cogitare nequeant, temporis finibus haud adſtrictam operari eamque aeternam recte dici apparet (cf. Philo Allegor. I. 41. ed. Pariſ. 1640. *Παύεται γὰρ οὐδέποτε ποιῶν ὁ θεός, ἀλλ' ὥσπερ ἴδιον τὸ καίειν πυρὸς, καὶ χιόνος τὸ ψύχειν, οὕτω καὶ θεοῦ τὸ ποιεῖν· καὶ πολύ γε μᾶλλον, ὅσῳ καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἀρχὴ τοῦ δρᾶν ἐστιν.*); neque tamen inde ſingularum mundi creati partium aeternitas conſequitur. Cf. Platon. Timaeus. T. IX. 318. ed. Bip. *Χρόνος δ' οὖν μετ' οὐρανοῦ γέγονεν.* — *ἐξ οὖν λόγου καὶ δια-*

νοίας θεοῦ τοιαύτης πρὸς χρόνου γένεσιν, ἵνα γεννηθῇ χρόνος, ἥλιος καὶ σελήνη καὶ πέντε ἄλλα ἄστρα, ἐπίκλην ἔχοντα πλάνητες, εἰς διορισμὸν καὶ φυλακὴν ἀριθμῶν χρόνου γέγονε. Philo de opificio mundi. I. 5. Χρόνος οὐκ ἦν πρὸ κόσμου, ἀλλ' ἢ σὺν αὐτῷ γέγονεν, ἢ μετ' αὐτόν. Allegor. I. 41. Auguſtin. de civ. Dei. XI. c. 6. „Procul dubio mundus non factus eſt in tempore, ſed *cum* tempore." Calov. Syſt. locor. th. III. 901. „Tempus creationis coeptae nullum eſt, ſed in principio temporis coepit creatio — non *in* tempore, ſed in primo inſtanti ac principio temporis." — Fuerunt, qui ipſum anni tempus, quo mundus fuerit creatus, definire auderent. Petavius de theologicis dogmatibus. Ed. 2. Antw. 1700. III. 153. Io. Damaſc. (de orth. fid. II. c. 7.) verno tempore, Silberſchlag (*Geogonie.* B. 1780—83. Voll. III. I.) autumnali mundum conditum fuiſſe ſomniarunt.

d) Reinhard *Dogmatik.* 164.

e) Creatio iſta ſecunda in ll. ſymbolicis ſignificatur. V. Catech. min. Art. I. Reſp. 370. „Credo, quod Deus creaverit *me* — quod corpus et animam — mihi dederit et adhuc ſuſtentet." — Doederlein Inſt. Theol. Chriſt. I. 472. Henke Lin. fid. Chr. 78.

f) Cic. de finib. I. c. 6 ff. Lactant. de ira div. c. 9. Cudworth Syſtema intell. 815 ff. Meiners Hiſt. doctr. de vero Deo. 522 ff. — De Stratone Lampſaceno, qui poſtea Epicuri commento ſententiam de vi quadam plaſtica et calorifera addidiſſe fertur, vid. Krug *Geſch. d. Philoſophie alter Zeit.* 275.

g) Cudworth l. l. 72 ff. 831. Buddei Theſes de Atheismo. p. 236. Platner *Aphorismen. 2. A.* I. §. 1044. Cf. Cic. de nat. deor. I. 11. „Anaxagoras primus omnium rerum deſcriptionem et modum, mentis infinitae vi ac ratione deſignari et confici voluit." Virgil. Aen. VI. 724 ff. et Heyne Excurſ. XIII. Buhle *Lehrb. d. Geſch. d. Philoſ.* IV. 156 ff.

Omnino apud philoſophos Graecos praevaluit ſententia de aeternitate *materiae*, ita, ut cum Platone Deum non *creatorem*, ſive auctorem materiae, ſed *opificem* mundi ſ. auctorem *formae* eſſe plurimi iudicarent. Philo Quod mundus ſit incorruptibilis. p. 939. Ὥσπερ γὰρ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος οὐδὲν γίνεται, οὐδ' εἰς τὸ μὴ ὂν φθείρεται· ἐκ τοῦ γὰρ οὐδαμῆ ὄντος ἀμήχανόν ἐστι γίνεσθαί τι. — Münſcher *Dogmengeſch.* II. 44.

h) Walch *Ketzergeſch.* I. 227 ff. Münſcher l. l. II. 51 ff.

i) Kleuker *Ueb. d. Natur u. d. Urſprung d. Emanationslehre bei d. Kabbaliſten.* Rig. 1786. Tiedemann *Geiſt d. ſpeculativen Philoſophie.* III. 156 ff.

k) Cudworth l. l. 328 ff. Bayle *Dictionnaire hiſt. crit. Art. Zoroaſtre.* Beauſobre *Hiſt. crit. de Manichée et du Manichéisme.* II Voll. Amſt. 1734. 39. 4. I. p. 588 ff.

§. 95.

Doctrina eccleſiaſtica et biblica, cum epicriſi.

Simpliciori librorum ſymbolicorum doctrinae [a]) doctores eccleſiaſtici hanc ſententiam ſuam magis amplificatam ſubſtituerunt [b]): *creationem* rerum univerſitatis opus eſſe Dei *externum* ſ. *ad extra* (§. 78.), quod patri adſcribitur *appropriative* ſ. *terminative*, ita quidem, ut Deus pater (Iſ. 44, 24.) omnia per verbum ſubſtantiale ſ. filium Dei (Io. 1, 3. 10. Hebr. 1, 10. Col. 1, 16. 17.), in ſpiritu ſ. (Gen. 1, 2. Iob. 33, 4. Pſ. 33, 6.) [c]), vi infinita e nihilo [d]) (Rom. 4, 17.) ſex dierum [e]) ſpatio ad laudem gloriae ſuae produxerit. (Rom. 11, 36.) Quanquam ſententia iſta e librorum ſſ. locis quibusdam ad verbum intellectis haud difficile erui poteſt, praeſtat tamen alius doctrinae typus, in iisdem accurate expreſſus, quo ſimpliciter rerum omnium exſiſtentiam a Deo ſummo univerſi auctore repetendam eſſe edocemur. (Pſ. 33, 6—9. 104, 2 ff. Iſ. 40, 26. Ier. 10, 12. Nehem. 9, 6. Act. 14, 15. 17, 24 ff. Hebr. 11, 3.) Ne vero hanc ſententiam tenendo duplex quaſi exſiſtentiae Dei ſtadium, alterum ante mundum conditum, alterum poſt eum creatum, perperam fingamus, quippe quod verae Dei immutabilis ideae haud conveniret, ſumma illius doctrinae eo referri debet, ut, miſſis quaeſtionibus inexplicabilibus, mundum non per ſemet ipſum, ſed per Deum omnipotentem eſſe, firmiſſime nobis perſuaſum habeamus. Duplex illa cosmogoniae ſpecies in l. Geneſ. (1, 1 ff. et 2, 4 ff.) tradita *f*),

reliquarum gentium priſcarum mythis ſimillima quidem *g*), at iis ſimplicior atque praeſtantior, e philoſophematibus et traditionibus antiquiſſimis conflata eſſe videtur *h*), ac recte monuerunt, auctorem eius hoc potiſſimum curaſſe: *primum*, ut Dei unius, rerum omnium creatoris, notionem, tanquam religionis et civitatis Israeliticae fundamentum, hoc documento confirmaret; *deinde*, ut legem de ſeptimo quoque die ſacrando tanquam aptiſſimam obſequii, Deo huius civitatis regi praeſtandi, profeſſionem illuſtraret et commendaret *i*). Ceterum quum narratio illa nonnulla contineat neque cum vera numinis idea, neque cum hiſtoria telluris, quantum nunc quidem perſpeximus *k*), bene concilianda, per ſe patet, quaeſtionum metaphyſicarum de tempore et modo mundi creati ſolutionem, quae quidem omnem mentis humanae captum ſuperare videtur *l*), in mytho illo minime reperiri.

a) Symb. Apoſt. „Credo in Deum patrem omnipotentem, creatorem coeli et terrae." Symb. Nic. *Πιστεύομεν εἰς ἕνα θεὸν, πατέρα παντοκράτορα ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς, ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων.* Conf. Aug. Art. I. Artt. Smalcc. P. I. Art. 1. p. 303. „Pater, Filius et Spiritus ſ. — ſunt unus Deus, qui creavit coelum et terram." Catech. min. Art. I. 370. Nihil praeterea additur nec de modo, nec de tempore et fine creationis, nec de Cosmogoniae Moſaicae interpretatione vera. Catech. mai. Art. I.

b) Melanchthon Loc. th. 334. Chemnit. I. 275 ff. Gerhard. IV. 4 ff.

c) Seriores Hebraei creationem mundi promiscue referre ſolebant ad ſpiritum, halitum, verbum ſ. vim et ſapientiam Dei. Cf. Philo de Cherubim. 129. ed. Pariſ. *Ἴδε – τόνδε τὸν κόσμον· εὑρήσεις αἴτιον μὲν αὐτοῦ τὸν θεὸν, ὑφ' οὗ γέγονεν· ὕλην δὲ, τὰ τέσσαρα στοιχεῖα, ἐξ ὧν συνεκράθη· ὄργανόν τε λόγον θεοῦ, δι' οὗ κατεσκευάσθη· τῆς δὲ κατασκευῆς αἰτίαν τὴν ἀγαθότητα τοῦ δημιούργου.* Id. l. quod deterius potiori inſidiari ſoleat p. 165. Deum *πατέρα μὲν τὸν γεννήσαντα κόσμον, μητέρα δὲ τὴν σοφίαν, δι' ἧς ἀπετελέσθη τὸ πᾶν*, nominavit.

d) Formula, mundum e nihilo creatum eſſe i. e. *non* e materia praeiacente (Baumgarten *Ev. Glaubensl.* I. 605.), flu-

xit e verbis: ἐποίησε ἐξ οὐκ ὄντων (2 Macc. 7, 28.) i. e. fecit, quae nondum erant, ut essent, cf. Rom. 4, 17., quae Vulgata vertit *fecit ex nihilo*. — Mosheim Diss. de creatione mundi ex nihilo, Cudworthii Syst. int. subiuncta. 950 ff. Heydenreich *Originalideen*. II. 181 ff. Recentiore aetate dubitatum est, an vere adfirmetur in libris ff., mundum e nihilo esse creatum, siquidem ambigua sunt verba Gen. 1, 1. itemque formulae τὰ οὐκ ὄντα et τὰ μὴ φαινόμενα 2 Macc. 7, 28. Hebr. 11, 3. Rom. 4, 17. cf. Sap. 11, 17. Κτίσας τὸν κόσμον ἐξ ἀμόρφου ὕλης. Ovid. Metam. I. 7. Verum quum notio miraculi iam antiquissimis temporibus cognita fuerit, haud longe abfuit mens humana a cogitatione ista creationis ex nihilo (Stäudlin *Dogmat. u. Dogmengesch.* 212.), quae, quum nulla materiae cuiusdam aeternae mentio in ll. ff. iniecta sit, argumentis etiam philosophicis posteriore tempore demonstrata est. Bretschneider *Handb. d. Dogm.* 2. *A.* I. 523 ff. — Discrimen olim posuerunt inter *nihilum negativum*, „quod significat ἀφαίρεσιν et negationem omnis *entitatis*", et inter *nihilum privativum*, quod exsistens quidem aliquid s. materiem supponit, sed ad rem producendam prorsus inhabilem indigestamque. Deum aiunt primum produxisse ex nihilo negativo, s. ἐξ οὐκ ὄντος, nihilum privativum s. materiem inhabilem (creatio *prima* seu primi ordinis); deinde ex materia inhabili res corporeas omnes (creatio *secunda*). Sic iam Io. Damasc. de fid. orth. II. 5. Αὐτὸς ὁ θεὸς ἡμῶν — ἐποίησε τὸν οὐρανὸν κ. τὴν γῆν — ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραγαγὼν τὰ σύμπαντα· τὰ μέν, οὐκ ἐκ προϋποκειμένης ὕλης — τὰ δὲ, ἐκ τούτων τῶν ὑπ' αὐτοῦ γεγονότων. Quenstedt Theol. didactico-polem. I. p. 429. Gruner Institt. theol. dogmat. 127 ff. Cf. Lossius *Philos. Reallexicon*. III. 329. — Repugnant doctrinae de creatione ex nihilo *Hylozoismus*, *Emanatismus* et *Pantheismus*.

e) Τὸ ἔργον θεοῦ ἑξαήμερον, quod Philo non dubitavit εὐηθὲς πάνυ appellare (Allegor. l. l. 41.), in prima tantum Geneseos parte (1, 1—2, 3.), itemque Exod. 20, 11. 31, 17., commemoratum, simili ratione in l. Zendavestae traditum est. (Cf. Kleuker *Zend-Avesta*. I. 21. III. 59.) — Hug de opere sex dierum commentatio. Frib. 1823. Cf. *Allg. Lit. Zeit.* 1825. *EB.* Nr. 68.

f) V. prae ceteris Ammon *Bibl. Theol.* I. 265 ff. Haud pauci solam *Geogoniam* in locis illis propositam esse putarunt, ut Danovius, Dathe, Jerusalem, Michaelis, Jo. G. Rosenmüller (Antiquissima historia telluris a Mose descri-

pta. L. 1776.) al. Cf. Eckermann *Handb. d. Chr. Gl.* III. 11 ff. Bauer *Theol. des A. T.* 136 ff. Veruntamen alii, narrationes iſtas ſimul mundi (Gen. 1, 1. 6—8. 14—18.) et terrae, quippe quae homini incultiori mundi pars principalis viſa fuerit, origines complecti, recte docuerunt. Bretſchneider *Handb. d. Dogmatik.* I. 542.

g) Cf. Sanchuniathonis Phoenicii (Euſeb. Praep. Ev. I. 9 ff.), Beroſi Chaldaici (Syncell. Chron. 14 ff.), Aegyptiorum (Diodor. Sic. I. 7.) hac de re narrationes. De cosmogonia ab Heſiodo, Theogon. 116 ff. condita, coll. Ovid. Met. I. 5 ff., cf. Heynii comment. in Tom. II. comm. Soc. Goett. J. H. Voſs *Alte Weltkunde*; in *Jen. Allg. Lit. Zeit.* a. 1805. prolegg. p. I—XXXVI. Herder *Ideen zur Geſch. d. Menſchheit.* II. 305 ff. Bauer *Hebr. Mythologie des A. u. N. T.* 67 ff. Fulda *Ueb. Cosmogonie, Androgonie und frühſte Menſchengeſchichte*; in Pauſus *Memorabilien.* II. 107. Ph. Howard *Geſch. d. Erde u. d. Menſchengeſchl. nach d. Bibel, vergl. mit d. Kosmogonien, Chronologien u. Volksſagen älterer Zeiten. Aus d. Engl. von* Lehzen. 1799. Stroth *Parallelen z. Geſch. des A. T. aus Griech. Schriftſtellern*; in Eichhorn *Repertorium.* XVI. 65 ff.

h) De indole et ſenſu narrationum illarum, quarum prior, quippe ſimplicior eſt, antiquioris aetatis eſſe videtur, varie disputatum eſt. Haud paucis, aevo etiam recentiore, placuit *proprie* et *hiſtorice* omnia interpretari, v. Silberſchlag *Geogonie.* B. 1780—83. 3 Voll. Hensler *Bemerkungen über Stellen in d. Pſ. u. d. Geneſis.* Hamb. 1791. Baumgarten-Cruſius *Vernunft und Schrift.* III. Comm. 13. Seiler, Storr, Reinhard ad h. l., qui quidem non ubique ſenſum literalem ſecutus eſt, al. Noviſſime, veritatem hiſtoricam hoc mytho traditam eſſe, demonſtrare conatus erat Bretſchneider l. l. p. 539 ff. (cf. *Allg. Lit. Zeit.* 1815. Nr. 294. p. 781 f.), quae disputatio in huius libri ed. altera rectius omiſſa eſt. Nihilo minus idem denuo contendit, narrationem iſtam Moſaicam, excepto Gen. 1, 1., ad phyſicen et geologiam referendam ideoque a revelatione divina haud repetendam eſſe. Ed. 2. p. 543. Cf. quae ſupra hac de re monuimus §. 43. *b.* — Alii, inprimis Patres eccl. Alexandrini, Clemens Strom. VI. 813. Orig. de pr. III. 5., et Auguſtin. de Geneſi ad literam. L. IV. T. III. ed. Benedict. p. 72., de civ. Dei. XI. 7., qui quidem in hac quoque disputatione parum ſibi conſtitit, cf. de Gen. l. VIII. c. 2. Retractt. II. 24., praeeunte Philone (de opificio mundi), *allegoricam* explicandi rationem

probaverunt. Alii huic narrationi fundamentum hiſtoricum ſubeſſe voluerunt *mythumque hiſtoricum* eam dixerunt, aliique, quod praeſtat, *mythum philoſophicum* ſ. priſcorum hominum philoſophema forma quadam mythica indutum. Vid. Herder *Vom Geiſt d. Hebr. Poeſie.* I. 50 ff. 206 ff. Eichhorn *Urgeſchichte — herausg. v.* Gabler. Nürnb. 1790—95. 3 Thle. Bauer *Theol. d. A. T.* 138 ff. Ziegler *Kritik d. Artikels von d. Schöpfung* — in Henke *Magaz.* II. et IV. Pott *Moſes u. David keine Geologen.* B. 1799. W. A. Teller *Die älteſte Theodicee, od. Erklär. der 3 erſten Cap. d. Geneſis.* Jen. 1803. De Wette *Kritik d. Israel. Geſchichte.* 1807. 27 ff. J. G. J. Ballenſtedt *Die Urwelt. Erſte Abth. 2. A.* Quedl. 1818. *Verſuch, die Sagen d. Vorwelt in d. Bibel auf eine vernünftige Art zu erklären.* p. 185 ff. Geſenius, in Erſch u. Gruber *Allgem. Encyklop. Art. Adam.* I. 358. — Uſum popularem narrationum illarum bene demonſtrat J. R. G. Beyer *Die Geſch. d. Urwelt in Predigten.* 2 Voll. L. 1795—1800. (Fuhrmann) *Chriſtl. Glaubensl. f. d. Kanzelgebrauch nach alphab. Ordnung.* III. 4 ff. C. G. Schuſter *Die älteſten Sagen d. Bibel nach ihrem hiſtor. u. prakt. Gehalt.* Lüneb. 1804. Weland *Bibl. Erzählungen zur Beförderung d. Achtung gegen d. Bibel.* Hannov. I. 1811.

i) Henke Lineam. fid. Chr. 81.

k) Ballenſtedt *Die Urwelt. 2. A.* 1819. Ei. *Die neue od. die jetzige Welt.* I. 1821. Nr. 1. *Die Revolutionen d. Erde u. ihrer Bewohner.* Rhode *Ueb. d. Anfang unſerer Geſchichte u. die letzte Revolution d. Erde, als wahrſcheinl. Wirkung eines Kometen.* Bresl. 1819. Auctor mythum in Zendaveſtae libro propoſitum de aſtro Dracone, naturae hoſte, cuius vi et impetu omnis terrarum orbis inundatus fuiſſe dicitur, ad firmandam ſententiam ſuam adduxit. — Link *Die Urwelt.* B. 1821.

l) Lactant. Inſtitt. div. II. 8. „Quid quaeris, quae nec potes ſcire, nec, ſi ſcias, beatior fias? Perfecta eſt in homine ſapientia, ſi et Deum eſſe unum et ab ipſo eſſe facta univerſa cognoſcat."

§. 96.

De fine mundi creati ſupremo.

Vario modo a philoſophis et theologis de conſilio divino mundum condendi disceptatum eſt, ita, ut decretum Dei de mundo creando vel e ſolo arbitrii divini actu

actu [a]), vel e gloria Dei manifeſtanda, cui ſententiae et ſacrorum emendatores calculum adiecerunt [b]), vel e felicitate rerum creatarum ſenſu praeditarum, inprimis earum, quae ratione gaudent, promovenda [c]), vel e ſummo bono, cuius pars praecipua naturarum intelligentium perfectione morali, pars altera felicitate continetur, cum creaturis quam plurimis per gradus, et cum hominibus quidem ultra huius vitae fines, communicando [d]), repeterent. Quae quidem ſententia poſtrema, ut ſummae Dei ſapientiae, ſanctitati et omnipotentiae, quibus virtutibus optimum quodque novit, vult et perficere valet, hominumque naturae morali optime convenit, ita et ſcripturae ſ. effatis adumbratur: Gen. 1, 31. Pſ. 8, 5 ff. 119, 64. Act. 17, 26 ff. add. 14, 17. 1 Cor. 15, 46. 2 Cor. 3, 18. 4, 16. Eph. 3, 16. 4, 13—15. 1 Tim. 4, 4. 1 Io. 3, 1 ff.; neque eorum ſententiis prorſus repugnat, qui ad gloriam Dei aut ad felicitatem creaturarum longe plurimarum finem mundi creati referre maluerunt [e]); accedit, quod ad originem malorum et phyſicorum et moralium bene explicandam idonea eſt. Ceterum ipſa idea Dei ſanctiſſimi, ſapientiſſimi, benigniſſimi et potentiſſimi, experientia teſte, quamvis arctiſſimis circumſcripta cancellis [f]), et hoc complectitur, mundum a Deo creatum omnium, qui cogitari poſſint, eſſe optimum i. e. fini a Deo conſtituto maxime accommodatum. Neque tamen omitti debet, mundum hoc in loco de rerum univerſitate dici, qua omnis rerum finitarum ſeries et ſucceſſio per omne tempus ſignificatur, ac perfectionem mundi intelligi *relativam*, non *abſolutam* [g]).

a) Auguſtin. de diverſis quaeſt. qu. 28. „Qui quaerit, quare voluerit Deus mundum facere, cauſam quaerit voluntatis divinae. — Nihil autem maius voluntate Dei. Non ergo eius cauſa quaerenda."

b) Melanchthon Loc. th. 554. Gerhard L. th. II. p. 13. al. Impugnata eſt iſta ſententia a Petr. King l. de origine mali. Lond. 1702. Attamen theologi ſeriores, v. Buddeus Inſtitt.

th. dogm. p. 502., eam denuo propoſuerunt, manifeſtationem bonitatis, ſapientiae et potentiae divinae ſubintelligentes.

c) Theodoret. de providentia. or. 2. Chryſoſtom. de provid. Opp. T. IV. 142. Io. Damaſc. de orth. fid. II. 2. *Θεὸς ὑπερβολῇ ἀγαθότητος εὐδόκησε γενέσθαι τινὰ τὰ εὐεργηθησόμενα καὶ μεθέξοντα τῆς αὐτοῦ ἀγαθότητος.* Praeiverat Plato Tim. T. IX. ed. Bip. p. 305: *Ἀγαθὸς ἦν, ἀγαθῷ δὲ οὐδεὶς περὶ οὐδενὸς οὐδέποτε ἐγγίγνεται φθόνος· τούτου δ' ἐκτὸς ὢν, πάντα ὅτι μάλιστα ἐβουλήθη γενέσθαι παραπλήσια αὐτῷ.*

d) Cf. Kantii, qui quidem in conſtituendo ſummo mundi creati fine naturarum tantum intelligentium habuit rationem. *Kritik d. prakt. Vern.* 235 ff. *Krit. d. Urtheilskr.* 388 ff. 421 ff. Chr. W. Snell *Drei Abhandlungen philoſophiſchen Inhalts.* L. 1796. Abh. 2. *Ueb. d. Optimismus.* — Jacob *Allg. Religion.* 416 ff. Ammon Summa Th. Chr. 131 ff.

e) Kant *Kritik d. prakt. Vern.* 236 ff.

f) Bonnet *Contemplation de la nature.* Amſt. 1769. 2 Voll. Reimarus *Abhandlungen üb. d. vorn. Wahrheiten d. Rel.* 4te Abh. Smellie *Philoſophie d. Naturgeſchichte, überſ. v.* Zimmermann B. 1792. T. II. 288 ff.

g) Plato Tim. 305. ed. Bip.: *Θέμις δὲ οὔτ' ἦν οὔτ' ἔστι τῷ ἀρίστῳ (θεῷ) δρᾶν ἄλλο πλὴν τὸ κάλλιστον — τὸ πᾶν ξυνετεκταίνετο, ὅπως ὅτι κάλλιστον εἴη κατὰ φύσιν, ἄριστόν τε ἔργον ἀπειργασμένος.* Disputatio de mundo optimo a Leibnitio potiſſimum (*Eſſai de Theodicée.* Amſt. 1734.) excitata, a Kantio denuo ſub examen vocata eſt. Cf. Snell l. l. Loſſius *Philoſ. Reallexikon.* IV. 583 f. Add. Kant *Vorleſ. üb. die philoſ. Religionsl.* L. 1817. 169. Krug *Euſebiologie.* L. 1819. 109 f. — Dubia et cavillationes ſuper hac doctrina a ſcriptoribus Francogallicis, v. c. Voltaire, in *Candide ou l'Optimisme* et aliis libris, propoſita fundamento plane deſtitui, facile videbit is, qui finem mundi creati ethicum, et hominis exiſtentiam non huius vitae cancellis circumſcriptam eſſe cogitaverit. Cf. Lactant. de vita beata. c. 6.

§. 97.

Hiſtoria dogmatis.

Antiquiores eccleſiae doctores hoc potiſſimum egerunt, ut contra Gnoſticorum et Manichaeorum errores ſententiam ſuam de Deo uno, rerum omnium creato-

re [a]), quippe qui vel hominum causa [b]), vel voluntate, vel bonitate sua (§. 96. *a. c.*) ductus, mundum per verbum s. filium suum [c]), formaverit, et de creatione ex nihilo [d]) strenue defenderent. Origenis vero Platonicis imbuti opinionibus, quarum nonnullas, velut de anima mundi [e]), huic ipsi loco admiscuit, placitum de infinita mundorum invicem se excipientium a Deo creatorum serie [f]), paucis probatum, sicut Lactantii de sex aetatibus mundi sententia [g]), ab ecclesia orthodoxa reiectum est. Neque magis acceptae sunt opiniones a nonnullis prolatae, atque his ipsis diebus a philosophis quibusdam revocatae, astris quoque suos esse spiritus [h]) eaque sicut corpora terrestria esse animata [i]), et praeter mundum *visibilem* alium esse *intelligibilem* [k]). Praeterea in interpretanda Mosaica de creatione mundi narratione doctores ecclesiae diversas inierunt vias, ita, ut alii quidem *historice*, Alexandrini Clemens et Origenes *allegorice* eam interpretarentur (§. 95. *h.*), plerique tamen vel utramque interpretandi rationem coniungerent [l]), vel *literali* explicationi tenacius inhaererent. Scholastici, Augustini vestigia prementes, multa disputaverunt de tempore et modo creationis e nihilo et de aliis quaestionibus parum fructuosis [m]). Seculo superiore medio atque exeunte, repudiata tandem aliquando, quam ipsi sacrorum emendatores eosque secuti defenderant, sententia e narrationibus Mosaicis ad verbum intellectis repetita, simplicior et liberalior de creatione doctrina percrebuit [n]). Tum etiam de initio creationis vel admittendo vel non admittendo accuratius quaesitum et aeterna quidem mundi creatio modo defensa [o]), modo impugnata; ab aliis, inprimis Kantianae philosophiae fautoribus, ita definita est, ut mundus extra tempus, vel una cum illo creatus diceretur [p]). Recentiore aetate de antiquissima telluris forma huiusque immutatione novissima itemque de rerum humanarum originibus quaesitum est (§. 95. *k.*) [q]).

a) Iren. adv. haeref. I. 10. II. 2. Tertull. de praefcr. 13.; adv. Marcionem. I. c. 13 ff. Origenes de princ. prooem. Auguſtin. de geneſi contra Manichaeos. II. II.

b) Iuſtin. M. Apol. I. 58. Tertull. adv. Marc. l. l. „Deus mundum non ſibi, ſed homini fecit." Lactant. de ira Dei, c. 13.

c) Orig. c. Celſ. VI. 317.

d) Theoph. ad Autol. II. c. 5. Orig. de princ. II. 1. IV. 5. Tertull. adv. Hermogenem. c. 2. 3. Lactant. Inſt. divin. II. 8. Münſcher *Dogmengeſch.* II. 45 ff.

e) Orig. de pr. II. 1, 5. 9, 6. Cf. Tiedemann *Geiſt d. ſpeculativen Philoſophie.* II. 128 ff. Tennemann *Syſt. d. Platon. Philoſ.* III. 174 ff.

f) Orig. l. l. III. 5, 3. Iam ante Origenem Clemens Al. (Photii Bibl. Cod. 109.), plures ante hunc orbem terrarum fuiſſe deinceps exortos, ſignificaverat. Methodius, Tyri epiſcopus, ſec. III. ad Origenis ſententiam refutandam librum ſingularem „de rebus creatis (*περὶ γεννητῶν*)" conſcripſerat, cuius epitome exſtat in Photii Biblioth. Cod. 235. Walch *Ketzergeſch.* VII. 690. Münſcher l. l. 57 ff.

g) Inſt. div. VI. c. 14.

h) Tatianus Or. adv. gentil. 12. 254. ed. Mar. Orig. de pr. I. 7. c. Celſ. V. 10. Repudiata eſt ea ſententia ab Io. Damaſc. de orth. fid. II. 6.

i) Orig. Hom. IV. in Ezech. T. X. p. 132 ff. Wendel *Grundzüge d. Philoſophien* Kant's, Fichte's *und* Schelling's. 1810. p. 250. Praeiverat Plato, *τόνδε τὸν κόσμον ζῶον ἔμψυχον ἔννουν τε* nominans. Tim. IX. p. 306. ed. Bipont.

k) Opinio e philoſophia Platonica (Tennemann l. l. 171.) ad Philonem (Stahl *Ueb. Philo's Lehrbegr.*, in Eichhorn *Bibl.* IV. 813 ff.) indeque ad Patres eccl. transgreſſa (Baſil. Hom. 1. in Hexaemeron. Novatian. de Trinit. c. 1.), et ſub alia quidem forma philoſophis criticis probata fuit. Tiefſtrunk *Cenſur d. proteſt. Lehrbegr.* III. 63.

l) Theophil. ad Autol. II. p. 15. 18 ff. Epiphan. Haeref. p. 64. al.

m) Petavius de dogmatibus theoll. T. III. 155 ff. Cramer *Fortſetz. von* Boſſuet. VII. 388 ff. Ziegler *Beitr. z. Geſch. des Glaubens an d. Daſeyn Gottes.* p. 91 ff. Beck Commentt. p. 294 ff.

n) Scripta recentiora, quibus cosmogoniae Mosaicae indoles poetica et mythica demonstratur vid. supra §. 95. s. l. *h.* Münscher *Lehrb. d. Dogmengesch.* p. 184 ff.

o) V. quae post Wolfium, Bilfingerum hac de re commentatus est H. S. Reimarus *Betrachtungen üb. d. vornehmsten Wahrheiten d. natürl. Rel.* 3te Abhandl.

p) Heidenreich *Betracht. üb. d. Wahrh. d. nat. Rel.* II. 257 ff. Ammon *Wissenschaftl. prakt. Theologie.* 103. Bretschneider *Handb. d. Dogmat.* I. 528.

q) Antiquitatis indagatores rerum humanarum origines recentiore aetate duplici modo explicare studuerunt. Alii enim, obsoletas sententias novis commentis exornatas secuti et Indorum, Persarum et Hebraeorum mythos pro vera historia amplexi, statuerunt, genus humanum perfectum ab initio fuisse ac Deo simile, deinde vero depravatum esse et sensim in summam insciticm incurrisse, unde non nisi paulatim possit emergere. V. prae cett. Niklas Müller *Glauben, Wissen und Kunst der alten Hindus in ursprüngl. Gestalt und im Gewande der Symbolik.* Bd. I. Maynz. 1823. Alii plane contra docent, genus humanum in humili loco positum et ab exiguis initiis profectum sensim adoleviſse. Hanc alteram sententiam veram esse, argumento est totius naturae historia; et populorum omnium primordia, fama ac monumentis quibusvis ad posteritatem propagata, egregie eam confirmant; ita, ut prioris opinionis patroni allegoriis et symbolicis adumbrationibus artificiose nectendis clarius exsplendescenti historiarum luci frustra conentur officere. Vid. supra §. 2. *a.* Add. Link *Die Urwelt.* B. 1821. p. 82. „*Es ist eine erfreuliche Bemerkung, dass Alles sich immer mehr ausbildet, immer vollkommner wurde, und dass die trübe Meinung, als ob Alles von seiner ursprünglichen Schönheit gesunken und gefallen sei, von der Natur nicht bestätigt wird.*"

Sectio 2.

DE DEO NATURARUM INTELLIGENTIUM CREATORE.

A. De hominibus primum creatis.

§. 98.

Doctrina biblica et ecclesiastica.

Deum rerum universitatis creatorem eundemque generis humani auctorem esse, et ratio et scriptura s.

luculenter docent, ipſique commentarii Moſaici, quamvis duplicem huius originis hiſtoriam exhibeant, alteram Gen. 1, 26 ff., qua Deus uno actu (v. 27. cf. Sap. 7, 1. 10, 1. Act. 17, 26.), alteram, minus puram atque perfectam Gen. 2, 7. 21. 22. coll. Matth. 19, 5. 6. 1 Cor. 15, 45. Eph. 5, 28 ff., qua primo marem e pulvere terrae (v. 7. Tob. 8, 8.), deinde feminam e coſta illius decerpta (v. 21. 1 Cor. 11, 8. 1 Tim. 2, 13.) formaſſe traditur, in eo tamen conſpirant, quod hominum originem a Deo ipſo repetunt, et a duobus protoplaſtis Adamo eiusque coniuge Eva [a]) univerſum genus humanum derivandum eſſe perhibent. Easdem ſententias et librorum ſymbolicorum auctores, omiſſis quaeſtionibus iſtis de modo creationis protoplaſtorum, de animae indole eiusque cum corpore coniunctione, de propagatione animarum al., ſimpliciter tuiti ſunt [b]). Quae de modo creationis, de domicilio hominum primaevo, dicto Paradiſo [c]), et de numine ipſo eos edocente atque admonente, aetatis incultioris ingenio, ſicut aliarum gentium de anthropogonia mythis [d]) accommodata, in narrationibus illis expoſita ſunt, multis interpretandi et commentandi anſam praebuerunt; unde diverſa prodierunt commenta, v. c. de Praeadamitis [e]), de naturae humanae partibus [f]), de praeexiſtentia et limbo animarum (*Praeexiſtentiani*), de propagatione earum, ſive per novam quandam creationem (*Creatiani*), ſ. per traducem (*Traduciani*) cf. Hebr. 7, 10. [g]). Plurimis quidem probata eſt ſententia de animabus non creatis, neque generatis, ſed propagatis, ita, ut modum definire haud conarentur [h]). Ceterum qui narrationes iſtas Moſaicas ad inſtitutionem vitae communis transferre ſtudet, maxime cavere debet, ne homines noſtri puriore numinis idea imbuti, quam quae in libris illis paſſim ſignificata eſt, ſingula nimium premendo offendantur, neve a pio in Deum creatorem, qui tanta tamque multiplici excellentia praeſtantiaque hominem ornavit, amore et reverentia debita abducantur.

a) Primi hominis nomen הָאָדָם Gen. 2, 7 ff. perperam pro nomine proprio habitum (unde LXX Ἄδαμος, Vulg. Adamus verterunt), proprie, quippe articulo addito, est nomen appellativum, *hominem κατ' ἐξοχὴν* designans, eundemque quasi γηγενῆ. V. Gesenius *Hebr. Wörterb.* h. v. Ei. *Art. Adam*, in Ersch *und* Gruber *Encyklopädie.* I.; quo loco narratio ista de Adamo cum mythis similibus in Asia superiore pervulgatis collata est. Nomen feminae חַוָּה, quod LXX Εὔα verterunt, a verbo חָיָה (חָוָה) vixit, proprie eam significat, quae vitam praebet. Gen. 3, 20. Bauer *Theol. d. A. T.* p. 227.

b) Catech. min. Art. I. p. 370. ed. Rechenb. Form. Concord. Epit. I. p. 573. „Deus non modo Adami et Hevae corpus et animam, ante lapsum, verum etiam corpora et animas nostras, post lapsum, creavit; etsi haec iam sunt corrupta."

c) Vox *Παράδεισος*, quae in versione Alexandrina respondet hebraicae גַּן, (גָּנָה) hortus, regio amoena, et עֵדֶן locus amoenus, est nomen propr. amoenissimae illius regionis, quam Deus primum habitandam assignasse dicitur protoplastis Gen. 2, 8.; originem duxisse videtur ex פַּרְדֵּס, quod locum irriguum et arboribus consitum notat et in his V. T. locis legitur Nehem. 2, 8. Cohel. 2, 5. et Cant. 4, 13. Originem huius vocis Persicam esse monuit Iul. Pollux Onom. IX. c. 3.; idem testatur Xenophon, regum Persarum hortos *παραδείσους* vocatos esse docens. Oecon. IV. 13. Cyrop. I. 3. 12. Anab. I. 2. 7.

Plurimam, et inutilissimam quidem, in eo collocarunt operam theologi, ut locum et situm Paradisi, tanquam certae cuiusdam regionis in orbe terrarum vere reperiundae, accurate demonstrare anniterentur, cf. Joh. Schultheſs *Das Paradies, das irdische und überirdische, historische, mythische und mystische, nebst einer krit. Revision d. allgem. bibl. Geographie* Zürich. 1816., haud memores, in narrationibus mythicis omnino frustra quaeri geographicam *ἀκρίβειαν*, nec magis cognitum esse locum hortorum Hesperidum aliarumque regionum, apud poetas veteres celebratarum. Herder *Geist d. Hebr. Poesie.* I. p. 153. Bellermann *Handb. d. bibl. Lit.* II. 143. Ammon *Bibl. Theol.* I. 293 ff. Rectius ab aliis, quaenam telluris partes veteris mythographi menti obversatae fuerint, porro quaesitum est. Buttmann *Aelteste Erdkunde d. Morgenlandes.* B. 1803. Schultheſs l. l. Alios rec. Winer *Bibl. Realwörterb. Art. Eden.* — Nuper quidam exstitit, qui in luna paradisum fuisse fingeret. V. Bormann *D. metaphys. Lehre v. d. Zusammenhange des Universums od. d. Uranologie.* B. 1825. p. 67. *„Im Monde kommt der vernünftige Geist zu freier Entwicklung,*

daher ich diesen Weltkörper für das Paradies, und folglich der Schrift gemäfs für den Ort halte, in welchem Adam und Eva erschaffen worden sind, wo der Baum des Erk. und des Lebens symbolisch und in der Wirklichkeit grünt, und wo der Mensch die Geberdensprache der Thiere versteht." — Ceterum probabile est variis de causis, ex Asia media, ubi antiquissima civitatum et literarum artiumque vestigia deprehenduntur, magnas hominum catervas in alias terrarum partes exiisse. Cf. Kanngiesser *Grundrifs der Alterthumswissenschaft.* H. 1815. p. 26 ff. J. G. J. Ballenstedt *Die Urwelt, od. Beweis von d. Daseyn u. Untergange von mehr als einer Vorwelt.* 1ste Abth. 2. A. Quedl. 1818. 222 ff. 2te Abth. 21 ff. „*Welches Land war die Wiege des Menschengeschlechts?*" J. G. Rhode *Ueb. d. Anfang unserer Geschichte u. d. letzte Revolution d. Erde* —. Bresl. 1819. Cf. tamen *Jen. Allg. Lit. Zeit.* 1822. *Septemb.* N. 180 ff. — De allegorica Paradisi explicatione a Philone in ll. allegoriarum legis et de opificio mundi allata vid. Eichhorn *Urgeschichte, herausgeg. von* Gabler. II. 1. 389 ff.

d) Diodor. Sic. I. c. 7. II. 38. Plato in Tim. ed. Bip. IX. p. 332 ff. Sympos. V. X. 201 ff., ubi mythus refertur de homine ἀνδρογύνῳ, postea in duas partes diviso. Lucret. de rerum nat. l. II. 332 ff. Ovid. Metamorph. I. 76 ff. cf. Horat. Od. I. 16. et Aristoph. Av. v. 667., qui πηλοῦ πλάσματα homines vocavit. Add. de *Autochthonibus.* — Bauer *Hebr. Mythol.* 83 ff. Ammon *Bibl. Theol.* I. 280 ff. Kanne *Erste Urkunden d. Geschichte.* Bair. 1808. I. 346 ff.

e) V. Isaac Peyrère Praeadamitae, vel exercitatio exegetica in Rom. 5, 12 ff. 1655. 4., et scriptores illo priores a Galovio excitati in System. locor. theol. III. 1041. Von Irwing *Ueb. den Ursprung der Erkenntnifs d. Wahrheit u. d. Wissenschaften.* B. 1781. Add. J. G. J. Ballenstedt l. supra l. I. 232 ff. De difficultatibus, quibus premitur sententia de duobus protoplastis totius generis humani, partim e varietate hominum nativa oriundis, partim e coloniis in terrae partes ab Asia media remotissimas deductis, v. De Paw *Recherches philosophiques sur les Américains.* I. 175 ff. Blumenbach de varietate generis humani nativa. ed. 3. 1795. Kant *Von d. Menschenracen*, in *Vermischte Schr., herausg. v.* Tieftrunk. I. N. 7. 8. Herder *Ideen zur Gesch. d. Menschheit.* II. 344 ff. Meiners *Untersuchungen üb. d. Verschiedenh. der Menschennaturen.* Tüb. 1811. Buhle *Ueb. Ursprung u. Leben des Menschengeschlechts u. das künftige Loos nach dem Tode.* Braunschw. 1821. Ballenstedt *Die Vorwelt u. die Mitwelt.* Ib. 1824. 2 Thle. I. p. 1 ff.

Cf. Ammon *Bibl. Theol.* I. 282 ff. Bretſchneider *Handb. d. Dogm.* 2. A. I. 675 ff.

f) Gen. 2, 7. corpus hominis diſtinguitur a principio vitali, ſ. ſpiritu; rectius anima discernitur a corpore Matth. 10, 28. Luc. 12, 20. In ſcriptis Apoſtoli Pauli 1 Cor. 15, 44 ff. coll. 2, 14. 1 Theſſ. 5, 23. (Hebr. 4, 12.) cum philoſophis nonnullis antiquis (Cic. Tuſc. IV. 5.), quos Joſephus (Arch. I. 1. *Ἔπλασεν ὁ θεὸς ἄνθρωπον, χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς λαβών, καὶ πνεῦμα ἐνῆκεν αὐτῷ κ. ψυχὴν*) et eccl. doctores quidam ſecuti ſunt, v. c. Iren. V. 6. 7. 9. coll. tamen II. 29. 3., Tertull. Apolog. c. 33. „Qui animo animaque miſcemur," Orig. de pr. III. 4., Nemeſius de nat. hom. c. 1., tres partes homini tribuuntur *σῶμα*, *ψυχὴ* (vita animalis, anima materialis) et *πνεῦμα* (vita ſpiritualis, ratio). Frequentius tamen, qui uſus per totum l. Sap. obtinet, vocabula *ψυχὴ* et *πνεῦμα* promiscue uſurpantur, ſicut voces hebr. נֶפֶשׁ et רוּחַ. Praeeunte Tertulliano (de anima c. 10. 11. 18. 20 ff.) discrimen inter animam et animum (cf. Lactant. de opif. Dei. c. 18.) in eccleſia occidentali repudiatum eſt. Cf. Pr. De naturae humanae trichotomia N. T. ſcriptoribus recepta. Regiom. 1825. Paulus *Heidelb. Jahrb.* 1825. N. XI. p. 1041 ff.

g) Doederlein Inſt. I. 574 ff. Bretſchneider *Handb. der Dogm.* I. 671 ff., ubi alia hac de re ſcripta rec.

h) Orig. de pr. I. 4. II. 9, 3. III. 5, 5. Lactant. de opificio Dei. c. 17 ff. Tertull. de anima c. 22—28. Auguſtin. de lib. arbitr. II. c. 21 ff. Gerhard L. th. IV. 278 ff. Döderlein *Chriſtl. Religionsunterricht.* VIII. 71 ff. — Quaeſtionem de ſimplicitate animae, plurimis Patrum nondum probata, libri ff. non attingunt. Gerhard XVII. 151 ff. Beck p. 350 ff.

§. 99.

De imagine divina doctrina biblica et eccleſiaſtica.

Quae nonnullis Geneſeos locis de imagine dicuntur divina *a*), ad quam homo creatus dicitur, ea ad ſignificandum imperium in res creatas homini a Deo tributum (Gen. 1, 26. Pſ. 8, 7—9. Sap. 9, 2. 3.) et ad ipſam indolem corporis humani *b*) (Gen. 5, 3. Ex. 33, 20. cf. 1 Cor. 11, 7.), et ad corporis immortalita-

tem, hominibus ante lapsum destinatam (Gen. 2, 17. 3, 2. 3. 3, 19. Sap. 1, 13. 2, 23. 24. coll. Rom. 5, 12 ff.) [c]), referenda videntur. Exstant tamen alia dicta satis certa, quibus N. T. scriptores, sola animi iustitia et sanctitate divini numinis imaginem ac similitudinem contineri docuerunt (Eph. 4, 22—24. Col. 3, 10. Iac. 3, 9. 1 Io. 3, 9. 10. coll. Matth. 5, 48. 1 Petr. 1, 16.). Quam imaginem divinam, haud uberius quidem in libris ff. expositam, a Patribus vero et a Scholasticis diversa ratione explicatam [d]), ecclesiae nostrae instauratores, Augustinum potissimum secuti, ita passim adumbrarunt, ut „*iustitiam originalem* i. e. non solum aequale temperamentum qualitatum corporis, sed etiam notitiam Dei certiorem, timorem Dei, fiduciam Dei, aut certe rectitudinem et vim ista (propriis viribus) efficiendi" (liberum arbitrium) homini ante lapsum tribuentes, illa ipsa potissimum imaginem et similitudinem Dei comprehensam fuisse docerent [e]). Quibus positis theologi nostri de imagine ista porro sic statuerunt [f]), ut, discrimine facto inter imaginem divinam late et stricte dictam, illam in intellectu et arbitrio sitam esse iudicarent, hanc vero, tanquam singularem quandam animi praestantiam, protoplastis propriam, *iustitiam originalem* appellarent, eamque *naturalem* nec donum aliquod *supernaturale*, quod Pontificiis placuit, *concreatam*, *propagabilem* et *accidentalem*, non *substantialem* esse contenderent. Partes huius praecipuae, aliis tamen aliter statuentibus, dictae sunt *sapientia concreata* s. vis mentis, ad verum videndum aptissima, omniumque errorum expers, *iustitia concreata*, qua voluntas hominis erat omnis peccati et ad peccatum propensionis expers, et *sanctimonia concreata*, qua voluntas sensum virtutis eiusque exercendae studium habuit. Attributis his, tanquam imaginis divinae partes minus essentiales, additae sunt immunitas a calamitatibus vitae (Gen. 3, 16. Sir. 38, 15.),

corporis immortalitas (Gen. 2, 17. 3, 2. 3. 22 ff. Sap. 2, 23. Rom. 5, 18.), et imperium in res creatas. De imagine vero vel tota (cui opinioni obstant dicta Gen. 9, 6. 1 Cor. 11, 7. Iac. 3, 9.), vel ex parte amissa in varias theologi abierunt sententias *c*). Ceterum ea protoplastorum conditio prima, qua vitii expertes vera felicitate fruebantur, *status integritatis* s. innocentiae vocatur.

a) Discrimen posuerunt, praeeuntibus Clem. Strom. II. p. 499. (*Οὕτως τινὲς τῶν ἡμετέρων τὸ μὲν κατ' εἰκόνα, εὐθέως κατὰ τὴν γένεσιν εἰληφέναι τὸν ἄνθρωπον· τὸ καθ' ὁμοίωσιν δὲ, ὕστερον κατὰ τὴν τελείωσιν μέλλειν ἀπολαμβάνειν ἐκδέχονται.*), Origenes de pr. III. 6., Tertull. de bapt. c. 5. al., Pontificiorum plerique (cf. Petav. I. 160. 166. Baumgarten *Polem.* II. 381. Gerhard L. th. IV. 240. 244.), inter voces צֶלֶם, *εἰκὼν*, imago, et דְּמוּת, *ὁμοίωσις*, similitudo, ita, ut *imaginem* ad naturam intelligentiae et voluntatis, cum qua nunc etiam homines nascuntur, *similitudinem* vero ad virtutes, sapientiam nimirum et iustitiam (tanquam donum quidem supernaturale seu supperadditum), referrent; rectius tamen alii idem utrumque vocabulum valere censent, praeeunte Cyrill. Alex. c. Anthropomorphit. c. 5. — Contra Pelagium eiusque asseclas Augustinus potissimum immortalitatem corporis defendit. De trin X. 12. XI. 10 XII. 7.

b) Plato in Tim. IX. 332. caput appellat *τὸ θειότατον καὶ τῶν πάντων μελῶν ἐν ἡμῖν δεσποτοῦν*. Cic. de nat. deor. I. 27. et Lactant. de opif. Dei. c. 8. „Hominis solius est recta ratio et vultus Deo patri proximus. — Dicimus cadere illos, qui figuram negant habere ullam Deum." Id. de ira div. c. 2 et 7. Praeiverant simili sententia Iustin. Fragm. de resurr. 31. ed. Teller. Iren. V. 6. 1., repugnantibus Alex. doctoribus Clem. Str. II. 483. Orig. c. Cels. VI. T. I. 680. ed. de la Rue. De Audianis et Anthropomorphitis vid. §. 63. *a*. — Schott Epit. Th. Chr. ed. 2. p. 124 f. Ei. Commentatio, qua notio cognationis Dei hominumque in libro Geneseos expressa indagatur. Jen. 1812. rec. in eiusd. Opuscull. T. II. Jen. 1818., qui formam corporis hominum formae Dei Iehovae atque Elohim similem subintelligendam esse docet.

c) Buttmann *Ueb. d. ersten beiden Mythen in d. Genesis*, in *d. Berl. Monatsschr. Apr.* 1804. 261 ff. Gesenius *Art. Adam*, in Ersch *u.* Gruber *Encyklop.* I. 558.

d) Sec. II et III Encratitae et Severiani cum aliis ad feminam pertinuisse divinam imaginem negarunt (Euseb. Hist. eccles. IV. c. 29. Epiphanius haeres. 47.), sicut recentius Sociniani, imagine divina non nisi dominium in res creatas significari docentes, cui sententiae Gen. 1, 26. repugnat. Baumgarten *Polem.* II. 391. — Scholastici, primos homines *in puris naturalibus* conditos, et imagine divina tanquam dono *supernaturali* insuper ornatos fuisse, docuerunt, Alexandr. de Hales Part. II. quaest. 96., Io. Duns Scotus (sententt. dist. 39.), Bonaventura (dist. ead. art. II. 9. 2.) aliique, aut potuisse ita creari (Thom. Aquin. Sentt. I. quaest. 95.). Cramer *Fortsetz. von* Bossuet. VII. 495 ff. Gerhard. IV. 248 ff. Baumgarten *Polem.* II. 318. 76. 86 ff. Beck l. l. 362. — Contra Flacium, qui imaginem divinam fuisse ipsam hominis substantiam contenderat, theologi, orthodoxiae speciem prae se ferentes, eam fuisse concreatam humanae substantiae integritatem, perfectionem ac rectitudinem, et proinde in categoria qualitatis collocandam decreverunt. Gerhard. IV. 268.

e) Apolog. Conf. Aug. I. 52. 53. 54. „Iustitia originalis habitura erat non solum aequale temperamentum qualitatum corporis, sed etiam haec dona, notitiam Dei certiorem, timorem Dei, fiduciam Dei, aut certe rectitudinem et vim ista efficiendi. Idque testatur scriptura, quum inquit, hominem ad imaginem et similitudinem Dei conditum esse. Quod quid est aliud, nisi in homine hanc sapientiam et iustitiam effigiatam esse, quae Deum apprehenderet, et in qua reluceret Deus?" Form. Concord. Art. I. IV. 641., quo loco implicite quidem immortalitas donis istis addita est.

f) Melanchth. Exam. Ordin. l. opp. p. 310. Gerhard. IV. 240 ff. Quenstedt Theol. did. polem. II. 24 ff. Baumgarten *Ev. Glaubensl.* II. 435. Reinhard *Dogm.* 264 ff. De iis, qui primis hominibus praeter alias praerogativas et corporis dotes singulares attribuerunt, et quibus inter recentiores Doederlein (Institt. I. 483.) et Seiler (Theol. dogm. pol. 215.) adnumerari possunt, v. Beck l. l. 361. *Curiositäten.* B. II. St. 6. — Et linguam primaevam concreatam fuisse demonstrare voluit Süssmilch *Beweis, dass die erste Sprache ihren Ursprung nicht von Menschen, sondern allein von Gott erhalten habe.* B. 1766. Sed. cf. Herder *Preisschrift üb. den Ursprung d. Sprache.* B. 1772. et al. in Bretschneider *Entwickl. d. dogm. Begriffe* l. l., qui tantum facultatem loquendi hominibus concreatam esse recte dixerunt.

g) Beck l. l. 364. annot. 15.

§. 100.

Epicrisis.

Doctrina illa recte examinata variis premitur difficultatibus, quae prodeunt partim e notione sapientiae et sanctitatis congenitae sibi repugnante, nec ipso narrationis Mosaicae, quae quidem protoplastos communi hominum natura sensum illecebris obnoxia praeditos fuisse, aperte docet, argumento confirmata; partim e naturae humanae huiusque vitae terrestris certis finibus, proprietates humanis superiores, v. c. immortalitatem corporis, omnino excludentibus; partim ex aliorum populorum antiquorum mythis similibus de aetate aurea dicta, seu primitiva quadam hominum vitae conditione feliciore laetioreque, quae sensim in deteriorem abierit [a]). Quum vero scriptura s. alium quoque doctrinae typum exhibeat, quo veram Dei imaginem hominibus conceſſam in mente ab errore et peccato pura et sancta ponendam et ab unoquoque hominum pro parte virili exprimendam esse docemur (Gen. 9, 6. Eph. 4, 22—24. Col. 3, 9. 10. 1 Petr. 1, 15.): eo libentius hanc sententiam amplectimur, quo magis ea cum summa hominis destinatione ad piae virtutis veritatisque studium et felicitatem inde oriundam, scripturae s. effatis indicata [b]) (Ps. 34, 15. 16. 37, 3. 49, 13. 21. Matth. 5, 11. 12. 48. 6, 25—32. Luc. 12, 15. Io. 3, 16. 17, 2. 1 Thess. 5, 9. 1 Tim. 2, 4. 1 Petr. 1, 15.), et cum sanae rationis praeceptis consentit. Quae quum ita sint, facile intelligitur, quomodo protoplastis, antequam peccatum primum commiserant, imago divina potiori quodam sensu et status innocentiae tribui possit, et quomodo haud perperam dicatur, imaginem istam lapsu ex parte esse amissam. Omnino autem homo Deo similis non nascitur, sed fit.

a) Hesiod. Theogon. 521—79. Opera et dies. 47 ff. Ovid. Met. I. 89 ff. Add. quae ex Platone et Diodoro Sic. col-

legit Eusebius in Praeparat evangel. I. 7. XII. 13., item Virgil. Eclog. IV. Bauer *H. Mythologie.* I. 85 ff. Knapp Scripta var. argumenti. Prolus. I. ed. 2. p. 1. „Communis est omnium fere nationum omnis aetatis opinio de *aevo aureo*, h. e., de vita longe beatissima, quam prisca gens mortalium hac in terra egerit. Eam vitae beatitatem etsi pro suo quisque populus ingenio ac sensu informat, in eo tamen ad unum omnes consentiunt, ut omne genus aerumnarum atque imbecillitatum, quas hominum *societas* et *cultus* vel affert, vel auget, ab his generis humani incunabulis plane semovendum censeant." — Omnes eiusmodi narrationes, si accuratius examinatae fuerint, potius ab hominibus ad fastidium praesentium temporum leniendum et animum imagine vitae ab omni labe immunis oblectandum fictas esse, quam historiae fide niti, satis intelligitur; unde pro fundamento rerum ad leges historiae exigendarum nullo modo haberi possunt. A. Matthiae Pr. de ratione tractandae Graecor. mythologiae. p. 5. repet. in Seebode *Archiv f. Philol. u. Pädag.* Helmst. 1826. V. II. P. III. — Arnold. Ekker Spec. inaug. in Protagorae apud Platonem fabulam de Prometheo et generis humani ad humanitatem progressione. Ultrai. 1822. Cf. *Allg. Lit. Zeit.* 1824. N. 104. Omnino quo incultior fuit aetas, eo magis in illa praevaluit studium fabulas vel rumore traditas captandi vel novas fingendi.

c) Spalding *Bestimmung d. Menschen.* 13. A. L. 1794. Fichte *Die Best. d. Menschen.* B. 1800. Gruber *Ueb. d. Best. d. Menschen f. d. gebildete Publicum.* 2 Thle. L. 1800.

c) Similem imaginis divinae describendae rationem iniverunt Henke Lineam. fid. Christ. 115. Döderlein *Religionsunterricht.* VIII. 35 ff. Eckermann *Handb.* III. 45 ff. Ammon *Wissenschaftl. prakt. Theologie.* 115 ff. Ei. Summa Th. Chr. 150.

B. De Angelis.

§. 101.

Doctrina biblica et ecclesiastica.

Naturarum intelligentium, quae Deo originem debeant, alias praeter homines easdemque hominibus superiores, Deo inferiores esse, ratio humana haud difficulter credit. Non solum enim gradatio ea, quae

in universa rerum natura conspicitur, a minus perfectis atque praestantibus ad perfectiora et praestantiora continua serie procedens, sed etiam infinita corporum coelestium, quibus, sicut orbi terrarum, summae sapientiae et benignitatis divinae documenta inesse recte putantur, multitudo, nec minus animi humani immortalitas animarumque in infinitum progressus, argumenta rationi satis probabilia ministrant [a]). Nihilominus apud plurimas gentes, quae naturas spirituales inter divinitatem et humanitatem medias quasi sibi finxerunt, haec idea e Polytheismo potius nata esse videtur. De natura autem et officiis eiusmodi spirituum longe alia in libris ss. deprehenditur notio, quippe aevi incultioris ingenium ad phantasiae ludibria proclive referens, quam quae a philosophia informatur. Angeli (ἄγγελοι, מַלְאָכִים) vocantur a scriptoribus ss. nomine, quod, vario modo usurpatum, v. c. ad naturae phaenomena insolita atque repentina (Ps. 78, 49. 104, 4.), prophetas (Hag. 1, 13. Mal. 3, 1. Matth. 11, 10. Marc. 1, 2. Luc. 7, 27.), sacerdotes (Mal. 2, 7. Eccl. 5, 5.), nuncios quosvis significandos (Num. 20, 14. 16. Ios. 6, 17. Luc. 7, 24. 9, 52.), officium potius quam naturam designat (Hebr. 1, 14.) [b]). Libri ss., opinionem de angelis pro temporibus haud multum diversam exhibentes [c]), eos vere esse, tum diserte monent v. c. Iob. 4, 18. Act. 23, 8. Matth. 22, 30. Io. 1, 51., tum commercio eorum cum hominibus commemorato ostendunt (Gen. 3, 24. 28, 12. Ex. 3, 12. Dan. 6, 22. Luc. 1, 26. Act. 10, 3. 12, 7. Apoc. 19, 10.); neque vero de origine et natura eorum satis perspicue praecipiunt. Quo factum est, ut theologi eos vel cum Origene ante hunc mundum conditum (Iob. 38, 6. 7.) [d]), vel primo (Gen. 1, 1. 26.), alii secundo, alii sexto (Gen. 2, 1.), nonnulli etiam octavo cosmogeniae Mosaicae die creatos esse [e]) docuerint et de natura eorum in varias discesserint opiniones, aliis mere spiritualem (Hebr. 1, 14.) [f]), aliis, quibus scripto-

res ff. (Ieſ. 6, 1 ff. Matth. 28, 3. Mc. 16, 5. Act. 1, 10. 1 Cor. 15, 40.) et Patres antiquiores adſtipulantur, corpoream etiam naturam iis tribuentibus *c*). Eorum numerum non augeri, concluditur e loco Matth. 22, 30.

a) Eckermann *Handb.* III. 101 ff. Bretſchneider *Handb. d. Dogm.* I. 592 ff. De univerſa hac doctrina cf. Henke *Magaz.* III. 300 ff. *Kritik üb. d. Lehre von d. Engeln in der Dogmatik.* VI. 152 ff.

b) Auguſtin. in Pſ. 103. 484 ff.

c) Aevo antiquiſſimo Angeli בְּנֵי אֱלֹהִים filii Dei Gen. 6, 1—4. Iob. 1, 6. 2, 1. 38, 7. (nunquam אֱלֹהִים, quanquam ita verterunt LXX interpp. Pſ. 8, 6. cf. Hebr. 2, 7. 9. V. Geſenius *Hebr. Wörterb.* ſ. v. אֱלֹהִים) dicti, quaſi conſilium divinum conſtituentes, poſtea, monotheismi notione magis exculta, praeſertim poſt exilium Babyloniſcum, non niſi geniorum inferiorum, nunciorum (מַלְאָכִים), ſeu miniſtrorum, qui Perſarum more thronum principis cingebant (1 Reg. 22, 19), nomen et ſpeciem prae ſe ferunt. Bauer *Hebr. Mythol.* I. 118 ff. Kaiſer *Bibl. Theol.* I. 88 ff. Cf. De Wette *Bibl. Dogmat.* 82 ſ. Vocantur קְדוֹשִׁים, chald. קַדִּישִׁין *Sancti*, in ll. V. T. ſerius conſcriptis, v. c. Dan. 4, 10. 8, 13. Zach. 14, 5. add. Iob. 5, 1. 15, 15. Pſ. 89, 6. 8. et Deut. 33, 3. Nomen עִיר (ἐγρήγορος, vigil), apud Syros haud inuſitatum, in Dan. l. (4, 10. 14. 20.) tantum legitur. Nomina propria tamen, ſingulis Angelis in libris ff. tributa Michael (Dan. 10, 13. 12, 1. Iud. 9. Apoc. 12, 7.), Gabriel (Dan. 8, 16. 9, 21. Luc. 1, 19. 26.), Raphael (Tob. 3, 25.), originem ſuam hebr. produnt. Sadducaei, qui praeter Deum nullam naturam mere ſpiritualem eſſe ſtatuebant, Phariſaeorum ſententiam de angelis non admiſerunt. Act. 23, 8. — Ceterum commenti illius per omnem antiquitatem pervulgati, quo aſtra animata ſ. Deos, aut genios eſſe fingitur (Horſt *Art. Aſtralgeiſt*, in Erſch *und* Gruber *Encyklopädie.* VI.), veſtigia apud Hebraeos quoque exſtant, formula צְבָא הַשָּׁמַיִם notiones geniorum coeleſtium et aſtrorum commiſcente, Iob. 38, 7. Pſ. 103, 20. 21. 148, 2. Cf. Ovid. Faſt. I. 111. Met. I. 75. Voſs ad Virgil. Georg. I. 32. Geſenius *Hebr. Wörterb.* ſ. h. v.

d) Orig. Commentt. in Matth. Opp. III. 692. Novatian. de trin. c. 1. Gregor. Naz. or. 38.

e) Plu-

e) Plures, maxime Latini, die primo creatos esse contenderunt. Augustin. de civ. Dei. XI. 9. 19. Baumgarten *Glaubensl.* I. 682. Cf. Ode Commentarius de Angelis. Trai. 1739. 4.

f) Ioann. Damasc. de orth. fid. II. 3. Leibnit. Theodic. 438 ff. lat. Buddeus Inst. theol. dogm. 395 ff. Mosheim ad Cudworth Syst. int. V. 3. 16. Angelis corpora esse negavit concilium Lateranense a. 1215. Nonnulli corpora *parastatica* i. e. exhibitiva, ad tempus aliquod assumta, iis tribuerunt.

g) Angelis corpus humano praestantius vindicatur ex decreto synodi Nicaenae a. 787. Hanc sententiam praeter alios secuti sunt Cudworth Syst. int. 1028 ff., Loersius de Angelorum corporibus et natura. Trai. 1737. 4. Reinhard *Dogm.* 189. Döderlein *Religionsunterr.* VII. 103. Ammon Summa Th. Chr. 135. Bretschneider *Handb. d. Dogm.* I. 597 ff.

§. 102.

Continuatio.

Libri symbolici, qui doctrinam de Angelis haud diserte exposuerunt, passim tantum eosdem commemorarunt [a]), tanquam naturas spirituales et intelligentes, medias quasi inter Deum et homines, et perfectione morali insignes. Sequiore tempore doctrina ista tractata est fusius et ad scripturae s. effata accommodatius. Distinguunt doctores ecclesiastici angelos bonos, a scriptoribus ff. angelos Dei (Matth. 22, 30. 25, 31. Marc. 12, 25. Act. 12, 7.), et angelos malos, in ll. ff. angelos Diaboli (Matth. 25, 41. Apoc. 12, 9.), πνεύματα ἀκάθαρτα (Matth. 12, 43. Luc. 11, 24.) et πνευματικὰ τῆς πονηρίας (Eph. 6, 12.) nominatos. Illos sanctos vocant (Matth. 25, 31. Marc. 8, 38. Luc. 9, 26. Act. 10, 22. Apoc. 14, 10.), sapientes (2 Sam. 14, 20. 1 Petr. 1, 12.), magnis viribus instructos (Ps. 103, 20. Matth. 28, 2. 1 Thess. 4, 16. 2 Thess. 1, 7. Hebr. 2, 2.), immortales (Luc. 20, 36.) eosdemque beatissimos. (Matth. 18, 10. Hebr. 12, 22. 23. — Luc. 2, 13. 14. 15, 10. 1 Petr. 1, 12.) Numerum angelorum haud exiguum esse, libri ff. testantur Dan. 7, 10. Matth. 26, 53. Luc. 2, 13. Hebr.

12, 22. Apoc. 5, 11., qui Cherubim Gen. 3, 24. Ex. 25, 17 ff. Pſ. 18, 11. Ezech. 1. 10., Seraphim [b]) Ieſ. 6, 2. 6., Archangeli 1 Theſſ. 4, 16. Iud. 9. cf. Dan. 10, 13. 12, 1. aliorumque ordinum Eph. 1, 21. Col. 1, 16. mentionem faciunt, unde Iudaei et Pſeudo-Dionyſius Hierarchiae coeleſtis varias ſpecies effinxerunt [c]). De munere et officio angelorum libri ff. docent, eos in coelo adeſſe Deo et Chriſto ad dextram patris ſublato ſubiectos (Eph. 1, 20. 21. Col. 1, 16. Phil. 2, 9 ff. Hebr. 1, 5 ff.), divinae providentiae miniſtros, a quibus interdum effectus in rerum natura obvios (Pſ. 104, 4. coll. Hebr. 1, 7. Apoc. 7, 1—3. — de *ἀγγελοφανείαις* in ll. ff. commemoratis v. §§. 37. 42.), maxime tutamen piis hominibus praeſtitum (Gen. 19. Iob. 33, 23—28. Pſ. 34, 8. 91, 11. 12. Zach. 3, 7. Tob. 3, 25. Luc. 16, 22. Act. 12, 5 ff. Hebr. 1, 13. 14.), vel etiam poenas hominibus inflictas derivant (Gen. 19, 25. Ex. 12, 12. 29. 2 Sam. 24, 16. Pſ. 35, 5. 6. 78, 49. Ieſ. 37, 36. Apoc. 10, 1—3.), laudum Dei praecones (Pſ. 103, 20. 148, 2. Ieſ. 6, 3. Luc. 1, 19. Apoc. 7, 11.); et non ſolum univerſis populis (Dan. 10, 13. 20. 21.), ſed etiam, quae communis fere Patrum eccl. ſententia fuit, ſingulis hominibus, piis potiſſimum, ſuos et praeeſſe et adeſſe genios tutelares volunt [d]). (Matth. 18, 10. Add. Tob. 12.) Cultum divinum, angelis inde a prioribus ſeculis a Chriſtianis nonnullis exhibitum et poſtea ab eccleſia Catholica *δουλείας* nomine ſancitum [e]), noſtra omni iure (cf. Col. 2, 18. Apoc. 19, 10. 22, 8. 9.) improbavit [f]). Quae vero de *ſtatu originali* ſ. gratiae, in quo angeli verſati dicebantur, antequam multi eorum peccando in ſtatum deteriorem lapſi fuerint, et de *ſtatu confirmationis* ſeu *gloriae*, quo fruantur poſt tentationem virtutis feliciter ſuperatam, theologi olim ſubtiliter commentati ſunt [g]), ea certis ſcripturae ſ. teſtimoniis deſtituuntur.

a) Art. Smalc. P. II. Art. II. 310. 11. Add. Apolog. Art. IX. 224. Catechism. min. 383. Catech. mai. praef. 395.

b) De nominibus כְּרוּבִים et שְׂרָפִים v. Geſenius *Hebr. Wörterb.* ſ. h. v.; eiusd. *Commentar üb. den Jeſaia* ad l. l.

c) Tob. 12, 15. Apoc. 8, 2. commemorantur ſeptem principes Angelorum, qui, ſicut ſeptem *Amſchaſpandi*, e Zoroaſtrica religionis doctrina geniis inferioribus *Ized* et *Feruer* dictis praefecti [J. G. Rhode *Die heil. Sage u. das geſammte Religionsſyſtem d. alten Baktrer, Meder u. Perſer.* Frankf. a. M. 1820. Nr. VIII. p. 312 ff. „*Ormüzd, dieſer erſte der Amſchaſpands, und dieſs in Herrlichkeit verſchlungene Weſen, erſcheint in den Zendſchriften nach zwei ſehr verſchiedenen Anſichten. Einmal als Geſchöpf, das ſeinen Körper und ſeinen Feruer hat, und das von Zervane Akerene hervorgebracht worden, gleich den übrigen Amſchaſpands.* (*Vendidad XIX.*) *So gehört er zu den Amſchaſpands und iſt ſelbſt, wenn auch der erſte und gröſste, ein Amſchaſpand. Nach der zweiten Anſicht wird er vorgeſtellt als der allmächtige Schöpfer Himmels und der Erde, als Schöpfer und Gott der ſechs übrigen Amſchaſpands, über welche er unendlich erhaben iſt. Die Beweiſe davon finden ſich faſt auf allen Seiten der Zendbücher.*" 317. Kanngieſser *Art. Amſchaſpand* in Erſch u. Gruber *Encyklop.* V. III. p. 417.], thronum numinis cingunt. Iudaei *decem* (Bodenſchatz *Kirchl. Verfaſſung d. Juden.* T. III. 158. Eiſenmenger *Entdecktes Judenthum.* II. 374 ff.), Pſeudo D. Areopagita (Opp. ed. Antv. 1634. T. I. c. 3. Schröckh *Kircheng.* XVII. p. 546 f.), Gregorius M. (Homil. in Ev. 34.) et Ioannes Damaſc. (de orth. fid. II. 3.) *tres claſſes* atque *novem ordines* et *hierarchias* angelorum numerari voluerunt: 1. θρόνοι, χερουβὶμ, σεραφὶμ; 2. ἐξουσίαι, κυριότητες, δυνάμεις; 3. ἄγγελοι, ἀρχάγγελοι, ἀρχαί.

d) Opinio illa de Angelis tutelaribus populis ethnicis haud incognita fuit. Pfanner Syſt. theol. gent. pur. 180. Plato in Theag. 11. Apolog. Socr. 365. de republ. X. 520. ed. Steph. Clem. Alex. Strom. V. 432. Seneca Ep. 110. Thom. Heyde de rel. vett. Perſarum. 395. Inter Patres antiquiores Origenes de hoc loco fuſius tractavit, verum non ubique ſibi conſtans (cf. c. Celſ. l. VIII. 398. ed. Spencer eiusdemque annotatt. ad h. l. Homil. XI. et XXXV. in Luc.), vel duos, praeter bonum, malum etiam ad exercitium, ſingulis hominibus genios adeſſe aſſerit. Angelos hominum ſingulorum cuſtodes eſſe docent Hieronymus ad Matth. 18. Baſilius contr. Eunom. III. T. I. p. 139. Theodoret. Orat. XI. 715. Non ſolum catholica eccleſia, ſed etiam reformati nonnulli theologi, et ipſe Lutherus (Opp. ed. Altenb. VIII. 985. et

Hauspoſtille, 2te Predigt am Michaelistage —) opinionem de geniis tutelaribus amplexi ſunt. Eandem admodum probabilem eſſe cenſuit S. J. Baumgarten *Ev. Glaubensl.* I. 708. Reiecerunt Gerhard L. th. IV. p. 38. Doederlein Inſt. I. 511. Reinhard *Dogmat.* 197 f. — Münſcher *Dogmengeſch.* II. 20 ff. Fr. Schmidt Hiſt. dogmatis de angelis tutelaribus pars I., ſententias PP. eccl. complectens, in Chr. Friedr. Ilgen *Denkſchrift der hiſtor. theol. Geſellſchaft zu Leipzig.* V. I. L. 1817.

e) Poſtquam, aſſentientibus pluribus PP., a ſynodo Laodicenſi a. 363 habita adoratio angelorum improbata erat, Ambroſius eam denuo commendaſſe videtur (Opp. T. I. 146. de viduis: „Angeli ſunt obſecrandi pro nobis, qui nobis ad praeſidium dati ſunt."). *Τιμητικὴν προσκύνησιν*, non *λατρείαν*, Concilium Nicaen.. II. a. 787 h. angelis praeſtandam eſſe decrevit. Cf. Concil. Trid. Seſſ. XXV. Catechism. Rom. P. III. c. 2. §. 9 ff. Petavius de dogm. theoll. II. 69 ff. — De discrimine inter *λατρείαν* et *δουλείαν* a Pontificiis male invento v. Io. Dallaei adverſus Latinorum de cultus religioſi obiecto traditionem disputatio. Genev. 1664. 4. 19 ff.

f) Artt. Smalcc. P. II. art. II. 310 et 11. — Baumgarten *Polemik.* III. 540 ff.

g) Baumgarten l. l. 728.

§. 103.

Epicriſis.

In univerſa de angelis doctrina diiudicanda ſedulo reſpiciendum eſt tum ad notiones aevi incultioris de voluntate divina omnia gubernante mancas et imperfectas (Gen. 18, 21.), tum ad conſuetudinem hominum rudiorum, qui eventus naturales inſolitos et cogitationes praecipue menti repente occurrentes ad miniſterium naturarum coeleſtium homine ſuperiorum revocant *a*) et imagines a regum noſtrorum palatiis ad coeleſtem quaſi aulam Dei transferunt. Neque diſſimulare licet, doctrinam illam ſenſu literali intellectam cum dignitate numinis divini, ſiquidem in narrationibus plurimis de angelis, qui hominibus apparuiſſe dicuntur, nodus tali vindice dignus omnino deſideratur (v. c. Gen.

21, 19. 32, 1. 2. Num. 22, 22 ff. Iud. 13, 3 ff. 1 Reg. 19. Act. 12, 23. coll. Ioſeph. Arch. XIX. 8. 2.), haud conciliari poſſe, eamque ſuperſtitioni pernicioſae occaſionem praebere, neque a Chriſto ipſo unquam data opera illuſtratam et commendatam eſſe. Quibus bene perpenſis, minime quidem dubitamus, quin angeli quoque h. e. naturae intelligentes, hominibus ſuperiores, a Deo vere creati ſint; eosdem autem nullo cultu divino proſequendos eſſe, nec niſi in vita futura demum commercium nobis cum iis fore cenſemus. Ceterum quae in libris ff. de angelorum miniſterio et apparitionibus paſſim mythice narrantur, ea haud urgenda ſunt, ſed in uſum popularem ita converti debent, ut, miſſis quaeſtionibus quibusque ſubtilioribus, providentiae divinae auxilia hac doctrina quaſi ob oculos poni demonſtretur [b]).

a) Eichhorn *Von d. Engelserſcheinungen in der Apoſtelgeſch.*; *Bibl. d. bibl. Lit.* III. 381 ff. Stahl *Ueb. die Erſcheinungen Jehova's u. ſeiner Engel*; ib. VII. 156 ff.

b) Eckermann Comp. Theol. Chr. 87. Niemeyer *Popul. u. prakt. Theol.* 6. *A.* 135 ff. Ständlin *Dogm. u. Dogmengeſch.* 230. Ammon Summa Theol. Chr. 138. Schleiermacher *Der Chriſtl. Glaube* —. I. §. 54.

§. 104.

De Angelis malis doctrina biblica et eccleſiaſtica.

E variis librorum ff., Novi T. potiſſimum, effatis ſuper angelis malis ſeu daemonibus [a]) eorumque principe, Diabolo aliisque nominibus appellato [b]), hanc eius imaginem; quae ſimul ceterorum geniorum malorum, regnum Satanae regno Dei et Chriſti oppoſitum conſtituentium [c]), ſimilitudinem referat, praeeuntibus ipſis librorum ſymbolicorum auctoribus aliisque doctoribus eccleſiaſticis [d]), ſic deſcribere licet: Praeclaris quidem dotibus, quippe cum reliquis angelis bonis

creatus est (Io. 8, 44. Hebr. 12, 9. 2 Petr. 2, 4. Iud. 6.), sed voluntate pessima praeditus (Eph. 6, 11 ff.), sua culpa et improbus et miser (Iac. 2, 19.) in orcum detrusus iudicio extremo (§. 196.) asservandus (2 Petr. 2, 4. Iud. 6.) et graviorem poenam olim subiturus esse traditur Matth. 25, 41. Apoc. 20, 1—3. 10. cf. Ies. 24, 21. 22. *e*). Erroris enim, miseriae et vitiositatis omnis gignendae et propagandae studiosus (Iob. 1, 6. Zach. 3, 1—6. 1 Chron. 21, 1. coll. 2 Sam. 24, 1. Matth. 4, 1 ff. [Marc. 1, 12. 13. Luc. 4, 1 ff.] Matth. 13, 25. Io. 13, 2. 1 Cor. 7, 5. 2 Cor. 4, 4. Ephes. 2, 2. 6, 12 ff. 2 Thess. 2, 9. 2 Tim. 2, 26.), iam protoplastorum corruptor (Gen. 3, 1. Sap. 2, 24. Io. 8, 44.), et mali physici (Iob. 2, 7. 1 Sam. 16, 14. Matth. 12, 43. Hebr. 2, 14.), inprimis morborum varii generis, qui Christi aetate Iudaeos vexarunt, cum daemonibus suis auctor fuit strenuus (Matth. 4, 24. 10, 1—8. 12, 22. 15, 22. 16, 15 ff. Marc. 1, 23 ff. 9, 17. Luc. 6, 41. Act. 19, 13 ff. — 1 Cor. 5, 5.), Deo, Christo hominibusque bonis adversarius. (Matth. 13, 39. 4, 1 ff. Io. 13, 2. Luc. 22, 31. 2 Cor. 2, 11. 1 Petr. 5, 8. cf. Iob. 1, 7. 2, 2. *f*) Apoc. 12, 10. Zach. 3, 1. 2.) Verum potestas eius, per Iesu et Apostolorum operam fracta (Matth. 8, 27 ff. 12, 22 ff. Act. 8, 7. 16, 16 ff.), vi divina coercetur (Io. 12, 31. 2 Petr. 2, 4.). Nihilo minus ex aliis N. T. locis apparet, diabolum etiamnum funestam suam et in corpora et in animos hominum efficaciam exserere, cui precibus piisque animi sensibus Christiani obniti debeant. (1 Cor. 7, 5. Iac. 4, 7. 1 Io. 2, 13 ff. 1 Petr. 5, 8.) His sententiis alii alias de lapsu et de sedibus daemonum e diversis scripturae sacrae locis depromtas addiderunt *g*).

a) Vocabulum *δαίμων* (*δαιμόνιον*) apud poetas Graecos antiquiores omnino Deum s. numen aliquod significat, postea saepissime tributum est geniis quibuscunque i. e. naturis quasi mediis inter Deum et hominem, maxime tamen bonis iisque tutelaribus: verum etiam de malis geniis (Creuzer *Symbolik u. My-*

thologie d. alten Völker, beſ. d. Griechen. B. III, 2. *A.* L. 1821. p. 3 ff. *Von d. Heroen u. Dämonen.*); apud Helleniſtas de Diis gentilium uſurpatur, cf. verſio Alex. Deut. 32, 17. Pſ. 96, 5. 106, 37. 2 Paral. 11, 15. et Bar. 4, 7. cf. 1 Cor. 10, 20., quos Iudaei e Babyl. exilio reverſi interdum pro geniis malis ſ. diabolis habuerunt. In reliquis N. T. locis *δαίμων* non niſi angelum malum ſ. diabolum denotat; apud Clem. Al. Strom. V. 701. Orig. c. Celſ. V. 234. de animis mortuorum ſ. Manibus dicitur. Sententia ea nuper denuo prolata ab J. Jahn l. *Nachträge zu ſeinen theol. Werken — nach ſ. Tode herausgeg.* Tüb. 1821. p. 193 ff., qua daemones in N. T. commemoratos, ab angelis malis et a diabolo probe diſtinguendos, pro animis mortuorum hominum improborum habitos fuiſſe, contendit, nullo N. T. dicto probari poteſt; id quod nuper fuſius demonſtravit H. A. Schott Pr. Sententia recentius defenſa de iis naturis, quae in ll. N. T. *δαίμονες* audiunt, ab angelis malis et Satana prorſus diſtinguendis, examinatur. Jen. 1821. 4. In ev. Ioanneo phraſis *δαιμόνιον ἔχει* cum verbo *μαίνεται* coniuncta Io. 10, 20., nec ulla daemoniacorum ſicut in ceteris evv. mentio facta eſt; quare Ioannes, qui quidem in doctrina de diabolo a reliquis ſcriptoribus ff. minime diſſenſit, ab illa ſuperſtitione plane immunis fuiſſe nonnullis viſus eſt. Eichhorn *Allg. Bibl.* IV. 333 ff. De Wette *Bibl. Dogmat.* p. 242. Cf. quae contra hanc ſententiam monuerat Bauer *Theol. des N. T.* II. 229 ſ. — Geſenius *Commentar üb. d. Jeſaias; Einleit.* I. p. 62 ſ. — ad 34, 14.

b) De origine et vi vocc. שָׂטָן = *διάβολος*, בַּעַל זְבוּב, בְּלִיַּעַל vid. Geſenius *Hebr. Wörterb.* Nomen Asmodi (*ἀσμοδαῖος* Tob. 3, 8.) rectius derivatur a voce Perſica اشموذن asmuden = *πειράζειν*, quam a verbo hebr. שָׁמַד perdidit. Reland Diſſ. miſc. II. 9. 23. Reliquas diaboli et geniorum malorum denominationes in ſingulis ll. ff. obvias (*ὁ πονηρός* Matth. 6, 13. 13, 19. 39., *βεελζεβούλ* Matth. 12, 24. Luc. 11, 15., *βελίαλ* 2 Cor. 6, 15., *ὁ ἄρχων τῶν δαιμονίων* Matth. 12, 24., *ὁ ἄρχ. τοῦ κόσμου τούτου* Io. 16, 11., *ὁ θεὸς τοῦ αἰῶνος τούτου* 2 Cor. 4, 4., *ὁ δράκων ὁ μέγας, ὁ ὄφις ὁ ἀρχαῖος* Apoc. 12, 9.) recenſuit Winzer l. de daemonologia in ll. N. T. propoſita. Commentatt. V. Viteb. 1812. L. 1821. 22. I. p. 29 ff.

c) Hebraei ſeriores, ad exemplum Perſarum aliorumque populorum incultiorum, mala in mundo obvia, non ab ipſo Deo (cf. tamen 2 Theſſ. 2, 11.), ſed a principio ſ. numine quodam illi contrario derivabant, unde in libris ff. etiam ſibi oppoſiti cernuntur: Deus, regni divini princeps, eiusque quaſi

vicarius Messias s. Christus, et Satanas, regni diabolici praesul (Act. 26, 18. Eph. 2, 2. Col. 1, 13. Io. 12, 31. 14, 30. 2 Cor. 4, 4.), et Antichristus, nomen *collectivum* in N. T. libris rei Christianae adversariis, inprimis falsis doctoribus a Satana subornatis, ut regni Messiani instaurationem infestarent et impedirent, per prosopopoeiae figuram tributum (2 Thess. 2, 4 ff. coll. Dan. 11, 21—35. 1 Io. 2, 18.), a Patribus nonnullis, sicut ab Iudaeis serioribus, de cacodaemone quodam natura humana induendo, regni Messiani instaurationem praeceffuro, usurpatum, v. prae cet. Theodoret. in epitome divin. decretor. c. 23. p. 300. *Πρὸ τῆς δεσποτικῆς ἐπιφανείας ἥξει φύσιν ἀνθρωπείαν ὑποδὺς ὁ τῶν ἀνθρώπων ἀλάστωρ, ὁ ἀντίθεος δαίμων, ὁ τῆς θείας προσηγορίας ληστής;* et alia dicta, quae in hanc rem attulerunt Bertholdt Christologia Iudaeor. 69 ff. Winzer de daemonologia in ll. N. T. propositа. 44 ff. De Wette *Bibl. Dogmat.* 171. Gesenius *Art. Antichrist*, in Ersch u. Gruber *Encyklop.* IV. 292 ff.; Angeli Dei et Angeli Satanae; homines pii, Christum sequentes, et improbi, ethnici (*κόσμος* ob multitudinem dicti), ad Satanae regnum tenebrarum pertinentes. (Eph. 2, 2. 1 Io. 3, 8 ff. Act. 26, 18.) Horn *Götting. Museum.* I. 129 ff. Kaiser *Bibl. Theol.* I. p. 284. Diabolum vero olim bonum, sua sponte lapsum esse, contra Gnosticos et Manichaeos saepius a PP. monitum est. Basilius Homil. IX. Quod Deus non auctor mali. Tertull. c. Marc. II. 10.

d) Conf. Aug. art. XX. p. 18. (Diabolus) „impellit homines ad varia peccata, ad impias opiniones, ad manifesta scelera." Apolog. VIII. 220. Artt. Smalc. P. II. Art. II. 308 f. IV. 315 f. Catechism. mai. Art. II. 494. „Iam enim a Deo creati, quum omnis generis inaestimabilia bona a Patre accepissemus, venit diabolus nostrae felicitati invidens, et nos suis technis in apertam Dei rebellemque inobedientiam, mortem et omnia pericula pertractos iniecit, adeo, ut in eius indignatione iacerenmus, perpetuae damnationi adiudicati." Ipse Lutherus, quippe hac opinione supra aevi sui ingenium haud elatus, praeeuntibus Patribus ecclesiae, sibi persuaserat, diabolum in corpora hominum et res terrestres vim suam perniciosissimam exserere. Vid. e multis aliis locis Catechism. mai. precatio IV. 525. „Neque contentus est (Diab.), rerum spiritualium procurationem foede conturbare, ut animas suis nugis seductas, suo imperio subiiciat, verum manibus pedibusque obstat etiam, enixe studendo, ne qua in terris externarum rerum administratio, aut civilis status, honeste et pacate institutus, diu consistat, unde tot passim lites, iurgia,

caedes, motus, seditiones, tumultus et bella concitat. Insuper tempestates et grandines emittit e nubibus, aut contagione pecus inficit, aut corrupto coeli tractu aërem reddit pestilentem et tabificum. In summa, maxime discruciatur animo, unum aliquem vel bolum panis nos a Deo habere reliquum, eoque pacate vesci." Add. Luth. Opp. T. I. 1718 ff. IX. 471. 73. X. 39. 142. 1129 ff. 1240. 1790 ff. XI. 943. ed. Walch. Form. Conc. Sol. decl. I. 641. „Is certe multos magnos et sapientes homines in mundo horribilibus erroribus ac haeresibus et coecitate multiplici fascinat et seducit, ac miseros mortales saepe in varia et atrocia scelera praecipitat." 648. „Quod hominis natura corrupta est, hoc originaliter et principaliter est opus Satanae, qui per peccatum opus Dei in Adamo miserabiliter corrupit." II. 662. „Deus severissimo et iustissimo suo iudicio lapsos malos spiritus prorsus in aeternum abiecit." — Vid. post Io. Damasc. de orth. fid. II. 3., Calovium IV. 331 ff., Quenstedtium 647 ff., Baierum Comp. Theol. positiv. I. c. 3. — theoll. recentt. Seiler Th. dogm. pol. 191 ff. Storr Doctrinae Chr. part. theor. 158 ff. Reinhard *Dogmat.* 205 ff.

e) Gesenius *Commentar* — ad h. l.

f) De Satana Iobi cf. 1 Reg. 22, 21., non morum censore, quod Herdero, Eichhornio, Ilgenio, Stuhlmanno placuit, sed vere Satana (Apoc. 12, 10.), vid. Bauer *Theol. des A. T.* 147 ff. De Wette *Bibl. Dogmat.* 147. Et quae apud Matth. 4, 1 ff. Marc. 1, 12. 13. Luc. 4, 1 ff. leguntur, de vero Satana intelligenda sunt; cui mytho informando atque exornando tum res aliqua in facto posita, seceſſus nimirum Iesu Chr. ab hominum frequentia antequam doctoris partes susciperet, tum quae in V. T. de Mose, Ex. 24, 18. 34, 28. Deut. 9, 9. 18. et de Elia 1 Reg. 19, 8. simili ratione tradita reperiuntur, tum sententia ea vulgaris de Satana, regni Messiani adversario perniciosissimo, et quod Iesus ipse, se a tentationibus haud immunem fuisse, fortasse professus est, ansam praebuisse videntur. Haud inepte confertur haec narratio cum mytho Gen. 3. tradito. Succubuit prior Adamus tentatus tentatori, fortiter restitit alter.

g) Peccatum primum a diabolo et angelis malis commissum plurimi PP. seculorum IV priorum, praeeuntibus Philone de Gigant. 286. Ioseph. Arch. I. 3. 1., ex Gen. 6, 2. coll. 1 Cor. 11, 10., librisque Apocryphis, Enochi l. (qui e versione Aethiopica nuper in linguam Anglicam translatus a Rich. Lawrence, ita inscribitur: *The book of Enoch the prophet;*

an apocryphal production, supposed to have been lost for ages, but discovered at the close of the last century in Abyssinia —. Oxford. 1821. V. capp. 7—17.), Testament. XII Patriarcharum, Rub. 5. Naphth. 3., vid. Rösler *Bibl. der Kirchenvv.* T. IV. p. 421., in commercio impuro horum angelorum cum puellis posuerunt, unde gigantes vel daemones natos esse perhibent (vid. prae cett. Clem. Alex. Paedag. III. c. 2. et Potteri adnott. ad h. l.); alii, quibus et Augustinus adstipulatus est (de Gen. ad lit. IX. 14.), ex 1 Tim. 3, 6. in superbia et rebellione adversus Deum (v. Anselmi l. de casu diaboli. Baumgarten *Glaubensl.* I. 727 ff.); alii in mendacio et corruptione primorum hominum, dictis e l. Sap. 2, 24. et Io. 8, 44. haud inepte huc relatis. — De domicilio diaboli eiusque geniorum, quod in aëre (Eph. 2, 2. 6, 12.), in locis desertis (Matth. 12, 43.), in orco (2 Petr. 2, 4. Iud. 6.) ponitur, unde tamen in terram escendant (1 Petr. 5, 8.), e variis scripturae s. locis decretum est. — De daemonibus sylvaticis et spectris in V. T. ll. commemoratis vid. Gesenius *Commentar üb. den Jes.* ad 13, 21. 22. Prima daemonum vestigia deprehenduntur Lev. 16, 10. 26. Cf. in ll. apocryphis Tob. 8, 3. Bar. 4, 35.

§. 105.

Historia dogmatis.

Satanae notioni, cuius vestigia apud quemvis populum incultiorem deprehenduntur, Iudaei, cognitis inde ab exilii Babylonici tempore religionis gentilium, Persicae potissimum [a]), decretis, sensim nova quaedam adiunxerunt commenta, quae Dualismum apertius sapiunt, et quorum in N. T. demum, sicut apud Philonem [b]), Iosephum [c]) et Talmudistas [d]) uberior fit mentio. Non solum magnum daemonum numerum, sed varios etiam eorum in humanum genus impetus et imperia confinxerunt, quibuscum opinionibus nonnulli futuri Messiae, imperium illud tenebricosum victrici manu profligaturi, exspectationem interdum coniungebant. (1 Io. 3, 8.) [e]). Sententiis illis super daemonibus e scriptura s. deductis iam Patres eccl. alias quasdam addiderunt opiniones superstitiosas de variis geniorum malorum effectibus, quibus adnumerata sunt,

praeter universam idololatriam, oracula paganorum, artes magicae variaeque praestigiarum, incantationum et fascinationum species, imo Christianorum vexationes, haereses, spectacula, quin etiam mulierum cultus exquisitus *f*) cet., itemque de remediis horum malorum, v. c. de exorcismo, signo crucis *g*) pietatisque sic dictis exercitiis *h*). Nec minus aevum medium multas de spirituum malignorum efficacia quaestiones stolidas ac pernicioſissimas progenuit, variique generis superstitionibus, haud sine graviſſimo publicae privataeque rei et verae religionis detrimento, opportunitatem praebuit *i*). Quae quum ne ab ipsis quidem sacrorum instauratoribus sec. XVI statim fractae essent (§. 104. *d.*), malo potius ingravescente, inde a seculo superiore demum ad saniores sententias theologi evecti sunt *k*), aliis quaecunque in N. T. de Satana eiusque angelis dicta sunt, accommodationi Iesu et Apostolorum ad vulgarem populi sensum tribuentibus *l*), aliis moralem eorum interpretationem et usum commendantibus *m*). Neque vero his nostris diebus defuerunt, qui veterum hac de re opinionum monstris denuo patrocinarentur *n*).

a) F. C. Tychsen de rell. Zoroastricar. apud exteras gentes vestigiis, in Commentt. soc. scientt. Gott. XI. 112 ff. XII. 3 ff. class. hist. Kleuker *Zend-Avesta im Kleinen.* 109 ff. Stäudlin *Dogmat. u. Dogmengesch.* 330 ff. et quos laudavit Winzer de daemonologia cet. Commentat. I. 1 ff. Kanngiesser *Art. Ahriman*, in Ersch u. Gruber *Encyklopädie.* B. II. 253 ff. Rhode (§. 102. *c.*) I. p. 182 ff. „*Zervane Akerene als Urgrund aller Dinge; Ormuzd und Ahriman, Licht und Finsterniſs, seine ersten Geschöpfe.*" 189. „*Dass Ahriman ursprünglich gut war und nur durch Mifsbrauch seiner Freiheit böse wurde, wird in den noch vorhandenen Zendbruchstücken nirgends mit deutlichen Worten gelehrt; es finden sich aber erstens deutliche Anspielungen auf diese Lehre; sie wird zweitens durch ihr Daseyn in dem, so nahe verwandten, indischen System bestätigt, und muſs drittens bei der deutlich ausgesprochenen Lehre von der Bekehrung Ahrimans nothwendig vorausgesetzt werden.*" — Apud Graecos quoque commentum de daemonibus vim quandam funestam in homines exserentibus

pervulgatum fuit. Creuzer *Symbolik u. Mythologie.* III. 2. *A.* p. 20 f.

b) De Gigantibus. II. 358.

c) Archaeol. I. 3. XX. 8. 2. Bell. Iud. II. 12. VII. 6. 3., quo loco τὰ καλούμενα δαιμόνια πονηρῶν ἀνθρώπων πνεύματα esse perhibet.

d) Vid. Wetstein, Lightfoot, Schöttgen ad N. T. dicta huc referenda.

e) Clemens Alex. (Strom. I. 310. ed. Paris. 1641.) Satanam ad meliorem frugem redire non posse, negat (Ὁ τὲ διάβολος, αὐτεξούσιος ὢν, καὶ μετανοῆσαι οἷός τε ἦν.); et Origenes (de princ. III. c. 6.) in ἀποκαταστάσει τῶν πάντων eundem Deo reconciliatum iri docet; quae sententia a plurimis PP. impugnata, ab Iustiniano Imp. damnata est. Mansi Ampliss. collect. concilior. IX. p. 399. 518.

f) Tertull. ll. de spectaculis, de habitu mulierum. c. 2. Reliqua PP. dicta rec. Beck Commentt. 336 ff. Add. Thilo *Beitr. zur Gesch. d. Dogma v. d. Dämonen aus d. apokryph. Acten des Thomas*; in *Kirchenhistor. Archiv.* B. I. H. 4. p. 97 ff.

g) Tert. Apolog. c. 23.; de idololatria. c. 11.; de corona militis. c. 11. Lactant. II. 15. 16. — Tert. adverf. Marcionis haeresin. III. 18. Greg. Naz. Or. III.

h) Pugnas, maxime monachorum, cum diabolis ridiculas enarrat Schröckh *Kirchenq.* VIII. 311 ff. XXVII. 421. 27.

i) Fraudes variae exortae, pacta cum diabolo, spectra, iudicia sagarum. — Innocentius VIII. a. 1484 primus exstitit auctor inquisitionis in eos, qui artium diabolicarum suspecti essent, in Germania. (Henr. Krämer s. Institor et Iac. Sprenger) Malleus maleficarum. A. 1489 primum Colon. et postea saepius ed., v. c. Lugd. 1669. 3 Voll. f. E. D. Hauber Bibliotheca, acta et scripta magica. Voll. III. Lemg. 1741. Schröckh *Kirchengesch.* XXX. 474 ff. Henke *Kircheng.* II. 488 f. IV. 16 ff. (De Scholasticis nonnullis, qui superstitionibus istis adversati sunt, v. Cramer *Fortsetz. von* Bossuet. VII. 443 ff.) G. L. Horst *Dämonomagie od. Gesch. d. Glaubens an Zauberei u. dämonische Wunder, mit bes. Berücksichtig. d. Hexenprocesses seit Innocenz VIII.* Frankf. 1818. 2 Thle. Ei. *Zauber-Bibliothek od. v. Zauberei, Theurgie u. Mantik, Zauberern, Hexen u. Hexenprocessen, Dämonen, Gespenstern u. Geistererscheinungen.* I. u. II. Th. Mainz. 1821.

k) Primus impugnavit ſuperſtitiones iſtas Frid. Spee (Cautio criminalis ſ. de proceſſibus contra ſagas lib. ad magiſtratus Germaniae hoc tempore neceſſarius etc. Rintelii. 1631.), poſtea Ren. Descartes, Hobbes (Leviathan. c. 8.), Malebranche, Balthaſar Bekker (*Betoverde Wereld.* Leeward. 1690. ed. auct. Amſt. 1693.), Chriſt. Thomaſius, magnum illud Acad. Fridericianae olim decus, qui Diſſ. de crimine magiae. 1701. aliisque ſcriptis immanem illum et fanaticum errorem de ſagis a diabolo agitatis poſt Bekkerum fortiter et feliciter convicit, et alii. — Mayer Hiſtoria diaboli. Ed. 2. Tub. 1780. Meiners *Allg. krit. Geſchichte aller Relig.* I. 398 ff. — Daemoniacos non a diabolo aut a daemonibus vexatos, ſed certis morbis afflictos fuiſſe, Semlerus primus in Germania libere profeſſus eſt (Diſſ. de daemoniacis, quorum in Evangeliis fit mentio. H. 1760. 4. Ed. 4. 1779.), praeeunte Hugone Farmer, Anglo. (*Verſuch üb. die däm. Leute, aus d. Engl. mit einer Vorr. von* Semler. Brem. 1776. Ei. *Briefe üb. d. Dämoniſchen in d. Evv. mit Zuſätzen v.* Semler. H. 1783.)

l) (Villaume) *Von d. Urſprunge u. d. Abſichten d. Uebels.* T. II. L. 1785. p. 385. C. Fr. Senff *Verſ. üb. d. Herablaſſung Gottes in d. Chr. Rel. zu d. Schwachheit d. Menſchen.* L. 1792. §. 46 ff. Henke Lin. fid. Chr. 143 ff. Eckermann *Handb.* III. 122 ff. (Cf. quae in contrariam partem propoſuit Winzer Comm. I. 21 ff.) J. Jahn *Nachträge zu ſ. theol. Werken — nach ſ. Tode herausg.* Tüb. 1821. 61 ff. Bretſchneider *Handb. d. Dogm. 2. A.* I. 647 f.

m) Kant *Rel.* 106 ff. Erhard *Apologie d. Teufels*; in Fichte *Philoſ. Journ.* 1795. V. I. 2. Schmidt *Philoſ. Dogm.* §. 194. Ammon *Wiſſenſchaftl. prakt. Theol.* p. 128. Ei. Summa Th. Chr. 143. — Nova disquiſitione philoſophica doctrinam de diabolo nuper adumbrare conatus eſt C. Daub *Judas Iſcharioth, od. das Böſe im Verhältniſs z. Guten betrachtet.* II Hefte. Heidelb. 1816. 18.

n) Noviſſimus inter philoſophos patronus diaboli exſtitit Eſchenmayer l. *Religionsphiloſophie.* II. Tüb. 1822. §. 86 ff., qui quaecunque fuerint aevi incultioris commenta de efficacia diaboli, de magia (§. 101 ff.), de incantationibus, de ſagis, denuo defendere haud dubitavit. Vid. e multis locis p. 213. „*Der vom Gifte der Unnatur geſchwängerte Wille kann ſeine Macht den an ſich unſchuldigen Naturſubſtanzen* (Zaubertränken, *Hexenſalben*) *mittheilen, und wie diejenigen Menſchen, gegen welche die geheimen Verwünſchungen gerichtet ſind, mit ihnen in*

Contact kommen, dieſelben in einen auſserordentlichen Zuſtand verſetzen, der Körper und Seele ergreift. 215. *Doch Gebet eines frommen Kindes oder einer frommen Magd verwahrt das ganze Haus.*" Alia eiusmodi ſomnia de daemonum in corpora hominum, effectibus, quos etiamnum apud populos ethnicos locum habere dicit, defendit J. F. v. Meyer *Blätter f. höhere Wahrheit.* Samml. VII. Frankf. 1826. 208 ff.

§. 106.

Epicriſis.

Quanquam notio angeli ſive angelorum, qui quidem ſua ſponte lapſi ad meliorem frugem reverti poſſint, per ſe rationi humanae non repugnat, ſatendum tamen eſt, ſingula daemonologiae biblico-eccleſiaſticae placita, praeſertim quae ad effectus daemonum ſpectant, ita eſſe comparata, ut neque cum vera philoſophia, quippe quum ipſa ſpiritus idea natura ſua maligni atque in omne aevum infelicis ſibi non conſtet, neque cum aliis quibusdam ſcripturae ſ. praeceptis, numinis divini naturam optime declarantibus, ullo modo conciliari poſſint. Accedit, quod Dualismus cuique populo rudiori, alii ſub alia ſpecie, probatus, qui doctrina iſta confirmatur, omnem religionem puriorem tollit ipſisque naturae legibus, originem mali phyſici et moralis ſatis luculenter demonſtrantibus, prorſus adverſatur. Praeterea dogma illud, quod e ſententiis ſcriptorum ſſ. ambigue et obſcure enunciatis male concinnatum eſt, plurimis ſuperſtitionibus inſanis atque turpiſſimis nefandisque facinoribus anſam et occaſionem dedit. Quum vero Ieſus et Apoſtoli notionibus et formulis popularium de daemonologia ſaepiſſime uſi ſint, ſtatuendum eſt, eosdem aut huiusmodi opinionibus vere faviſſe, aut ex accommodatione quadam, cuius tamen certiſſima veſtigia deſiderantur, illis notionibus ac formulis uſos fuiſſe. Nihilo minus veri ſimile eſt, magiſtrum illum divinum rectius quidem de daemonologia Iudaeorum cogitantem [a]) (cf. Matth. 6, 26. 10, 29. Mc.

7, 15 ff.), at formulis quibusdam usum symbolicis, regnum divinum regno diabolico oppositum adumbrantibus (Luc. 10, 17 ff. Io. 12, 31. 8, 44.), quae apud Iudaeos tunc temporis pervulgatae erant (§. 26.), a discipulis non satis intellectum fuisse, et ipsam providentiam divinam posteritati doctrinam istam emendandam tradi voluisse. Quae quum ita sint, in dogmate illo publice tractando, regnum illud diabolicum, cuius notio a quoque populo rudiore simili ratione efficta fuit, ad notionem complexus cuiusdam malorum physicorum et moralium, quibus virtus nostra varie tentatur atque exercetur, revocandum et iis potissimum inhaerendum est effatis biblicis, quae numinis ideam animique humani indolem moralem, sicut originem singulorum peccatorum, rectius constituunt (v. c. Rom. 2, 15. Marc. 7, 15. 21. Iac. 1, 13. 14.), vel etiam iis, quae ipsum Messiam ad opera diaboli solvenda tollendaque missum fuisse declarant (Io. 12, 31. 1 Io. 3, 8. Act. 26, 18.) [b]). Atque ipsae narrationes in evangeliis obviae de daemoniacis per Christum sanatis, in institutione populari tum ad indolem earum mancam, qua nec natura mali nec modus eius sanandi accuratius describitur, tum maxime ad Iesu humanitatem referri debent, auxilium miseris ferendum pro uniuscuiusque captu ac desiderio sapienter moderantis [a]). Omnino dogma illud iam ita exponendum est, ut superstitiones, quae per tot seculorum seriem cum eo coniunctae fuerunt, tandem aliquando penitus profligentur, et ut quivis Christianus haud extra se positum quaerat malum genium, sed potius in suo ipsius pectore i. e. in ipsius pravis cupiditatibus, rectae rationis imperio non subiectis, illum agnoscere haud dubitet.

a) De Wette *Bibl. Dogmat.* 221.

b) Schleiermacher *Der christl. Glaube.* I. 230. „*Das einzige, was vom Teufel zu lehren wäre, könnte dieses sein, dass, wenn von ihm geredet werden soll, es nur unter der Voraussetzung*

geschehn darf, dass jeder Einfluss desselben im Reiche Gottes aufgehoben sei."

c) Schleiermacher *Predigten.* 3te Samml. B. 1814. III. *Ueb. d. Erzählung v. d. Besessenen bei d. Gergesenern.* Matth. 8, 28—34. — Niemeyer *Pop. u. prakt. Theol.* 6. *A.* H. 1823. 138 ff.

Caput V.

DE PROVIDENTIA DEI.

§. 107.

Introductio.

Persuasio de providentia divina, quae tanti est momenti, ut nec religionis pietatisque verae sensus, nec perfecta animi fortitudo aut tranquillitas in rebus adversis, nec certa laetioris fausiorisque sortis spes mortali misero in futura vita exspectandae sine illa locum habere possit, nostris potissimum temporibus denuo confirmanda est atque inculcanda, quia partim speciosis contra doctrinam illam obiectionibus in medium prolatis, partim ipsis rerum publicarum privatarumque vicissitudinibus et conversionibus in orbe terrarum factis fides in Deum providentem admodum concussa atque debilitata videtur. Notio providentiae [a]), quae omnino est ea voluntatis divinae affectio, qua efficitur, ut rerum universitas a summo fine, quem sapientia div. iis praescripsit, in nullam partem deflecti possit, annuente s. s., ita informari solet, ut sit ea divinae voluntatis affectio, qua fit, ut mundi s. totius rerum universitatis et materia et forma esse pergat (*conservatio*), et omnium rerum vicissitudines eveniant summo creationis consilio accommodate (*gubernatio*) [b]). Addi solet a theologis tertium aliquod providentiae momentum, quod conservatione rectius includitur, *concursus* s. cooperatio Dei in iis, quae fiunt a creaturis anima praeditis.

ditis. Discernitur, ab aliis quidem alio modo definitus, concursus *generalis* i. e. sustentatio rerum omnium et virium, quibus ad agendum praeditae sunt, divina, et c. *specialis* i. e. sustentatio divina, quae rebus creatis in actionibus singulis succurrit [c]).

a) Vox προνοια, apud scriptores Graecos Latinorum *providentiae* respondens (Cic. nat. deor. II. 22. 30. 66. cf. I. 2. Fr. Creutzer Pr. in quo philosophorum veterum loci de providentia divina ac de fato explicantur. Heid. 1806. 4.), in N. T. de cura quadam hominum Act. 24, 3. Rom. 13, 14., nec nisi in lib. Sap. de Deo dicitur c. 14, 3. 17, 2.

b) Hanc providentiae notionem plurimis theologis probatam et antiquioribus et recentioribus (v. Calovius, Morus, Doederlein, Henke, Reinhard ad h. l.), alii arctioribus limitibus circumscripserunt, sicut Ammon Summa Th. Christ. 159 ff., De Wette *Dogm. d. Luth. Kirche.* 2. A. §. 37., Bretschneider *Handb. d. Dogm.* I. 2. A. 546. At gubernationis notio sine conservatione mundi cogitari nequit.

c) Reinhard *Dogm.* 224. — Bretschneider *Entw. d. dogmat. Begr.* 459 ff. Ei. *Handb. d. Dogm.* I. 551 ff. — Subtiliter et copiose prae ceteris, sed parum scite, de concursu div. commentatus est Baumgarten *Glaubensl.* I. p. 812 ff. Solebant theologi olim hunc canonem constituere de concursu speciali: Deus in malis naturarum creatarum actionibus ad *materiale*, non ad *formale*, in bonis vero actionibus ad utrumque concurrit. (Conc. *physicus* et *moralis.*) De Wette *Dogmat. der Luth. Kirche.* 2. A. §. 40. „*Rein gefafst enthält die Lehre vom* Conc. *den Gedanken, dafs wir in dem freien mannigfaltigen Spiel der Lebenskräfte der Natur ein göttliches Princip ahnen müssen, ohne jedoch die bösen Handlungen darauf zurückzuführen, welche nur dem bösen Willen des Menschen beizumessen sind.*" Cf. Schleiermacher *Der Chr. Gl.* I. 236 ff.

§. 108.

Doctrina biblica.

Numinis divini efficacia in mundo conservando gubernandoque conspicua a V. et N. T. scriptoribus passim adumbratur notionibus puriori doctrinae, ex Iesu Apostolorumque effatis nonnullis eruendae, minime con-

ſentaneis. Namque ut Deus vel ipſe apparens et immediate in rerum natura (velut Gen. 3, 8—21. 11, 5. 18, 20. 21. Pſ. 18, 10—20. 33, 14 ff.), vel per angelos miraculoſe operans deſcribitur (§. 102.); ita quoque pro mero arbitrio agere (v. c. Exod. 8, 16. 33, 19. Pſ. 10, 1. 44, 25.), et conſilia ſolam gentem Iudaicam ſpectantia ſequi ſaepiſſime dicitur. Unius hominis pii gratia multi ſceleſti ſalute beantur (Gen. 18, 23—32. 30, 27.), et pia vota hominis alicuius Deo probati, velut Iacobi, quamvis fraude et dolo malo ſuſcepta fuerint, rata habentur a Deo (Gen. 27. 28.). Naturae phaenomena, tonitrua (Iob. 37, 2 ff. Pſ. 18, 8. 29, 3 ff.), fulgura (Iob. 36, 31 ff.), hiems et procellae (Iob. 37, 6. Ion. 1, 4.), non ſolum fauſta quaevis (Gen. 27, 20. Pſ. 104, 13 ff.), ſed etiam mors (cf. dicta de libro vitae Ex. 32, 32. Pſ. 69, 29. 139, 16. Phil. 4, 3. Apoc. 3, 5.) et mala phyſica (1 Sam. 5, 9 ff. 2 Sam. 24, 15. Pſ. 78, 44—51. 105, 29—36. Ioel 1. 2. Amos 3, 6. Ion. 1, 4.), quid? quod mala moralia et obſtinatio hominum (Ex. 4, 21. 7, 3. Ieſ. 6, 9. 10. coll. Rom. 1, 24. 26. 28. 9, 15. 11, 7. 8. 2 Theſſ. 2, 11.), a Deo immediate effecta perhibentur. Quaevis bona externa praemii (Deut. 28, 1—15. Pſ. 37, 25. Prov. 3, 2. 10.), mala vero poenae loco habentur (Deut. 28, 15 ff. Iob. 11, 15 ff. 15, 23. 32 ff. Pſ. 6, 38. Ieſ. 53, 3 ff. — 1 Cor. 11, 30. Io. 5, 14. 9, 2. coll. 3.), quae infligatur vel ob caerimonias neglectas et ſacrificia omiſſa (Mal. 3, 10. 11.). Neque tamen praetereundum eſt, in ipſius V. T. locis compluribus deprehendi ſententias puriores cum minus perfectis iſtis coniunctas, velut Gen. 50, 20. Iob. 10, 9—12. 33, 4 ff. Pſ. 8. 19. 37, 3 ff. 66. 90. 91. 104. 139. 145. 148. 1 Chron. 29, 10—13. Eccl. 3, 14. Ier. 3, 27—39. Ezech. 18. 33, 10—20. — Sap. 11, 21 ff. Sir. 33, 10—15. 39, 27 ff. 40, 28—31., cuiusmodi in N. T. effatis nonnullis praeclaris exſtant (v. c. Matth. 6, 24—34. 10, 28—31. Io. 5, 17. Act. 14, 15—17.

17, 22—29. 1 Cor. 8, 6. Col. 1, 16. 1 Tim. 1, 17. coll. Hebr. 1, 3. 11, 3. 2 Petr. 3, 5. — Matth. 5, 10 ff. Rom. 1, 10. 5, 3. 8, 28. 15, 32. 2 Cor. 1, 3 ff. 3, 17 ff. 2 Tim. 3, 12. 4, 18. 1 Theſſ. 3, 3 ff. Iac. 1, 13—17. 4, 13 f. Hebr. 12, 4—11. 13, 5 ff. 1 Petr. 5, 7), quibus providentiam divinam, non modo ſingulos eventus terreſtres, ſed omnes omnino res atque homines ſapientiſſimo conſilio in aeternum amplecti, haud obſcure ſignificatur.

Bauer *Theol. d. A. T.* p. 147 ff. Ammon *Bibl. Theol.* I. 340 ff. Kaiſer *Bibl. Theol.* I. 151. 156 ff. De Wette *Bibl. Dogmat.* 80. 136. 217. — Bormann *D. Chriſtl. Lehre v. d. Vorſehung, im Lichte des Geiſtes d. Wahrheit erkannt u. philoſophiſch betrachtet.* B. 1820.

§. 109.

Uberior huius doctrinae tractatio.

Ex analogia voluntatis humanae in providentia divina, quam librorum ſymbolicorum auctores haud diſerte illuſtrarunt [a]), accuratius definienda doctores eccleſiaſtici actus *immanentes* (praeſcientiam, *πρόγνωσιν*, et propoſitum, *πρόθεσιν*) ab actu transeunte (executione, *διοικήσει*) diſtinxerunt. Ratione habita *obiecti* providentiae, non ſatis commode quidem, diviſa eſt in *generalem*, qua Deus rebus omnibus (Pſ. 104. 148, 1—13.), *ſpecialem*, qua Deus humano generi proſpicit (Iob. 10, 9—12. 33, 4 ff. Pſ. 139, 15 ff.), et *ſpecialiſſimam*, qua homines probos complecitur. (Matth. 6, 25—33. 10, 29—31. Act. 17, 24—28.) Quodſi ad modum reſpexeris, quo Deus curam hanc habere creditur, diſcrimen poſitum eſt inter providentiam *naturalem* et *gratioſam* ſ. ſupernaturalem, quatenus vel per curſum naturae ordinarium, vel per religionem modo ſupernaturali revelatam operatur, itemque inter providentiam *ordinariam* ſ. mediatam, quae leges naturae ſequitur, et *extraordinariam* ſ. immediatam, miraculo-

ſam (§. 46.). *Conſervatio*, quae prima pars eſt providentiae divinae, non inepte creatio continua dicitur, ſiquidem ea Dei efficacia eſt, qua fit, ut partim *materia* mundi ſ. res ſimplices, earumque vires, partim vero *forma* eius ſ. nexus cosmicus, quovis temporis momento eſſe pergant. Mundum autem a Deo conſervari, ex eo probatur, quod, quum omnis mundi exſiſtentiam a Deo ſapientiſſimo pendere recte ſtatuamus (§. 94.), huius exſiſtentiae continuatio non niſi ab eodem repeti poteſt, id quod luculenta ſcripturae ſ. effata teſtantur: Pſ. 104, 13 ff. 148, 5. 6. Matth. 6, 26. 10, 29. Io. 5, 17. Act. 14, 17. 17, 28. Hebr. 1, 3. 11, 3.

Chryſoſtom. de providentia ll. III. Theodoret. de provid. oratt. X. T. IV. opp. ed. Schulz. Salvian. Maſilienſis de gubernatione Dei. ll. VIII. Opp. ed. Baluz. Brem. 1688. 4. Ioann. Damaſc. Expoſ. orth. fid. II. c. 29. Thomas Aquinas Summa P. I. quaeſt. 22. et in multis aliis locis. Chemnit. Loc. theoll. I. 303 ff. Gerhard L. th. IV. 52 ff. Reinhard *Dogmat.* 234 ff. Ei. *Predigten üb. d. Lehre v. d. Vorſehung.* L. 1805. Döderlein *Religionsunterricht.* VIII. Bretſchneider *Handb. d. Dogmat.* I. 575 f. Hanſtein *Gott u. Vorſehung. Vier Predigten.* B. 1819. — Gerlach *Religionsphiloſophie.* 158. 161 ff. Add. Xenoph. Mem. I. 4. IV. 3. Seneca de providentia. Opp. ed. Ruhkopf. T. I. p. 296 ff.

a) Catechism. min. Art. I. 370. ed. Rechenb. „Credo, quod Deus — corpus et animam cet. mihi dederit et adhuc ſuſtentet, ad haec quod veſtes et calceos, cibum ac potum, domum, uxorem — cum omnibus vitae neceſſariis, copioſe et quotidie largiatur, me contra omnia pericula protegat et ab omnibus malis liberet et cuſtodiat." Ibid. Precat. IV et VII. p. 374 f.

§. 110.

Continuatio.

Altera providentiae pars, *gubernatio* (§. 107.), argumentis probatur *primum* ex idea Dei creatoris ſapientiſſimi depromtis, quae cogitari plane nequit, niſi Deus ſummo mundi creandi conſilio ſimul ſapientiſſi-

mam administrationem ad consilium illud vere efficiendum addere putetur (argumentum *theologicum*); *deinde* e mundo ad summi boni (§. 96.) a numine derivandi, virtutis nimirum (arg. *morale*) [a]) et felicitatis [b]) (arg. *physicum* s. teleologicum) originem ac progressum sapienter instructo; *postremo* ex universi generis humani singulorumque hominum historia nexum eventorum finalem saepius demonstrante (arg. *historicum*) [c]). Accedunt plurima scriptorum ss. dicta, quae partim formulis universis imperium Dei celebrant aeternum, iustum, sapiens ac benignum (Ps. 66. 145, 13. Sir. 1, 8. 1 Cor. 12, 6. 1 Tim. 1, 17.), partim singulis commemorandis, praesertim fatis populorum (Ps. 46, 10. Is. 10, 5—12. Ier. 18, 7. Dan. 2, 21. Amos 3, 6. Luc. 1, 51. 52. Act. 17, 26.) et singulorum hominum, velut Iosephi, Mosis, Iobi, Iesu Christi, Pauli [d]), ita, ut per totam vitam, quaecunque homines peragunt et quaecunque ipsis accidunt, non fiant nisi Deo et permittente et moderante (Matth. 6, 25 ss. 10, 29. 26, 39. Act. 17, 28 ss. 1 Petr. 5, 7.), omnino omnia divinae subesse providentiae demonstrant. Unde terminum vitae etiam cuiusque hominis a Deo constitutum esse (Iob. 14, 1—6. Act. 17, 25.) [e]), Deumque in mundo sapienter administrando res vel minimas vilissimasque, in quo ipsa praestantia huius gubernationis cernitur [f]), haud negligere (Matth. 10, 28—31. Act. 18, 21. 1 Cor. 16, 7. Hebr. 12, 4—11.), salva tamen libertate hominum in agendo (Matth. 15, 19. Marc. 7, 21.) (§. 111.), et pietate in precando [g]) (Matth. 6, 6. 14, 23. 26, 39 ss. Io. 16, 23 ss. 1 Tim. 2, 1. 2. 8. Iac. 1, 5. 5, 14 ss.), recte contendimus. Quum omnium rerum in mundo obviarum mutationes, sicut exsistentiam ipsarum, a Deo, per causas quidem secundas sive intermedias, ab ipso sapienter instructas (§§. 11 et 12.) operante, pendere, recte doceatur, *Fatalismi*, *Mechanismi* [h]) et *Occasionalismi* [i]), quae dicunt systemata, prorsus reiicienda esse putamus. — Ceterum affectiones, quae

dicuntur providentiae divinae, ex attributis numinis explicandae sunt [k]). Quum autem pro mentis nostrae imbecillitate neque attributa illa, neque ipsam rerum naturam earumque conversiones penitus intelligere possimus, haud mirum est, gubernationis quoque divinae vestigia saepius nos latere, quo tamen animus vera religione imbutus turbari nequit.

a) Kant *Kritik d. reinen Vern.* 331 ff. 706 ff. Fichte *Sittenl.* 193 ff. Tieftrunk *Censur d. prot. Lehrbegr.* III. 68 ff. J. E. C. Schmidt *Ueb. d. Grund d. Glaubens an eine göttl. Erziehung d. Menschengeschlechts. Allg. Bibl. d. neuesten Theol. Lit.* III. 1. 16 ff. Clodius *Allg. Relig.* 48 ff. Marezoll *Predigt, dass es der Fromme in verhängnisvollen Zeiten ungleich besser hat, als der Lasterhafte — und Wege der Vorsehung*, in *d. Samml.* Jen. 1811.

b) Reimarus *Von d. vornehmst. Wahrh. d. natürl. Relig.* 181 ff. Henke Lin. inst. fid. Chr. 87 f. C. H. Sander *Ueb. d. Vorsehung.* 2 Thle. L. 1800. 4. A. Jacob *Allg. Relig.* 421 ff. Ammon Summa Th. Chr. 166 ff.

c) Süssmilch *Göttl. Ordnung in d. Veränderungen des menschl. Geschlechts.* 5. A. Add. Weishaupt *Gesch. d. Vervollkommnung des menschl. Gesch.* Frankf. u. L. 1788. Pölitz *Grundlinien einer pragmat. Weltgeschichte, als ein Vers. sie auf Ein Princip zurückzuführen.* L. 1795. — S. Ch. Wagner *Spuren d. Gottheit im anscheinenden Zufalle. Wohlthätige Nahrung für Zweifler u. Denker.* 2 Thle. 2. A. 1818.

d) Niemeyer *Charakteristik d. Bibel.* 5. A. — Neque minus in aliorum hominum vitis, praesertim eorum, qui fatis meritisve suis inter aequales eminuerunt, providentiae vestigia deprehendimus. Cf. Plutarchi vitae parallelae. Schröckh *Biographien berühmter Gelehrt.* N. A. L. 1790. Voll. II. Meiners *Lebensbeschreibungen ber. Männer aus d. Zeit d. Wiederherstell. d. Wissensch.* Zür. 1797. Voll. III. Schlichtegroll *Nekrolog d. Deutschen im 19. Jahrh.* Münch. 1806. Voll. V. *Der Biograph.* H. 1802—9. Vll. VIII. Friedemann Vitae hominum quocunque literarum genere eruditiss. Brunsw. 1824. Vll. II. Insunt vitae Wyttenbachii, auctore Mahnio, Reiskii, scr. Morus, Gellerti, scr. I. A. Ernesti. — Erasmus *Leben*, v. Henke. H. 1782. u. v. Sal. Hess. Zür. 1790. Lutheri vit. auct. Melanchthone, et Melanchth. vit. auct. Ioach. Camerario. ed. Augusti. Vratisl. 1817.

Zwingli *L. v.* Schuler. L. 1819. Grotius *Leben, v.* Luden. B. 1806. Semler's *Leben, v. ihm ſelbſt beſchr.* H. 1782. Noeſſelt's *L. v.* A. H. Niemeyer. H. 1809. H. Ph. C. Henke (*Denkwürdigkeiten a. ſ. Leben u. dankbare Erinnerungen an ſ. Verdienſte v. zweien ſ. Schüler*, G. K. Bollmann *und* H. W. J. Wolff. Helmſt. 1816.) Reinhard *L. v.* Böttiger *u.* Pölitz. L. 1813. Heyne *L. v.* Heeren. N. A. Gött. 1823. aliorumque vitae ſingulares. — Ammon *Predigt: Die Vorſehung aus der Geſchichte unſeres eigenen Lebens*, in *d. Predigten zur Beförderung eines moral. Chriſtenthums.* III. p. 317 ff. Reinhard: *Von den Zeitpuncten der Entſcheidung, welche in dem Leben der Menſchen vorzukommen pflegen*, in *d. Predigten vom J.* 1801. I. 159 ff.

e) Diſtinguere ſolebant olim Theologi, minus quidem apte, terminum vitae *antecedentem* ſ. naturalem, qui vi vitali hominis cuiusque definitur, a *conſequente* ſ. praeternaturali, qui externarum cauſarum concurſu deſcribitur. Reinhard *Dogmat.* 232. Bretſchneider *Handbuch der Dogmat.* I. 569 ff.

f) Refutantur, quae contra ſententiam illam propoſuerunt Voltaire in *Candide ou l'Optimisme*, aliique in Loſſius *Philoſ. Real- Lexicon*, IV. 535 ſ. Add. Eckermann *Handb. der Chr. Glaubensl.* III. 230 ff.

g) Schleiermacher *Predigten. Erſte Samml.* 2. A. B. 1816. *IIte Pred.* „*Die Kraft des Gebets, in ſo fern es auf äuſsere Begebenheiten gerichtet iſt.*"

h) *Fatum* (μοῖρα, εἱμαρμένη) varie dictum. Hug. Grotius Sententiae philoſophorum de fato. Pariſ. 1648. 12. Cudworth Syſt. intellect. 2 ff. 152 ff. Gerhard Loc. th. IV. 134 ff. de caſuali — de fato. Veterum Graecorum et Romanorum de fato ſententias, quibus notio iuſtitiae cuiusdam ſupremae vindicativae ſuppoſita est, bene adumbravit Blümner *Ueb. d. Idee des Schickſals in d. Tragödien des Aeſchylos.* L. 1814. Phariſaeorum, Sadducaerum et Eſſenorum de fato opiniones e Fl. Ioſephi ſcriptis expoſuit Bretſchneider (Capita theol. Iudaeor. dogmat. L. 1812. p. 31 ff.) Commentum de fato dicto Chaldaico, cum Aſtrologia et Genethliace arcte coniunctum, cui Bardeſanes quoque adſtipulatus erat (A. Hahn Bardeſanes Gnoſticus, Syrorum primus hymnologus. L. 1819. 69 ff. 81 ff.), illuſtratur loco ſatis memorabili apud Diodor. Sic. II. 29—31. coll. Sext. Empir. adv. Mathematicos. V. 339 ff. et Brucker Hiſt. philoſ. I. 138 ff. Add. Ephraemi

Syri Hymn. 10—14. et Euſeb. de praep. VI. 10. Vid. *Allg. Lit. Zeit.* 1819. N. 261. J. C. G. Werdermann *Verſ. einer Geſch. d. Meinungen üb. Schickſal u. menſchl. Freiheit.* L. 1793. C. P. Conz *Ueb. d. ältern Vorſtellungen v. Schickſal, Nothwendigkeit* — in Stäudlin *Beiträgen.* IV. 51., *d. Fortſetz.* in Ständlin *Magaz. f. Rel., Moral u. Kircheng.* I. 1. Garve *Ueb. d. Daſeyn Gottes.* Bresl. 1807. 2. A. *Vom Syſteme des Zufalls.* 70 ff. — *Fatalismi*, qui, generatim ubi dicitur, omnia in hac rerum univerſitate a neceſſitate quadam inevitabili et caſu fortuito pendere ſtatuit, *Mechanismus* eſt ſpecies ea, qua omnes in rerum natura effectus ad vires legesque motum rerum ſpectantes, referuntur. Vid. De la Mettrie *L'homme machine.* Leid. 1748. Cf. Cic. de divin. II. 10. „Si nihil fit extra fatum, nihil levari re divina poteſt." Omnino fatalismi erroribus apud veteres latiſſime ſparſis optima remedia attulit doctrina de providentia divina ab Ieſu et Apoſtolis tradita.

i) *Occaſionalismum* ſ. Syſtema *cauſarum occaſionalium*, praeeuntibus Scholaſticis nonnullis Thomiſtis, Nic. Malebranche (*de la recherche de la verité.* Par. 1673. 1712. 4.) potiſſimum aliique Carteſii veſtigia ſequentes defenderunt. Summa huius doctrinae eo revocari poteſt, ut quamvis operationem per vim divinam immediate effici operandique occaſionem hominum voluntate et inſtinctu animalium Deo ipſi offerri cogitetur. Tiedemann *Geiſt d. ſpeculativen Philoſophie.* VI. 152. 174. 459.

k) Eckermann *Handb. d. Chr. Glaubensl.* III. 233 ff.

§. 111.

De providentia divina cum libertate hominis concilianda.

In hac doctrina, haud ſpernendis quidem adverſariorum argumentis impugnata, ut etiamnum recte acquieſcere poſſimus, ante omnia videndum eſt, quomodo in tanta eorum, quae in mundo fiunt, cohaerentia et conſpiratione et phyſica et morali, ad quam adverſarii ſaepius provocarunt, libera hominis voluntas ſervari poſſit. Quod ut efficiatur, inprimis monendum eſt, libertatem i. e. eam humanae voluntatis facultatem, qua homo neceſſitati rerum phyſicarum haud

absolute obnoxius finem et rationes agendi ex se ipse haurire suasque actiones ipse dirigere potest, cum conscientia legis moralis et actionum ab ipso patratarum, et pravitatum poenitentia, tam arcte esse iunctam, ut nemo sui sibi conscius persuasionem de illa deponere ullo modo possit [a]). Attamen quum non solum animi indoles, opportunitates, quibus singuli homines gaudent ad facultates suas excolendas, res externae, quibus animus varie movetur, et ipse causarum eventus saepe inopinatissimus a divina rerum dispositione pendeant; sed etiam eventus actionum nostrarum cadat in rerum externarum nexum a divina moderatione dependentem, fatendum simul est, libertatem humanam omnino non esse *absolutam*, sed rectius dici *conditionalem*. Unde elucet, per hominis voluntatem divinae providentiae consilia atque fines nullo modo turbari vel omnino tolli posse, siquidem efficacia eius in actionibus istis, quas ab aeterno cognitas habuit (§. 65.), permittendis, dirigendis atque coërcendis et in pravorum facinorum limitibus certis constituendis maxime conspicua est. Quamvis autem voluntas humana certis finibus sit circumscripta, incolumis manet tamen, si per se spectetur, libertas hominis; nam animus humanus ita est comparatus, ut, rationis vi super rerum physicarum seriem ordinemque sese attollens, ab ipsa ratione ducere queat originem actionum; unde haud inepte homo ad duplicem rerum ordinem pertinere dicitur, alterum physicum, alterum moralem, quorum hic homini suppeditat rationes agendi decernentes, ille causas *occasionales*. Quae quum ita sint, negari quidem nequit, hominem omnipotentiae et gubernationi divinae nunquam non esse submissum; attamen non est necesse, eum ceterarum rerum physicarum instar, coecum scilicet, summo rerum fini, a Deo constituto, inservire, sed concessum ei est, ut rationis vi ductus suam ipsius simul sequatur veram felicitatem ac dignitatem. Quo diligentius autem ac religiosius homo ideae verae felici-

tatis et dignitatis, a ratione non nisi bene exculta ei suppeditatae, quascunque cogitationes et voluntates suas accommodaverit, eo magis ille vera gaudebit libertate, fiducia constantissime posita in summo mundi moderatore sanctissimo et sapientissimo, etiamsi eventus conatibus eius haud usquequaque responderit, et vias et consilia Dei in rebus singulis perspicere ei non licuerit (Gen. 50, 20. Ps. 33, 10. 11. 37, 12 ff. Act. 4, 27. Rom. 1, 10. 1 Cor. 16, 7. Iac. 4, 13—16.); quod quidem vitae futurae demum reservatum esse edocemur 1 Cor. 13, 12. Ceterum ad recte solvendam quaestionem istam ante omnia tenendum est, rationes cognoscendi humanas, temporis limitibus adstrictas, in Dei intelligentiam perfectissimam minime cadere *b*).

Döderlein *Christl. Religionsunterr.* VIII. 163 ff. Eckermann *Handb. der Chr. Glaubensl.* III. 227 ff. Ammon *Wissenschaftl. prakt. Theol.* 161 ff. Bretschneider *Handb. der Dogmat.* I. 587 ff. — Leibnitz *Theodicée.* I. §. 124 f. — Kant *Kritik d. reinen Vern.* 566 ff. Jacob *Allgem. Religion.* 491 ff. 522 ff. Krug *Metaphysik.* Königsb. 1808. 419 ff. — Gerlach *Religionsphilosophie.* 164 ff. — Benedict Theodicaea. Annab. 1822.

a) Kant *Vorlesungen üb. die philosoph. Religionslehre.* L. 1817. p. 121. „*Der Mensch handelt nach der Idee von einer Freiheit, als ob er frei wäre; und* eo ipso *ist er frei.*" Bockshammer *Die Freiheit des menschl. Willens.* Stuttg. 1821. 45 ff.

b) Boethius De consolatione philos. L. V. §. 6. „Scientia Dei, omnem temporis supergressa motionem, in suae manet simplicitate praesentiae, infinitaque praeteriti ac futuri spatia complectens, omnia, quasi iam gerantur, in sua simplici cognitione considerat."

§. 112.

De malis in mundo obviis providentiae divinae haud repugnantibus.

Maxime vero haec quaestio exercuit philosophos et theologos, recentiores potissimum, utrum et quomodo providentia vel potius gubernatio Dei vindicari possit,

contra argumentationes e malis in mundo conſpicuis depromtas [a]) (Iob. 7. Pſ. 73, 3. Ierem. 12. Eccl. 6.). Mala in genere dicuntur, quaecunque ſummum bonum efficiendum aut impediunt aut tollunt. Quum vero ſummum bonum duabus partibus, et phyſica et morali contineatur, mala quoque vel *phyſica* ſunt, quibus nonnulli et *metaphyſica* minus apte addiderunt, e rerum creatarum conditione certis limitibus circumſcripta provenientia, vel *moralia*, e prava hominis voluntate exoriunda. Obiectionibus inde depromtis ut occurramus, ſpectari debent *primum* falſae hominum, fines bonorum *abſolutos* cum *relativis* ſaepiſſime confundentium [b]), de qualitate et numero malorum opiniones [c]) et iudicia eorum de felicitate ſaepe contraria; *deinde* naturae finitae certisque limitibus circumſcriptae propria indoles; *praeterea* commoda longe plurima et maxima, quae ſublatis malis eſſe non poſſunt, ipſa vera virtus atque honeſtas, per varia discrimina rerum et exercenda et perficienda, itemque vis ea ſalutaris, qua animos ad altiora evehere atque emendare valent (Rom. 8, 17 ff.) [d]); liberi *denique* arbitrii, quo exſtincto omne virtutis et vitii discrimen tollitur, abuſus creatori minime imputandus, quem quidem ipſa numinis ſapientia coërcet atque ita moderatur, ut mala inde profecta haud raro in beneficia convertantur. (Gen. 50, 20. Act. 3, 14—18.) *Adde*, iudicia humana tum de dignitate morali, tum de felicitate, qua quis frui videtur, ſaepe falli, et virtutis praemia ſceleriſque ſupplicia, in hac vita nondum aequa lance diſtributa, futurae ſpem metumve fovere (Matth. 13, 28—30.), quo ſtudium proprii commodi terreſtris ſaluberrime deprimitur et progreſſus ad humanitatem honeſtatemque facilior redditur. Neque tamen praetermittendum eſt, veram virtutem, quae pulcerrima ſibi ipſa merces eſt [e]), iam in hac vita remuneratione ſua interna, ſaepius autem externa, omnino non carere (Pſ. 97, 10. 11. Ieſ. 3, 10 ff. Iac. 1, 25. 1 Petr. 1, 9.),

culpae vero conſcientia conditionem hominis quamvis commodis voluptatibusque affluentem vera felicitate veroque gaudio penitus privari poenasque meritas, poſt longum ſaepius intervallum ſceleſto capiti in hac vita etiam infligi *f*). (Iob. 15, 20 ff. Pſ. 73, 2 ff. Rom. 2, 3 ff.) Quod reliquum eſt, de rebus providentiae ſubiacentibus iudicantes vel etiam dubitantes, id maxime agamus, ut a vera virtute ſenſibusque piis atque honeſtis minime deflectentes mala huius vitae, quae nulla vis aut prudentia humana avertere valet, tanquam praeſidia ab ipſo Deo repetenda ad vitam honeſtam beatamque (1 Cor. 11, 32. Hebr. 12, 6.), patienter perferamus *g*) (Pſ. 73, 25. 26. Ieſ. 55, 8. 9. Matth. 26, 39.), haud immemores alterius vitae, quae ſortem a Deo, virtutis remuneratore ſcelerisque vindice iuſtiſſimo, pro merito cuique diſtributam (Rom. 8, 18, 1 Petr. 3, 14.) omnesque providentiae rationes adhuc inexplicabiles clariſſime nobis commonſtrabit.

a) Huc referri poteſt Euripides (Hippolyt. v. 1102. et Valkenaer ad h. l.), Epicurus (Lucret. de rer. nat. V. 196 ff. VI. 389 ff.), Academici (Cic. de nat. deor. III. c. 26 ff.), Manichaei, Bayle (*Dictionnaire hiſt. crit. Artt. Paulliciens, Manichéens. Reponſe aux queſtions d'un Provincial.*). Hume (*Philoſ. Verſuche üb. die menſchl. Erkenntniſs.* V. XI. Ei. *Geſpräche üb. d. natürl. Rel. Abth. XI. Aus d. Engl.*) *al.*

Leibnitz *Eſſai de Theodicée ſur la bonté de Dieu, la liberté de l'homme et l'origine du mal.* Amſterd. 1712. *Oeuvres de* Ch. Bonnet. T. XVIII. 193 ff. (Villaume) *Ueber d. Urſprung und die Abſichten des Uebels.* L. 1784—87. 3 Thle. (Hic in multis recte ea de re expoſitis, mala moralia ad phyſica eſſe referenda, perperam demonſtrare conatus eſt; adeo, ut non a libero hominis arbitrio, ſed ab inſtinctus et affectuum *mechanismo* quodam ea pendere ſtatueret.) Zollikofer *Betrachtungen über die Uebel in der Welt.* 1789. Weishaupt *Apologie des Miſsvergnügens u. des Uebels.* Frkf. u. L. 1790. 2 Thle. Werdermann *Neuer Verſuch zur Theodicee.* L. 1784. 2 Thle. Th. I.: *Verſuch einer Geſch. der Meinungen über Schickſal und menſchl. Freiheit.* L. 1793. Kant *Ueber das Miſslingen aller philoſophiſchen Verſuche in der Theodicee. Vermiſchte Schrif-*

ten. B. III. 145 ff. G. F. Molter de gubernatione univerſi morali malorumque cum hac congruentia. Marb. 1796. — Döderlein *Religionsunterr.* VIII. 163 ff. Henke Lineam. fid. Chr. 90 ff. Jacob *Allg. Religion.* 522 ff. Ammon Summa Th. Chr. 179 ff.

b) De Wette *Ueb. Relig. u. Theol.* 55 ff.

c) Röhr *Predigten — über die gew. Sonn- u. Feſttagsevangelien. Erſter Bd.* Neuſt. a. d. O. 1822. p. 113 ff. „*Des Lebens Laſt und Plage in einem mildern Lichte.*"

d) Niemeyer *Philotas, ein Verſuch zur Beruhigung f. Leidende u. Freunde d. Leidenden.* T. I — III. L. 1808. Cf. G. C. Breiger *Ueb. den Einfluſs trauriger Zeitumſtände auf die Führung des Predigtamts.* 1810. Add. Virg. Georg. I. 124.

e) Cic. or. Philipp. II. 44. „Satis in ipſa conſcientia pulcherrimi facti fructus eſt." Or. pro Mil. c. 23. Tacit. Annal. VI. 6. Salluſt. Catil. 15. Iug. 72. T. F. Benedict Theodicaea, in uſum ſtud. iuv. Annab. 1822.

f) Seneca Ep. 41. „Sacer intra nos ſpiritus ſedet, malorum, bonorum noſtrorum obſervator et cuſtos: hic prout a nobis tractatus eſt, ita nos ipſe tractat." Add. Aeſchyl. Eumenid. V. 483 ff. Euripid. Electr. V. 1250 ff. Cic. de haruſpicum reſponſis. c. 18. „Deorum tela in impiorum mentibus figuntur." Horat. Od. III. 2. 31. „Raro antecedentem ſceleſtum Deſeruit pede poena claudo." Plutarch. de ſera numinis vindicta, cum commentario D. Wyttenbachii. Lugd. Batav. 1772., recuſo in D. W. comm. in Plut. opp. moral. ed. Lipſ. 1822. T. II. p. 471 ff. Lactant. de mortibus perſecutorum. Ammianus Marcellinus l. XIV. c. 11. (de Adraſtea ſ. Nemeſi). Cf. vita auctoris in edit. Bipont. p. XX ff. et Aelii Lampridii Heliogabalus. c. 1. Brizard *Du maſſacre de la St. Barthelémy.* Par. 1789. T. II. 256 ff. Raguenet *Hiſtoire de Cromwell.* Par. 1691. de exitu funeſto regicidarum Caroli I. — Ammon *Von d. heil. Geſetze der Vergeltung, das uns umſchwebt*, in *Religionsvortr. im Geiſte Jeſu.* Gött. 1804. I. 23 ff.

g) Horat. Od. III. 3. „Iuſtum et tenacem propoſiti virum — Si fractus illabatur orbis, Impavidum ferient ruinae." — Qui contendunt, mala non eſſe, niſi malis et imbecillibus (De Wette *Dogmat. d. evang. luther. Kirche.* p. 81.), iis recte opponitur, homines etiam optimos, quippe qui non ratione ſolum utantur, ſed ſenſibus afficiantur, ita natura comparatos

esse, ut, si qui ipsis accidant dolores, qui beatam vitam turbent, iidem iis necessario mala esse videantur. Et quum omnibus hominibus insita sit cupiditas bene beateque vivendi, etiamsi conscientia optimae mentis erigantur eiusdemque praesidio ad perferendos dolores se ipsos muniant; fieri tamen haud potest, ut omnem doloris sensum, inprimis aegritudines ex ipso animo et mente, sicut ex aliorum doloribus ac peccatis conceptas, prorsus exstinguant, quamvis in recte factorum conscientia et despicientia rerum externarum magna vis sit ad dolores et elevandos et imminuendos. Ceterum summus naturae humanae finis est perfectus rationis cultus, in quo quidem est fructus uberrimus purissimae voluptatis. At honestum illud, etsi summum bonum recte dicatur nihilque in vita humana peius sit vitio ac dedecore, in quo Stoici unicum malorum fontem esse censebant, minime tamen solum bonum cum iisdem dicere licebit (§. 96.).

THEOLOGIAE DOGMATICAE

PARS III.

De consiliis et institutis divinis ad hominum salutem per Iesum Christum parandam.

Caput I.

DE STATUS HOMINUM DEPRAVATI CAUSIS ET EFFECTIS.

§. 113.

Introductio.

Homo, quamvis eximiis a creatore et animi et corporis dotibus instructus, non sine magno labore et continuo studio, nec nisi a parvis initiis profectus ad dignitatem ipsi destinatam maioremque Dei similitudinem, quae sola vera virtutis idea ab ipso efficienda continetur, potest emergere. Neminem enim natura sua bonum honestumque esse, sed tantum facultatibus et indole ad virtutem colendam praeditum nasci [a]), itemque una cum ipsa conscientia recti, quippe quae non nisi gradatim excolitur ac saepius claritate et vi ad rectum honestumque ubivis strenue sequendum necessaria destituitur, simul inertiam honestae voluntatis et ipsam propensionem s. proclivitatem quandam ad peccandum perpetuo studio opprimendam in mente hominis cuiusque progigni atque quasi insidere [b]), et experientia et scriptura s. docet. (Matth. 15, 19.) *Peccare* [c]) autem dicitur, ex usu etiam loquendi biblico (1 Io. 3, 4. Iac. 4, 17.), quicunque suapte sponte a veris sanctissimisque

Dei legibus discedit, sive cogitatione, sive facto, ita, ut, qui prave fecerit aut qui recte facere neglexerit, ubi facultas atque opportunitas ei data fuerit, in culpa sit (Matth. 25, 41—46. Iac. 4, 17.); et *leges* divinae appellantur singula divinae voluntatis praecepta de iis, quae vel fugere vel sequi homines debent. (Rom. 2, 14 ff.) Proclivitatis illius principium, haud repugnantibus librorum ff. locis nonnullis (Gen. 6, 3. Io. 3, 6. Rom. 7, 18 ff. 8, 1 ff. Gal. 5, 17. Iac. 1, 14. al.), in eo recte ponitur, quod homo ad humanitatem in semet ipso excolendam emergens prius sensuum illecebris ducitur, quam rationis lente progredientis imperio obedire rectique normam strenue observare adsuescat, nec nisi fortiter pugnando contra cupiditates virtuti adversantes, unde ipsius virtutis (ἀρετῆς Phil. 4, 8. 2 Petr. 1, 5.) nomen, ad perfectionem moralem, Deo adiuvante, eniti possit. Accedit ad proclivitatem istam explicandam, quod plerique ad meliorem frugem institutione atque educatione, sine qua nemo fere perfectus homo evadere posse videtur, plane carent, et quod optime etiam institutionis efficacia per malorum exemplorum ac pravae consuetudinis vim, itemque per rerum publicarum institutа parum idonea [a]), haud raro corrumpitur atque infringitur. Etsi igitur omnis homo, quamdiu in hac terra versatur, peccandi periculo manet obnoxius, minime tamen, peccatorem et malum eum nasci et ipsa natura sua necessario ad peccandum duci, inde consequitur; neque propensio ista ad peccandum homini vitio verti potest, nisi suapte culpa illius illecebris succubuerit.

a) Clem. Al. Strom. VI. p. 662. ed. Col. *Φύσει μὲν ἐπιτήδειοι γεγόναμεν πρὸς ἀρετήν· οὐ μὴν ὥστε ἔχειν αὐτὴν ἐκ γενετῆς, ἀλλὰ πρὸς τὸ κτήσασθαι ἐπιτήδειοι. — ἡμᾶς δὲ ἐξ ἡμῶν αὐτῶν βούλεται (ὁ θεὸς) σώζεσθαι. αὕτη οὖν φύσις ψυχῆς, ἐξ ἑαυτῆς ὁρμᾶν· εἶτα λογικοὶ ὄντες, λογικῆς οὔσης τῆς φιλοσοφίας, συγγενές τι ἔχομεν πρὸς αὐτήν· ἡ δὲ ἐπιτηδειότης, φορὰ μέν ἐστι πρὸς ἀρετήν, ἀρετὴ δ' οὔ.* — Kant *Vorlef. üb. d. philoſ. Religionslehre.* L. 1817. 139 f. Plane alia via ingreſſus idem poſtea hac de re commentatus eſt in l.: *Rel. innerh. d. Grenzen der*

der Vernunft. 1 ff. Cf. Eckermann *Theol. Beiträge.* III. 3. — Gerlach *Religionsphilosophie.* 168 ff.

b) Veterum hac de re effata vid. in Pfanner Syst. theol. gentil. pur. c. 9. 10. Add. Plat. Phaedr. X. 301. ed. Bipont. *Δεῖ αὖ νοῆσαι, ὅτι ἡμῶν ἐν ἑκάστῳ δύω τινέ ἐστον ἰδέα ἄρχοντε καὶ ἄγοντε, οἷν ἑπόμεθα ᾗ ἂν ἄγητον· ἡ μὲν ἔμφυτος οὖσα ἐπιθυμία ἡδονῶν* (innata voluptatum cupiditas)· *ἄλλη δὲ, ἐπίκτητος δόξα, ἐφιεμένη τοῦ ἀρίστου* (acquisita opinio, optimi affectatrix). *τοῦτω δὲ ἐν ἡμῖν τότε μὲν ὁμονοεῖτον, ἔστι δὲ ὅτε στασιάζετον· καὶ τότε μὲν ἡ ἑτέρα, ἄλλοτε δὲ ἡ ἑτέρα κρατεῖ. δόξης μὲν οὖν ἐπὶ τὸ ἄριστον λόγῳ ἀγούσης, καὶ κρατούσης τῷ κράτει, σωφροσύνη ὄνομα· ἐπιθυμίας δὲ ἀλόγως ἑλκούσης ἐπὶ ἡδονὰς, καὶ ἀρξάσης ἐν ἡμῖν, τῇ ἀρχῇ ὕβρις ἐπωνομάσθη.* Cf. imaginem istam lepidam a Platone allatam ibid. 320 f. 36. de equo bono et pravo, currui animae iunctis. Köppen *Darstellung d. Wesens d. Philosophie.* 238 ff. Cic. Tusc. II. 21. „Est in animis omnium fere natura molle quiddam, demissum, humile, enervatum quodammodo et languidum, senile. Si nihil aliud, nihil esset homine deformius. Sed praesto est domina omnium et regina ratio, quae connixa per se et progressa longius, fit perfecta virtus. Haec ut imperet illi parti animi, quae obedire debet, id videndum est viro." III. 1. IV. 37. „Qui natura dicuntur iracundi, aut misericordes, aut invidi, aut tale quid; ii sunt eiusmodi constituti quasi mala valetudine animi, sanabiles tamen." Medea apud Ovid. Met. VII. 19. „Video meliora proboque, deteriora sequor." Seneca de clementia. c. 7. „Peccavimus omnes; alii gravia, alia leviora, alii ex destinato, alii forte impulsi, aut aliena nequitia ablati; alii in bonis consiliis parum fortiter stetimus, et innocentiam inviti ac renitentes perdidimus. Nec delinquimus tantum, sed usque ad extremum aevi delinquemus. Etiam si quis tam bene purgavit animum, ut nihil obturbare eum amplius possit ac fallere, ad innocentiam tamen peccando pervenit." — Epictet. II. 26. *Ὁ ἁμαρτάνων, ὃ μὲν θέλει, οὐ ποιεῖ, καὶ ὃ μὴ θέλει, ποιεῖ.* Cf. Rom. 7, 15. Cf. J. Spicker *Ueb. das ursprüngl. Böse in dem Menschen.* Herborn. 1823. Paulus *Der Denkglaubige.* Bd. I. Abth. 1. Heid. 1825. p. 150. „*Alles Menschlichböse beruht (man erforsche sich selbst) auf dem Vorbehalt, von dem anerkannten Rechten und Guten Ausnahmen zu machen oder das der Vollkommenheitsidee Widerstrebende bisweilen über den anerkannt höchsten Bestimmungsgrund zu erheben. Hierdurch ist der Menschengeist nie absolut-böse, aber mit Recht wird er, so lange er jenen vorsätzlichen Vorbehalt, das Rechtwollen nicht um des Recht-*

wollens ſelbſt willen (d. h. um der darin beſtehenden Geiſtesvollkommenheit und Selbſtbilligung willen) ſich zum alleinigen Beſtimmungsgrund zu machen, aus jener Wurzel ſeiner natürlichen Willensfreiheit, alſo aus ſeinem eigenſten Selbſt, erwachſen macht, mit Kant radical-böſe genannt."

c) Vocc. חַטָּאת, פֶּשַׁע, עָוֹן, רֶשַׁע, ἁμαρτία, ἀνομία, ἀδικία, ἀδίκημα, παράβασις, παράπτωμα, παρακοή, ὀφείλημα (Doederlein Inſtit. II. 100.), nunc de ſingulis factis, nunc de habitu quodam ſeu de certa peccatoris conditione, ratione habita voluntatis divinae, dicta ſunt; unde theologi *peccatum* pro quavis abſentia conformitatis cum lege divina acceptum (Calov. V. 14. Buddeus Comp. Th. dogm. 374.), ſimiliter *in concreto* et *in abſtracto* (pro vitioſitate, conditione prava hominis, *Sündhaftigkeit*), dixerunt. Cf. Conf. Aug. art. II. 10. „Vitium originis vere eſt peccatum."

d) Wieland *Ueb. Rouſſeau's urſprüngl. Zuſtand des Menſchen. Sämmtl. Werke.* V. XXXI. p. 49 ff. ed. Gruber.

§. 114.

Doctrina biblica et eccleſiaſtica.

A. De origine peccati.

Quanquam homines protoplaſti ad imaginem divinam creati magnisque et animi et corporis dotibus praediti fuiſſe perhibentur (§. 99.), ab his ipſis tamen origo peccati ducitur, ita quidem, ut peccati primi ab iis commiſſi, quod *lapſus* nomine proprie dicitur, culpa protoplaſtis ipſis, nullo modo Deo creatori tribuatur. Summa doctrinae de origine peccati, ad normam a librorum ſymbolicorum auctoribus vel diſerte enunciatam [a]) vel ſaltem ſuppoſitam, e nonnullis ſ. ſ., N. T. potiſſimum, locis erutae, cui pauca tantum de ſuo addiderunt doctores eccleſiaſtici, ita fere adumbrari poteſt: Homines primaevi imaginem divinam eo contaminaverunt, quod Dei praeceptum de vitando arboris peſtiferae [b]) fructu migrarunt. (Gen. 2, 17 ff. cap. 3 tot.) Quamvis enim Deus ſanctiſſimus (Iac. 1, 13—17.) peccare nullos homines voluerit et primos quoque illos poenae graviſſimae comminatione in officio continuerit

(Gen. 2, 17.), hi tamen vere peccarunt et libere h. e. neque interna quadam naturae neceſſitate neque a diabolo coacti, ſed ſuo iudicio, licet perverſo, uſi [e]), violarunt foedus cum Deo initum (Hoſ. 6, 7.) et omnium peccatorum fuerunt auctores. (Rom. 5, 12—19.) Cauſa primi huius peccati *interna* fuit nimia vis appetituum, quibus oppreſſa ratio ſuccubuit (Gen. 3, 6.), cauſa *externa*, Satanae perſuaſio et ſollicitatio [Gen. 3, 1. [d]) Sap. 2, 24. Io. 8, 44. 2 Cor. 11, 3. Apoc. 12, 10.]. Effecit autem hoc delictum, ut homines primi, ſtatu innocentiae imagineque divina privati et mala conſcientia ac timore agitati (Gen. 3, 7 ff.), laborum, dolorum et mortis poenas poſteris etiam luendas meruerint (Gen. 3, 16. Rom. 5, 12 ff. [e]) 6, 23. 1 Cor. 15, 21. 22.), et tota corporis animique hominum natura penitus corrupta, Diaboli imperio ac tyrannidi ſubiecti (Hebr. 2, 14.), peccandi habitum ſibi et poſteris ratione culpae et poenae imputandum contraxerint (Rom. 5, 18. 19.) [f]); qui a N. T. ſcriptoribus ff. ad corpus (σάρξ) referri ſolet (Rom. 7, 20—25. 8, 1 ff. Gal. 5, 13 ff. 6, 8. Eph. 2, 3. Col. 2, 11. 18. al.) [g]). Cui miſeriae ut Deus, quantum fieri poſſet, pro miſericordia ſua ſuccurreret, ſalutem futuram generi humano per Ieſum Chriſtum, quaſi alterum Adamum (Rom. 5, 14. 1 Cor. 15, 22. 45.), reſtituere decrevit idque iam primis hominibus *protevangelio* (Gen. 3, 15.) (§. 99.) annunciavit. Imputatio illa peccati Adamitici poſteris facta [h]) duplex eſſe perhibetur, vel imputatio in *reatum*, i. e. iudicium Dei, ſecundum quod orta e peccato primo culpa ad omnes homines pertinet (Rom. 5, 19.), vel imputatio in *poenam*, i. e. illud Dei iudicium, quo omnes homines ob peccatum primum morti declarantur obnoxii. (Ib. 18. Eph. 2, 3.) Ut dogma illud demonſtrarent, alii alias imputationis diſtinctiones ac finitiones excogitarunt, partim ad liberum Dei arbitrium, vel eiusdem praeſcientiam et ſcientiam mediam (*imputatio metaphyſica*), vel ad decretum Dei de hominibus per Chriſtum ſalvandis pro-

vocantes [i]), partim Adamum tanquam caput foederis, quod totius generis humani nomine cum Deo iniisse dicitur (Hos. 6, 7.), vel tanquam *caput naturale, seminale*, in cuius lumbis omnes posteri fuerint (Hebr. 7, 10.), sibi fingentes [k]).

a) Confess. Aug. Art. II. p. 9. „Docent, quod *post lapsum Adae* omnes homines, secundum naturam propagati, nascantur cum peccato" —. XIX. 15. „Causa peccati est voluntas malorum, videlicet, diaboli et impiorum, quae non adiuvante Deo avertit se a Deo, sicut Christus ait Io. 8, 44." — Apolog. Art. VIII. 220. Artt. Smalcc. III. 1. 317. „Hic confitendum nobis est, — peccatum ab uno homine Adamo ortum esse et introiisse in mundum, per cuius inobedientiam omnes homines facti sunt peccatores, morti et diabolo obnoxii." Form. Conc. Sol. decl. I. 639 s. „Hoc extra controversiam est positum, quod Deus non sit causa — peccati, sed quod instinctu, opera et machinationibus Satanae per unum hominem peccatum (quod est Diaboli opus), in mundum intraverit; — quod hoc haereditarium malum sit culpa seu reatus, quo fit, ut omnes, propter inobedientiam Adae et Hevae, in odio apud Deum et natura filii irae simus."

b) Fructum arboris (פְּרִי), quem PP. Latini pomum primi nominarunt (complures Graeci ficum, Rabbini et Muhammedani uvam vel triticum fuisse opinati sunt; vid. Gesenius *Art. Adam.* p. 362.), venenatum fuisse, quam sententiam nonnullis tribuit Theophilus ad Autol. II. 25., contendunt Gruner Dogm. 174. Less *Verm. Schriften.* T. I. p. 254 ff. Doederlein Instit. II. 12 s. Reinhard *Dogmat.* 277. — At vero libri ss. hac de re nihil perhibent; imo diserte monent, homines, postquam fructum comedissent, prudentiores factos esse. Gen. 3, 7. 22.

c) Augustin. de correptione et gratia. c. 12. „Adam et terrente nullo, et insuper contra Dei terrentis imperium libero usus arbitrio, non stetit in tanta non peccandi facilitate." Gerhard Loc. th. IV. 301 ff.

d) Ipsum mythi eius auctorem genium malum, licet nulla huius mentio ibi iniecta sit, serpentis specie indutum sibi finxisse, inde probabile fit, quod commentum de daemonibus apud omnes Asiae superioris populos pervulgatum fuit. Narrationem isti simillimam suppeditat doctrina Zoroastrica. Kleuker *Zend-Avesta.* I. 23. III. 84 f. Add. II. 217. III. 62.

J. A. L. Richter *Das Christenthum u. die ältesten Rell. des Orients.* L. 1819. p. 132 ff.

e) Loco supra l. vocè θανάτου non *mortem* intelligi, sed „statum mortuorum in Hade, qui vitae dissimilis et morti sive somno similis putaretur, et cui subiecti dicerentur homines in poenam peccati, qui, nisi peccassent, ad vitam coelestem (in coelis, cum Deo) transituri fuissent" demonstrare conatus est Bretschneider V. V. Lex. in ll. N. T. sub v. θάνατος, et in Br. u. Schröter *Für Christenth. u. Gottesgel.* Bd. VII. H. 4. 1824. „*Ueber den Ideengang u. die Dogmatik des Briefs an die Römer.*" Add. ib. VIII. 3. p. 380 ff. „*Was lehren die ältesten Kirchenväter über die Entstehung der Sünde u. des Todes*" —. At enimvero quum Paulus (cf. c. 14.) aperte respexerit narrationem Gen. 3. traditam, ubi de morte corporis dicitur, nec ipse aliam sententiam h. l. significaverit, quam neque Patres antiquissimi diserte expresserunt, opinio ista parum probabilis videtur.

f) Conf. Aug. Art. II. Apolog. Conf. Aug. Art. I. 58. „In Genesi — describitur poena imposita pro peccato originis. Ibi enim non solum morti et aliis corporalibus malis subiicitur humana natura, sed etiam regno diaboli. Nam ibi fertur haec horribilis sententia: Inimicitias ponam inter te et mulierem et inter semen tuum et semen illius. Defectus et concupiscentia sunt poenae et peccata; mors et alia corporalia mala et tyrannis diaboli proprie poenae sunt. — Ita non *possumus nos* propriis viribus ex ista servitute eximere." Artt. Smalcc. III. Art. I. 317. Form. Conc. Sol. decl. I. 641. „Poenae peccati originalis, quas Deus *filiis* Adae, ratione huius peccati imposuit, hae sunt: Mors, aeterna damnatio, et praeter has aliae corporales, spirituales, temporales atque aeternae aerumnae et miseriae, tyrannis et dominium Satanae." 643. Ex his aliisque effatis satis patet, dogma de imputatione pecc. Adamitici, quod pro fonte peccati originalis recte habetur, licet a librorum symbolicorum auctoribus non plane et perspicue stabilitum sit, argumentationibus tamen eorum vere substratum esse; id, quod perperam negavit Reinhard *Dogmat.* p. 292 ff. Omnino illud cum dogmate de peccato originis arctissime cohaerere, neminem rei peritum fugiet. Idem demonstrat Lutherus ad 1 Cor. 15. Opp. T. VIII. p. 1240 ff. Neque magis dubitare licet, imputationem peccati Ad. a Paulo Apostolo Rom. 5. vere significatam fuisse, quod quidem prae aliis negarunt Morus, Henke, Bauer, Storr, Reinhard, Schott (Opp. exegetica. I. Jen. 1817.

313 ff. Ei. Epit. ed. 2. p. 132 f.), Bretſchneider *Handb. d. Dogmat.* II. 43 ff., licet vera cap. illius aliorumque locorum huc referendorum interpretatio grammatico-hiſtorica contrariam ſententiam tueri videatur. Namque Adamus et Chriſtus, tanquam vicarii universi generis humani aperte ſibi oppoſiti cernuntur in iſta argumentatione a Paulo Ap. propoſita, qua alter omnibus hominibus et iis, qui non ſicut Adamus peccaverant (Rom. 5, 14.), per peccatum ab ipſo commiſſum mortem tanquam poenam ab ipſo ad illos translatam (v. 18 et 19), alter iuſtificationem et ſalutem aeternam paraſſe perhibetur. Accedit, quod Iudaei olim illa ipſa opinione imbuti fuerunt, de quibus v. Wetſtein *N. T.* II. 48 ff. Schoettgen Horae hebr. et talm. I. 513 ff. Eiſenmenger *Entdecktes Judenthum.* II. 80. Ammon Nova opuſc. theol. Gott. 1803. 71 ff.

g) Secuti videntur philoſophos graecos, qui, praeeunte Platone, omnis vitioſitatis origines ad corpus referebant. Σαρκὶ oppoſuerunt πνεῦμα i. e. animum per ſpiritum ſ. religionis Chriſtianae adiumento emendatum. Vocabulo σαρκὸς autem non ſolum hominis natura animalis, ſed eadem etiam tanquam cupiditatum ac peccatorum fons et ſedes in N. T. ll. ff. ſaepius ſignificatur. Rom. 7, 18. 25. 8, 1—7. Gal. 5, 16 ff. 2 Petr. 2, 18. 1 Io. 2, 16. Vid. Koppe Excurſ. IX. in epiſtolam ad Galatas.

h) Huc referri poſſunt discrimen 1. inter imputationem *immediatam*, e libero Dei arbitrio ſimpliciter derivatam, atque *mediatam*, qua Deus Adami poſteris eandem poenam, qua Adamum affecit, infligere decrevit, quia et ipſos ſimiliter peccaturos eſſe praevidit; 2. inter imp. *facti* ſ. *moralem*, qua quis facti cuiusdam auctor ſua ſponte exſtitiſſe poenamque meruiſſe cenſetur, et imp. *iuris*, qua Deus Adami poſteros propter nexum, quo cum Adamo cohaerent, in poenae communionem venire voluiſſe dicitur. Gerhard L. th. II. 132. „Adam non ut privatus homo, ſed ut caput totius humani generis peccavit — et nos qui in Adae peccantis lumbis delituimus, *in* et *cum* ipſo non modo corrupti ſed et rei irae Dei facti ſumus." J. C. Pfaff Diſſ. de imputatione divina. Tüb. 1717. p. 210. J. Carpov. Comm. de imput. facti proprii et alieni, ſpeciatim pecc. Adamit. in poſteros. Jen. 1736. Baumgarten Diſſ. de imput. pecc. Adamit. poſteris facta. H. 1742. C. G. Hoffmann Diſſ. de imp. div. pecc. alieni, inprimis Adamit. Vit. 1770. Jo. Jac. Flatt de imp. pecc. Adamit. Tub. 1759. Add. Chemnit. Loc. th. I. 544 ff. Ger-

hard Loc. th. IV. 293 ff. Calov. Syst. II. 344 ff. Baumgarten *Ev. Glaubensl.* II. 530 ff. *Polem.* II. 427 ff. Morus Comm. in Epit. I. 485 ff.

i) Gerhard L. th. III. 365 f. — Ammon Nova Opusc. th. p. 76 f. Augusti de audiendis in theologia poetis Diss. II., qua dogma de duplici Adamo et fabula de Prometheo inter se comparantur. Vratisl. 1815. 4. Völcker *Die Mythologie des Japetischen Geschlechts, oder der Sündenfall der Menschen nach griechischen Mythen.* Giess. 1824.

k) Tertull. de anima c. 27. „Ex uno homine tota haec animarum redundantia agitur. — Nam et in ipsa praefatione operis unius faciamus hominem, universa posteritas pluraliter praedicata est." Et c. 35. „Constitueramus animam in ipso et ex ipso seri homine, et unum esse a principio semen, sicut et carnis in totum generis examen." Idem (c. 36.), sicut carnis, ita et animae ex Adamo traducem fuisse in femina et (l. de testimon. animae c. 3.) totum genus de semine Adami infectum esse affirmat. Augustin. de peccatorum meritis et remiss. III. c. 14. „In Adam omnes tunc peccaverunt, quando in eius natura illa insita vi, qua eos gignere poterat, adhuc omnes ille unus fuerunt." Idem (Opus imperfect. in Iulian. VI. c. 23.) „Hoc autem, ait, quando factum est (de Adami peccato et poena loquitur) in lumbis eius erat genus humanum. — Omnes itaque filii Adae in illo adspersi sunt contagione peccati et mortis conditione devincti. Ac per hoc quamvis sint parvuli, et bonum quidquam vel malum non agant voluntate; tamen quia induti sunt illo, qui voluntate peccavit, trahunt ab illo peccati reatum, mortisque supplicium." Form. Conc. Sol. decl. I. 640. „Omnes natura, talia corda, tales sensus et cogitationes ab Adamo, haereditaria et naturali propagatione consequimur, quae secundum summas suas vires et iuxta lumen rationis, naturaliter e diametro cum Deo et summis ipsius mandatis pugnent" —.

§. 115.

B. De peccato originis.

E multis magnisque malis, quae per peccatum Adamiticum in omne genus humanum diffusa sunt [a]), longe gravissimum atque teterrimum est malum illud morale, quod *peccatum* s. *vitium originis* s. *peccatum originale* dicitur [b]). Atque ipsi libri ff. non solum

quemvis hominem ad errores atque vitia proclivem esse docent, v. c. Iob. 4, 17. 14, 4. 15, 14. 1 Reg. 8, 46. Eccles. 7, 21. Prov. 20, 9. Matth. 26, 41. Io. 3, 3—6. 1 Io. 1, 8. 10. Gal. 3, 22., sed nonnullis etiam locis nativam quandam commemorant naturae humanae imbecillitatem ac vitiositatem (Gen. 8, 21. Ps. 51, 7. Is. 48, 8. Io. 3, 3. Rom. 7. c. 8, 5—8.) [c]), qua homines, falso innocentiam sibi arrogantes (1 Io. 1, 6.), vel inviti abripiantur (Rom. 3, 23 ff. 7, 15—19. Gal. 5, 17.), per Adamum ad posteros propagatam. (Rom. 5, 12.) Summam dogmatis de *peccato originis* [d]) eo contineri, libri symbolici docuerunt, quod post lapsum Adae omnes homines secundum naturam propagati, *libero arbitrio* in rebus spiritualibus omnino destituti, suis viribus Deum diligere ac timere, fiduciam in eo collocare eiusque legibus obsequi nequeant (*defectus iustitiae originalis*), sed *concupiscentia*, i. e. perpetua naturae inclinatione ad mala quaevis ferantur [e]), quodque hoc vitium originis, cuius *subiectum* sit totus homo, tanquam fons omnium peccatorum actualium, vere sit peccatum, quod omnes homines ipsosque infantes recens natos, imo partus ne utero quidem materno exclusos, aeternis poenis subiiciat (Eph. 2, 3. Io. 3, 36. Rom. 5, 16. 18.), nisi per baptismum et spiritum s. renascantur [f]) (Tit. 3, 5. Rom. 8, 21. coll. 7, 17.); quo facto *reatus* quidem peccati originalis tollatur, minime vero *materiale* peccati, concupiscentia nimirum, quae vel in emendatis remaneat. Non solum igitur *universale*, sed etiam *naturale* nominatur peccatum originis in libris ecclesiae nostrae symbolicis, neque tamen *essentiale* [g]) s. *substantiale*, sed *accidens*, quod quidem hominis naturae inhaeret.

a) Praeter multiplices huius vitae calamitates ac miserias et mortem corporis s. temporalem, Gen. 3, 16—19. Rom. 5, 12. commemoratas, praeeunte Augustino de Genesi contra Manich. I. c. 13., Lutherus ad Gen. 3, 17. et alia mala physica ex illo fonte deduxit. „Ipsa terra et creatura sentit, ut

Paulus ostendit (ad Rom. 8, 20. 21.), maledictionem suam, primum in eo, quod illa bona non fert, quae tulisset, si homo lapsus non esset. Deinde in eo quoque, quod multa noxia fert, quae non tulisset, sicut sunt infelix lolium, steriles avenae, zizania, urticae, spinae, tribuli, adde venena, noxias bestiolas, et si qua sunt alia huius generis. Haec omnia per peccatum invecta sunt. Nec dubito, quin ante peccatum aura purior et salubrior, aqua foecundior, imo quoque solis lumen pulchrius et clarius fuerit. Ita ut nunc tota creatura in omni parte nos admoneat maledictionis per peccatum inflictae." Similiter Calovius, in Bibl. illustr. ad Gen. l. l. al. et nuper Marheinecke *Die Grundlehren d. christl. Dogmatik.* B. 1819. §. 244. „*Bevor die Sünde war, ist Alles gut gewesen, auch in der materiellen, organisirten und animalischen Natur, aber da sie geschah, ist sie auch in dieser durchgeschlagen, und hat alles verunehrt und vergiftet; — seitdem sind so unzählige, hässliche, ursprünglich alle gut geschaffene Thiere dem Menschen, als die lebendigen Bilder seiner bösen Gedanken und als das Böse in der Materie, schädlich geworden, wiewohl auch wiederum heilsam, weil sie die schädlichen Säfte und giftigen Dünste in sich aufzunehmen verdammt sind und zum Theil in geniesbare, wiewohl auch so doch immer der Natur des Menschen widerstrebende Heilmittel umzuwandeln.*" Cf. *Leipziger Lit. Zeit.* 1823. Nr. 37. 38.

b) Vocatur *peccatum originis*, *originale*, ab origine cuiusque hominis, cuius naturam ex origine vitiatam dicit Augustinus contra Julian. l. II., aut respectu Adae, a quo tanquam communi origine in omnes haereditario iure derivatur, aut respectu peccatorum actualium, quae ex eo originem trahunt. Gerhard L. th. IV. 323. Distinguitur peccatum originale *originans* (pecc. primum Adami) a peccato orig. *originato* seu vitiositate omnibus hominibus innata, eiusdem pars *negativa*, defectus iustitiae originalis, et *positiva*, corruptio totius humanae naturae et concupiscentia pravi, *subiectum quod*, i. e. omnes homines naturaliter geniti, et *subi. quo* s. totus homo. Ibid. 347 ff. Baumgarten *Glaubensl.* II. 574 f.

c) Perperam olim plura librorum ff. effata huc relata sunt, quae vel aetatis cuiusdam gentisve mores depravatos reprehendunt, vel poenitentiae et piae indignationis sensus exprimunt, velut Gen. 6, 5. 11, 5. 6. Matth. 23. Rom. 1, 21 ff. Eph. 4, 17 ff. al.

d) Conf. Aug. art. II. p. 9. „Docent, quod post lapsum Adae omnes homines, secundum naturam propagati, nascantur cum peccato, h. e. sine metu Dei, sine fiducia erga Deum et cum

concupiſcentia, quodque hic morbus, ſeu vitium originis vere ſit peccatum damnans et afferens nunc quoque aeternam mortem his, qui non renaſcuntur per baptismum et ſpiritum ſ." Ibid. art. XVIII. 14 ſ. „Humana voluntas habet aliquam libertatem ad efficiendam *civilem iuſtitiam* (germ.: „*äuſserlich ehrbar zu leben*") et deligendas res rationi ſubiectas, ſed non habet vim ſine ſpiritu ſ. efficiendae *iuſtitiae Dei* ſ. *iuſt. ſpiritualis*" (germ.: „*Gott gefällig zu werden, Gott herzlich zu fürchten, oder zu gläuben, oder die ungeborne böſe Luſt aus dem Herzen zu werfen*") (id, quod alias dicitur: libero arbitrio in rebus ſpiritualibus omnino deſtituta eſt). Apolog. Conf. Aug. art. I. 50 ff. Hoc loco et Apolog. art. VIII. 218 ſ. (Add. Luth. Opp. IX. 539 ſ. XI. 113.) discrimen ponitur inter actiones, quae, non prodeuntes e fide Chriſtiana, quod ad formam externam attinet, legis tamen moralis praeceptis conveniunt (*blos äuſserlich geſetzmäſsige*), et inter eas, quae e vera fide Chriſtiana ſ. e vera Dei cognitione et amore Dei, ad religionis Chr. doctrinam accommodate, proficiſcuntur (*chriſtlich-religiöſe*). Illa pro vitiis habita ſunt (*ſ.*). Artt. Smalcc. P. III. Art. I. 317 ff. „Hoc peccatum haereditarium tam profunda et tetra eſt corruptio naturae, ut nullius hominis ratione intelligi, ſed ex ſcripturae patefactione agnoſcenda et credenda ſit." Form. Conc. Epit. Art. I. p. 572 ff. Declar. Art. I. 639—82. 720. „Pecc. orig. non eſt leve, ſed tam profunda humanae naturae corruptio, quae nihil ſanum, nihil incorruptum in corpore et anima hominis atque adeo in interioribus et exterioribus viribus eius reliquit — hanc corruptionem ab ipſa natura nemo niſi ſolus Deus ſeparare poteſt." 574. „Deus non creat in nobis peccatum, ſed — per carnalem conceptionem et nativitatem a patre et matre (ex ſemine pecc. corrupto) propagatur." 639. „In primo conceptionis noſtrae momento ipſum ſemen, ex quo homo formatur, peccato contaminatum et corruptum eſt." 644. „In ſpiritualibus et divinis rebus, quae ad animae ſalutem ſpectant, homo eſt inſtar ſtatuae ſalis, imo eſt ſimilis trunco et lapidi, ac ſtatuae vita carenti, quae neque oculorum, oris, aut ullorum ſenſuum cordisve uſum habet. Homo enim horrendam Dei iram adverſus peccatum, et ex ea conſequentem mortem neque videt, neque agnoſcit; ſed ſtrenue in carnali ſua ſecuritate, etiam ſciens volensque, pergit." 661. „Et hac ratione recte etiam dici poteſt, hominem non eſſe lapidem aut truncum. Lapis enim aut truncus non reluctatur ei, a quo movetur: ſed neque intelligit aut ſentit, quid ſecum agatur, ſicut homo Deo ſua voluntate reluctatur, donec

ad Dominum converſus fuerit. — Et hac in parte multo eſt deterior lapide aut trunco." 665. „Errores de libero arbitrio reiiciuntur: quod homo liberum habeat arbitrium, bonum agendi et malum omittendi" cet. 679. „Manet etiam in renatis rebellio quaedam, homo autem non renatus Deo prorſus rebellis eſt et totus eſt ſervus peccati." 723. „(Renati) aſſidue cum veteri ſuo Adamo luctantur. Vetus enim ille Adam, quaſi aſinus indomitus et contumax, eſt adhuc etiam pars aliqua ipſorum, quae non modo legis doctrina, exhortationibus, impulſu et comminationibus, verum etiam, quaſi fuſte, plagis et poenis coërcenda, in obedientiam Chriſti cogenda eſt; donec carnem peccati prorſus exuamus, et homo perfecte in beata illa reſurrectione renovetur." Melanchthon Loc. th. de pecc. orig. 360 ff. Chemnit. Loc. th. I. 517 ff. Quenſtedt Theol. did. pol. II. 135 ff. Gerhard Loc. th. IV. 317 ff. — Bretſchneider *Entwickl. d. dogm. Begriffe.* 3. *A.* §. 94. Conf. Gallic. Art. XI. „Credimus, hoc vitium eſſe vere peccatum, quod omnes et ſingulos homines, ne parvulis quidem exceptis adhuc in utero matrum deliteſcentibus, aeternae mortis reos coram Deo peragat." Idem docet Catechism. Heidelb. quaeſt. 5 ff. et Conf. Belg. Art. XIV f.

e) Form. C. Sol. decl. I. 640. „Docemus, quod peccatum orig. non tantummodo ſit carentia ſeu defectus omnium bonorum in rebus ſpiritualibus, ad Deum pertinentibus, ſed quod ſit etiam loco imaginis Dei amiſſae in homine intima, peſſima, profundiſſima, inſcrutabilis et ineffabilis corruptio totius naturae, et omnium virium inprimis vero ſuperiorum et principalium animae facultatum in mente, intellectu, corde et voluntate." Gerhard L. th. IV. 331. „Disputant Pontificii, peccatum originis eſſe tantum iuſtitiae originalis, doni illius ſupernaturalis, privationem, ipſam interim hominis naturam adhuc talem eſſe, qualis fuit primo condita. Nos contra pronunciamus, per peccatum originis non tantum concreatam iuſtitiam eſſe deperditam, ſed ipſam quoque hominis naturam miris ac miſeris modis corruptam, illam naturae corruptionem, quae complectitur omnium animae virium ad malum pronitatem ac impetum, vocamus *poſitivam* qualitatem (quam non admittunt Pontificii, vid. Bellarmin. de amiſſ. gratiae et ſtatu pecc. l. V. c. 15.), non quaſi aliqua vis agendi in ſe et per ſe ſit peccatum, ſed quia illa vis agendi in homine eſt tantum ad peccatum prona atque promta." Add. IV. 545 ff.

f) Ipſe Melanchthon virtutes gentilium vera vitia et maledictae arboris maledictos fructus nominare haud dubitavit.

Loc. th. 35. 61. Planck *Proteſt. Lehrb.* II. 91. Veruntamen quod Mel. Socratis, Zenonis, Catonis aliorumque virtutes *philoſophicas*, ut ait, pro vitiis habet et virtutum umbris, ex amore *laudis* ortis, parum memor fuiſſe videtur eorum, quae leguntur apud Cic. de offic. I. 4. „Honeſtum, *etiamſi nobilitatum non ſit*, tamen honeſtum eſt quodque vere dicimus, *etiamſi a nullo laudetur*, natura eſſe laudabile."; de fin. II. 15. „Rectum atque *laudabile* non ob eam cauſam dicitur, quia laudatur a multis, ſed quia tale eſt, ut, vel ſi ignorarent id homines, vel ſi obmutuiſſent, ſua tamen pulchritudine ſpecieque eſſet laudabile." V. 24. „Non perfecti autem homines et tamen ingeniis excellentibus praediti excitantur ſaepe gloria, quae habet *formam honeſtatis et ſimilitudinem*. Quodſi ipſam honeſtatem undique perfectam atque abſolutam, rem unam praeclariſſimam omnium maximeque laudandam penitus viderent, quonam gaudio complerentur, quum tantopere eius *adumbrata opinione* laetentur?" Add. II. 14. „Honeſtum id intelligimus, quod tale eſt, ut detracta omni utilitate ſine ullis praemiis fructibusve per ſe ipſum poſſit iure laudari; — *ut enim conſuetudo loquitur*, id ſolum dicitur honeſtum, quod eſt populari fama *glorioſum*." Neque erat, cur Mel. vocabulo *laudabile* offenderetur, quod h. l. non a laudis cupiditate dicitur, ſed ſummam honeſtatis praeſtantiam denotat, non ab hominum fama pendentem, ſed a natura virtutis integerrimae ac ſanctiſſimae. Praeterea Mel. optime cum Cicerone conſentit, haec monens locc. th. p. 32. ed. Auguſti: „Deus nullius commodi reſpectu amari vult, ſed liberaliter. Neque enim Deum amat, ſed ſeſe, qui commodum amat." Cf. Plat. de republ. II. 358. 361. 363. — De embryo ſ. foetu in matris utero v. Gerhard l. l. IV. 349.

g) Hoc poſtremum contra Flacium monitum eſt, qui pecc. orig. ad hominis lapſi naturam ſive ſubſtantiam pertinere adfirmaverat, ideoque Manichaeismi eſt accuſatus. Conſentit ille quidem cum Manichaeis in eo, quod ipſam hominis ſubſtantiam malam eſſe adſernit. Neque tamen malam hanc ſubſtantiam a principio malo, quod Deo coaeternum eſſe cenſebant, derivavit; at hominem primum, et corpore et animo, bonum a Deo creatum, per lapſum protoplaſtorum, ipſa ſubſtantia, malum factum eſſe docuit. Form. Conc. Epit. 577 ff. Sol. decl. A. I. 644 ſ. 650 ff. Gerhard l. l. 334 ff. Planck *Geſch. d. proteſt. Lehrbegr.* V. I. 285 ff.

§. 116.

Historia dogmatis.

Quanquam inter Patres antiquiores, de vitiositate humana admodum varie disputantes [a]), Tertullianus primus *vitium originis et traducem peccati* commemoravit [b]), aliis alia his similia in medium proferentibus a *Manichaeismo* non valde aliena, Augustinus tamen, ille quondam et ipse Manichaeus, princeps exstitit, qui subtiliorem systematis formulam de peccato originali contra Pelagium, Britonem, acriter defenderet [c]) et per universam fere ecclesiam Latinam propagaret; in qua Pelagio damnato et Augustini decretis publice confirmatis (in Conciliis Carthagg. a. 412. 416. 418., Milevitano a. 416., Conc. Ephesino oecumenico III. a. 431. h., ab episcopis Romanis Innocentio I., Zosimo et Caelestino, legibus etiam Imperatorum Honorii, Theodosii), *Semipelagianismus* exortus est, a Graecis doctoribus et a Scholasticis haud paucis vario modo exornatus [d]). Plerisque tamen theologis, Augustini vestigia religiose persequentibus, huius sententia adeo probata est, ut naturam peccati originalis, a quo solam Iesu matrem liberam fuisse nonnulli contenderunt, ipso accuratius etiam definire studerent [e]). Sacrorum emendatores, adversariorum potissimum decretis de merito bonorum operum oppugnandis, eo adducti sunt, ut severiorem Augustini doctrinam strenue defensam, licet Melanchthon postea ad *Synergismum* inclinaverit [f]), denuo auctoritate publica sancirent (§§. 114. 115.); ab hac vero, quum ipse Zwinglius [g]) et Concilium Tridentinum mitiora praecepissent [h]), postea Christianorum familiae nonnullae, praeeuntibus Anabaptistis antiquioribus, Sociniani, Arminiani et Quakeri recesserunt, et ipsi ecclesiae nostrae theologi clarissimi plus minusve deflectere haud dubitarunt, argumentis usi tum exegeticis, tum philosophicis [i]); ita, ut nemo fere atrociorem illam de imputa-

tione peccati Adamitici et de peccato originis, a philosophis recentius varie tractato [k]), sententiam sine mitigatione denuo proponere ausus sit [l]).

Vossius Historia de controversiis, quas Pelag. et eius reliquiae moverunt. Amst. 1653. J. G. Walch Historia doctrinae de peccato originis, in eiusd. Miscellaneis sacris. Amst. 1744. 4. Cramer *Forsetzung von* Bossuet. III. 519 ff. VII. 522 ff. Planck *Gesch. d. protest. Lehrbegr.* II. 88 ff. III. I. 105 ff. IV. 553 ff. Io. Horn Commentatio de sententiis eorum Patrum, quorum auctoritas ante Augustinum plurimum valuit, de peccato originali. Goett. 1801. 4. Münscher *Dogmengesch.* II. 129 ff. IV. 182 ff. Wundemann II. 18 ff. Wiggers *Pragmat. Darstellung d. Augustinismus u. Pelagianismus von dem Anfange d. pelag. Streitigkeiten bis zur 3ten ökumenischen Synode.* B. 1821. G. Ch. R. Matthaei Diss. de origine mali, praemissa placitorum praecipuor. ap. vett. Graecos philos. occurr. censura. Gott. 1824.

a) Beck Commentt. 400 ff. Bretschneider *Was lehren die ältesten Kirchenväter üb. d. Entstehung der Sünde u. des Todes, Adams Vergehn u. die Versöhnung der Sünde durch Jesum?* in Br. *u.* Schröter *Für Christenth. u. Gottesgel.* Bd. VIII. H. 3. 1825. p. 380 ff.

b) *Tradux peccati* propagationem significat naturalem, qua vitiositas ab Adamo coorta ad posteros eius quasi traducta esse dicitur. Tertull. de anima. c. 16. 40 ff., de testimonio animae. c. 3., adv. Marc. I. 2. Cyprian. Ep. 64. Nihilominus Tertull. animae liberum arbitrium vindicavit. Cf. de anim. c. 22 ff. Münscher *Dogmengesch.* II. 158 ff.

c) Cf. e pluribus Augustini scriptis, in quibus de hac re agitur, *de peccatorum meritis ac remissione, ad* Marcellum ll. III., *de natura et gratia, de gestis Pelagii, de gratia Dei et pecc. orig.* ll. II., *de nuptiis et concupiscentia* ll. II., *de anima et eius origine* ll. IV., *de gratia et libero arbitrio, contra* Iulianum ll. IV. op. imperfect. *Retractatt.* II. 33. 42. 50. 61 ff. Epp. plures (separatim editae a Luca Fr. Reinhart, maxime N. 90—96. 105. 143.). Docuerat Pelagius, neque bona neque mala cum homine oriri, sed ab ipso patrari, peccatum Adami nec propagari nec imputari, nec poenam peccati esse mortem, incorruptam esse naturam humanam, eandem, quae Adamo fuerit, oriri peccata ex libertatis abusu. — Pugnandi ardore contra has similesque senten-

tias Auguſtinus, ut fit, ad duriores, quam quas antea propoſuerat, opiniones abreptus eſt. Cf. de gen. adv. Manich. II. 29., de lib. arbitr. III. 1., de duabus animis c. 12., Retr. I. 9 ff. 13. De civ. Dei XIII. c. 14. „Deus creavit hominem rectum naturarum auctor, non utique vitiorum auctor, ſed ſponte depravatus iuſteque damnatus depravatos damnatosque generat. Omnes enim fuimus in illo uno, quando omnes fuimus ille unus, qui per foeminam lapſus eſt in peccatum, quae de illo facta eſt ante peccatum. Nondum erat nobis ſigillatim creata et distributa forma, in qua ſinguli viveremus, ſed iam natura erat ſeminalis, ex qua propagaremur." — Münſcher IV. 182 ff. Omnino controverſia iſta Pelagiana maximam habuit vim ad ſyſtema quoddam theologiae Chr. *occidentalis* et effingendum et confirmandum.

d) Semipelagiani, quibus cum aliis adnumerantur Io. Caſſianus, Fauſtus, Vincentius, Gennadius Maſil., conceſſerunt quidem, peccatum originale ab Adamo ad poſteros propagatum eſſe, neque tamen illud in naturae humanae corruptione abſoluta, ſed in moriendi neceſſitate et imbecillitate quadam humana ab Adamo propagata poſuerunt. Schröckh *Kirchengeſch.* XV. 109 ff. XVIII. 145 ff. Wiggers Prr. de Caſſiano —. Roſt. 1824. — Cf. Io. Damaſc. de fid. orth. II. 30. III. 1. E Scholaſticis ad Semipel. propius acceſſerunt Hildebertus Turon. Tractat. theol. c. 31—33. Duns Scotus Comment. in l. IV. Sentent. Petr. Lomb. T. I. 463 ff. Bonaventura Breviloquium. P. III. c. 5. — Gerhard L. th. IV. 318 ff. Wundemann II. 176 ff. Schröckh l. l. XXIX. 67 ff.

e) Anſelmus Cantuarienſis de conceptu virginali et peccato originali T. I. 97 ff. ed. Gerberon. Par. 1721. Hugo de S. Victore l. I. de ſacr. fidei. Petr. Lombard. l. II. diſt. 30 ff. Albert. M. Summa theol. l. II. tract. VII. qu. 110. — Dogma de *immaculata conceptione* Mariae virg. a Paſchaſio Radberto ſec. IX iam propoſitum, feſto a. 1140 ſancitum, poſt varias controverſias tandem a Concilio Baſil. a. 1439 h. probatum, ſequente illud Conc. Trident. Seſſ. VI. can. 23., a noſtris repudiatum eſt. Gerhard L. th. IV. 365. Baumgarten *Polem.* II. 529 ff.

f) Planck l. l. IV. 554 ff.

g) Epiſtola ad Urbanum Rhegium anni 1526, in Oecolampadii et Zwinglii epp. ll. IV. Baſil. 1536. p. 54. „Quid brevius aut clarius dici potuit, quam originale peccatum *non* eſſe peccatum,

ſed morbum." 55. „Sic ergo dicimus, originalem contagionem morbum eſſe, non peccatum; quod peccatum cum culpa coniunctum eſt, culpa vero ex commiſſo vel admiſſo eius naſcitur, qui facinus deſignavit." 61. „Haec noſtra eſt de originali peccato ſententia: vitium eſſe ac morbum, qui ceu mulcta primis parentibus inflictus eſt."

h) Eccleſia cath., quae, Scholaſticorum *Semipelagianismo* faventium maxime veſtigia premens, ſtatum quendam *purorum naturalium* ab imagine divina ſeiungit (Catechism. Rom. P. I. c. 2. quaeſt. 18.), privationem quidem imaginis divinae admittit, non totalem virium ſpiritualium et iuſtitiae originalis abſentiam, ſed defectum tantum doni illius ſupernaturalis defendit, quo ſublato vires naturae quanquam ſatis debilitatae et attenuatae, tamen non exſtinctae penitus et amiſſae fuerint, ita, ut libero arbitrio homo minime deſtitutus iudicetur. Conc. Trid. Seſſ. VI. Decr. I. c. 1. De concupiſcentia, quam non per ſe et *formaliter*, ſed *cauſaliter* tantum, quemadmodum Scholaſtici docuerunt, peccatum eſſe eccl. cath. ſtatuit, v. Seſſ. V. de pecc. originali: „Manere autem in baptizatis concupiſcentiam vel fomitem, haec ſ. Synodus fatetur et ſentit; quae quum ad agonem relicta ſit, nocere non conſentientibus, ſed utiliter per Chr. Ieſu gratiam repugnantibus non valet, quin imo, qui legitime certaverit, coronabitur. Hanc concupiſcentiam, quam aliquando Apoſtolus peccatum appellat, ſ. Synodus declarat, eccleſiam cath. nunquam intellexiſſe peccatum appellari, quod vere et proprie in renatis peccatum ſit, ſed quia ex peccato eſt et ad peccatum inclinat." Catech. Rom. P. I. c. 2. 9. 32. Bellarmin. de amiſſione gratiae et ſtatu peccati. c. 4 ff. Chemnit. Examen Concil. Trid. I. 123 ff. Winer *Comparative Darſtell. d. verſchiedenen Lehrbegriffe* —. L. 1824. p. 21 f.

i) Primus in Gen. capp. 2 et 3. mythos hiſtoricos referri docuit Eichhorn *Repert. für bibl. u. morgenl. Lit.* III. *u.* IV. 1778. (§. 95. *h.*) Jeruſalem *Betrachtungen.* II. 488 ff. Eberhard *Apologie des Socrates.* II. 339. Steinbart *Syſtem der reinen Philoſ. des Chriſtenth.* 23 ff. Cannabich *Kritik alter u. neuer Lehren.* 190 ff. Ipſe Reinhardus (*Dogmat.* 292 ff.) imputationem peccati Adamitici admittere dubitavit, quam praeter alios impugnaverant Ioſ. Placaeus l. de imput. pecc. Ad. Salmurii. 1661. Whitby Tract. de imp. div. pecc. Ad. poſteris eius univerſis in reatum. Lond. 1711. rec. in ed. ep. Pelagii ad Demetriadem, a Semlero curata. H. 1775. — Nonnulli omnem peccati originem ad *ſenſualitatem* (*Sinnlichkeit*)

keit) s. facultatem eam, qua homo sensuum ope ad notiones et voluntates ducitur ac movetur, perperam retulerunt. V. inter recentiores J. H. Fritsch *Handb. der prakt. Glaubenslehre der Christen.* II. 2. Abth. Magdeb. 1819. 310 ff. 328. 355. At enimvero quod homo *sensualitate* praeditus est, ac *sensuum* vi regitur, in eo cernitur vera eius natura. Nulla enim ipsi concupiscendi et agendi copia esset, nisi sensibus excitaretur et moveretur; neque etiam sensus amoris, amicitiae etc. in eum caderent. Itaque sensualitas eius non per se est reprehendenda (alias enim recideremus in monachorum doctrinam de *exstirpanda* sensuum vi), sed nimia et rationem excedens vis eius.

k) Sententia Kantii (*Rel. innerh. d. Grenzen d. bloßen Vernunft.* 1 ff. *Von der Einwohnung des bösen Princips neben dem guten.*) de perversitate radicitus insidente, quae tamen a libertate humana pendere dicitur, sibi ipsi non constat, quia actum quendam ante omnem libertatis usum supponit. Omnino in eo peccasse videtur K., quod solam hominis naturam intelligentem ista argumentatione respexerit. Eckermann *Theol. Beiträge.* III. 3. 94 ff. — Opinionem similem, ad Manichaeismum tamen proprius accedentem, in medium protulit Schelling *Philosoph. Schriften.* Landsh. 1809. I. 451. „*Der Mensch hat sich von Ewigkeit in der Selbstsucht ergriffen, und alle, die geboren werden, werden mit dem angebornen finstern Princip des Bösen geboren.*" Add. 455. V. quae recentius hac de re philosophice disputarunt Daub in l.: *Judas Ischarioth. Heft.* I. 1816. II. 1818. Cf. Schreiter Quid de peccato eiusque ad Iudam Cariotensem ratione, e mente S. V. Daubii sit statuendum? Prolus. I. Kil. 1819. — Herbart *Ueb. das Böse.* Königsb. 1818. — Marheinecke *Ottomar, Gespräch über des h. Augustinus Lehre von der Freiheit des Willens und von der göttlichen Gnade.* B. 1821. p. 55. „*Die ganze Lehre von der Erbsünde und der daraus entspringenden Sündenschuld will nichts anders sagen, als: die erste Sünde eines Jeden liegt über alles Selbstbewußtseyn hinaus. Das ist das Mark dieser Lehre, und wer sich diesen Satz ganz entwickelt, der muss auch bald erkennen, dass ein Jeder diese seine erste Sünde zugleich gewollt hat und auch nicht, dass sie ihm fremd und nichts desto weniger sein eigen war, und eine solche, deren Schuld er zu tragen habe.*" Schleiermacher *Der christl. Gl.* II. B. 1822. p. 30. „*Die vor jeder That in jedem Einzelnen begründete Sündhaftigkeit ist in jedem eine, wenn wir von dem Zusammenhange mit der Erlösung absehen, vollkommene Unfähigkeit zum Guten.*" —

69. „*Die Sünde zeigt sich auf das vollständigste als Gesammtthat und Gesammtschuld des ganzen Geschlechts.*"

l) Vid. prae cet. Bretschneider *Handb. d. Dogmat.* II, 2 A. p. 49. „*Es bedarf der Behauptung einer gänzlichen Depravation der menschlichen Vernunft im kirchlichen Lehrbegriffe nicht, da der angeborne überwiegende Hang zum Bösen die Hauptsache in der kirchlichen Lehre ist, und die relative Nothwendigkeit der Versöhnung hinlänglich motivirt.*"

§. 117.

Epicrisis.

Argumentum traditionis Mosaicae, quae doctrinae de origine peccati fons est praecipuus, narrationes praesertim de Deo apparente, ambulante, cum protoplastis colloquente eosque vestiente, de arbore vitae et discriminis boni malique Iehovae et coelitibus reservata (Gen. 3, 22.), de serpente callidis verbis alliciente, de poenis serpenti et hominibus ob delictum levissimum inflictis gravissimis, quae potius pro effectis e natura creaturarum illarum finita necessario exoriundis habendae sunt, — aperte mythum produnt, quo scriptor priscus ex aevi incultioris ingenio, quod similia aliarum gentium commenta peperit, originem mali explicare tentavit [a]). Verum e quocunque mytho sacro nulla eiusmodi dogmata in verae religionis doctrinam recipienda sunt, nisi quae cum idea numinis et cum naturae humanae indole morali, quales e scripturae s. effatis indubitatis, sanae rationi convenientibus, recte demonstratae fuerint, bene conciliari possunt (§. 25.). Quapropter, si dogmata de peccato originis et de imputatione peccati Adamitici ad hanc legem exacta fuerint, haec tenenda sunt: *Primum* nec benignitas Dei concedere potest, ut per unius hominis peccatum universa hominum natura corrumpatur atque depravetur, nec sapientia pati, ut opus Dei ab initio praestantissimis instructum dotibus paullo post ob causam leviss imam in aliam plane deterioremque conditionem transformetur,

nec iuſtitia admittit, ut innocentes ob alienum peccatum ita puniantur, ut ipſis peccandi neceſſitas imponatur [b]). *Deinde* Ieſu ipſius nullum exſtat effatum, quo dogma illud confirmari poſſit, nec quisquam ſcriptorum ſſ. praeter Paulum diſerte illius mentionem fecit; imo naturae humanae poſt lapſum etiam ſcriptura ſ. non ſolum ipſam imaginem divinam (Gen. 9, 6. 1 Cor. 11, 7. Iac. 3, 9.), ſed magnas quoque attribuit vires ad virtutem colendam (Luc. 15, 17. 19, 12 ſſ. Io. 8, 32. Rom. 2, 14. 15. 6, 12. 1 Cor. 15, 58. Gal. 5, 16. 6, 9. Eph. 3, 16. 4, 24. Col. 3, 9. Iac. 4, 17. Matth. 5, 48. 18, 3. 10. 25, 31—46. 1 Petr. 1, 16. add. Matth. 4, 17. 11, 20. Marc. 1, 14. 15. Luc. 8, 15—17. 10, 25—28. 13, 35. 24, 47.) [c]), quam ne ethnicis quidem denegat (Rom. 2, 14.); eademque peccata ad liberum hominis arbitrium plane perſpicueque refert (Matth. 12, 34 ſſ. 15, 19 ſſ. Iac. 1, 13—15.) et filios paternorum peccatorum poenas luere negat. (Deut. 24, 16. 2 Reg. 14, 6. Ezech. 18, 20.) *Poſtremo* experientia docet, cupiditates ipſas per ſe malas non eſſe [d]), ſed fieri tantum prava hominis voluntate [e]), neque vitioſitatem eam eſſe, ut ſemper et ubique homines qualescunque in peſſima quaeque ferantur. Nec minus recte monuerunt quidam, fontes perverſitatis in ſingulis hominibus conſpicuae, quae quidem illis ipſis, pro modulo facultatum et opportunitatum ad perfectionem emergendi unicuique a Deo conceſſarum, omni iure imputatur (Luc. 12, 47. Iac. 4, 17.), propiores adeſſe in natura hominis *finita* maximeque in ſentiendi et imaginandi facultate tot erroribus obnoxia et in ipſius rationis non ſatis excultae debilitate atque inertia; itemque in externarum rerum conditione, educationis, exemplorum, conſuetudinis, vitae civilis vi reperiri [f]). Quo diligentius autem in eo elaborarunt, quae noſtrae aetatis laus eſt praeclariſſima, ut, quaecunque fuerint rectae rationis excolendae impedimenta fomitesque peccatorum, quam maxime minuerentur atque tollerentur,

eo magis commentum illud de peccato originali, cui tanta ad virtutis ſtudium deprimendum vel plane exſtinguendum ineſt vis *g*), ad iuſtas revocari poterit ſententias, verae hominis naturae convenientes.

a) Bauer *Mythologie d. A. u. N. T.* 90 ff. Cf. Heſiodi opera et dies. v. 59 ff. *Zend-Aveſta im Kleinen*, *v.* Kleuker. T. II. 113 ff. Geſenius *Art. Adam*, in Erſch *und* Gruber *Encyklop.* I. 360ff. — Commentum illud de morte tanquam poena peccati mortalibus inflicta teterrimas mortis imagines inter Chriſtianos peperit, quibus morientes miſerrime vexati ſunt et etiamnum vexantur; quae ut laetioribus tandem imaginibus cedant, etiam atque etiam optandum eſt. Cf. Leſſing *Wie die Alten den Tod gebildet haben*, Opp. ed. Berol. 1825. V. III. p. 75 ff.

b) Bene iam Pelagius (vid. Auguſtin. de peccator. meritis. III. 5.) monuit, „nulla ratione concedi poſſe, ut Deus, qui propria remittit peccata, aliena imputet."

c) V. libell. noſtr.: *Verſuch, die philoſ. Religionslehre in Predigten darzuſtellen.* Hamb. 1801. *2te Pred. Von dem ſchädlichen Miſstrauen in unſere Kraft zum Guten.* Löffler *Ueb. d. Fähigkeit oder Unfähigkeit des Menſchen zum moraliſchen Guten. Magazin f. Pred.* B. VI. St. 1.

d) Seneca Ep. 96. „Erras, ſi exiſtimas, nobiscum *naſci* vitia; ſupervenerunt, ingeſta ſunt." Villaume *Von dem Urſpr. u. Abſ. d. Uebels.* II. 326 ff. C. L. Funk *Menſchennatur u. Menſchengröſse in uns u. für alle erreichbar.* T. I. 1799. c. 3 ff. Cannabich *Kritik alter u. neuer Lehren.* 192 ff. Niemeyer *Briefe an Chriſtl. Religionslehrer.* III. 105 ff. — „Concupiſcentiam, ſi voluntatis conſenſum, aut negligentiam coniunctam non habeat, a vera peccati natura longe abeſſe," recte ſtatuit Catechismus Romanus. II. de ſacr. baptismi. Similiter Buddeus in Diſſert. de anima, ſede peccati originalis principali, in Miſcell. ſacr. III. 1150 ff.

e) Ipſe Auguſtinus, parum quidem ſibi conſtans, haec monuit (de vera relig. c. 14.): „Nunc vero usque adeo peccatum voluntarium eſt malum, ut nullo modo ſit peccatum, ſi non ſit voluntarium. — Quare aut negandum eſt, peccatum committi, aut fatendum eſt, *voluntate* committi."

f) Seneca Ep. 123. „Inter cauſas malorum noſtrorum eſt, quod vivimus ad exempla, nec ratione componimur, ſed conſuetu-

dine abducimur." C. L. Paalzow *Gesch. der menschl. Ausartung u. Verschlimmerung durch d. gesellschaftl. Leben.* Alt. 1795. Beck Commentt. 414 ff.

g) Klein u. Schröter *Für Christenthum u. Gottesgelahrtheit.* B. II. H. 3. 1819. 428 f.

§. 118.

Continuatio.

Quum igitur et ipsa scriptura s. et experientia adversentur doctrinae ecclesiasticae, quae falso hucusque iactata est quasi fidei orthodoxae arx firmissima [a]), minime prohibemur, quo minus saniorem illum doctrinae typum aeque in bibliis ss. propositum sequentes, non nisi hasce sententias e mythica ista de lapsu narratione in puriorem religionis institutionem derivandas esse censeamus [b]): Protoplastos, quibus Deus paterna cura prospexerit, sensuum cupiditati contra legem divinam obtemperantes eadem, qua etiamnum quodvis peccatum committitur, ratione, initium fecisse peccandi, quod ipsum numen sanctissimum, salva hominum libertate, praecavere non potuit; paulo post vero, quidquid mali acciderit, ab hominibus male factorum sibi conscius, se ipsos quasi punientibus, poenarum loco habitum esse [c]). Sub peccato originis, nomine per se parum apto pernicioseamque superstitionem fovente, recte intelligitur propensio quaedam animi humani, neglecto et posthabito summo honesti studio, ad ea expetenda, quae sensibus grata sunt, et cupiditates quaslibet exinde natas fovere videntur (§. 113.), vel omnino imbecillitas quaedam honestae voluntatis et proclivitas ad peccandum, qua oppugnanda et vincenda homo sensim ad veram virtutem emergere et debet et potest (Gal. 5, 16 ff.), et quae haud perperam dicitur naturalis, universalis atque ab Adamo ad posteros transmissa. Neque tamen haec generis humani conditio divinae providentiae sanctitati repugnat, quippe quum ipsa pec-

candi licentiam coërceat, nec nisi finita natura homini sit data, quae a tenui honestatis initio progrediens tantum paulatim e cupiditatum imperio ad veram animi libertatem evehi potest, adeo ut optimus quisque continuo studio ac disciplina egeat. Imputatio vero illa peccati Adamitici, quam Paulus Apostolus, sui temporis doctores Iudaeos secutus, argumentationibus suis subiecit, ad obsoleta dogmata releganda est, quae et philosophiae et historiae generis humani ignorantia in magnum verae pietatis detrimentum per ecclesiam propagavit et aluit. Ceterum cavendum est, ne, imbecillitate ista naturae humanae nimium iactanda [d]), facilem peccantibus excusationem subministremus; in eo potius elaborare debent doctores publici, ut, cuiuslibet male facti pravitas ac foeditas strenue inculcetur [e]), facultasque homini benigne a Deo concessa vitiositatem quamvis superandi et, Deo ipso iuvante, optima quaeque efficiendi magis magisque cognoscatur atque excolatur diligentius [f]).

a) Schröter u. Klein *Für Christenthum und Gottesgel.* Bd. II. H. 3. 1819. 403 ff. *Briefwechsel zweier Theologen üb. den alten u. neuen Glauben. 4ter Brief.*

b) Iam Augustinus (de Genesi c. Manichaeos l. II. c. 1. 2.) non dubitaverat argumentum c. 3. Gen. figuratum et aenigmaticum dicere, quod sine blasphemia vix secundum literam explicari possit.

c) Henke Lineam. fid. Chr. 126 ff.

d) Reinhard *Predigt: Dafs jeder Mensch seinen Preis hat, wofür er sich hingiebt*, in *d. Predigten vom J.* 1800. — Spalding *Von der Nutzbarkeit des Predigtamts.* 168 ff.

e) Schwarz *Grundrifs der Dogmat.* 2. A. Heidelb. 1816. p. 89. „*Jeder prüfe sich selbst mit Gewissenhaftigkeit, und er wird in tiefem Grunde etwas Böses finden, wogegen er immer zu wachen und zu kämpfen hat. So gelangt er durch demüthige Selbsterkenntnifs zur Besserung. Nichts werde aber hiebei übertrieben; denn auch darin ist der Dünkel verhüllt, wenn man sich mehr anklagt, als es die gründliche Erkenntnifs der bestimmten Fehler, die man hat, erfodert.*"

f) Niemeyer *Popul. u. prakt. Theologie.* 6. A. p. 231 ff. Add. scripta §. 117. n. c. ll. et Böhme *Die Rel. Jesu Chr. aus ihren Urkunden dargestellt.* H. 1825. p. 170 ff. „*Der Mensch als vernünftiges Gottesgeschöpf hat eine natürliche Würde, durch welche er über alles Vernunftlose wesentlich und unermesslich erhaben ist.*"

§. 119.

Peccatorum varietas.

Quae ex infirmitate hominis morali exoriuntur peccata actualia s. singulae legis divinae violationes, in varias describuntur species. Ratione habita 1. *subiecti* peccantis distingui solent *voluntaria* s. προαιρετικά, i. e. quae deliberato consilio fiunt, et *involuntaria*. Ad haec referri solent α. peccata *ignorantiae*, vel invincibilis (Io. 15, 22. 24.), vel vincibilis (Act. 3, 17. 17, 30. 1 Tim. 1, 13. Hebr. 9, 7.), β. pecc. *praecipitantiae* seu temeritatis (Gal. 6, 1.), γ. pecc. *ex imbecillitate oriunda* (Matth. 26, 41.); 2. *legis*, quae violatur, peccata *commissionis*, i. e. quae adversus legem prohibentem peraguntur, et *omissionis*; 3. ratione *obiecti*, contra quod peccatur, peccata in *Deum*, *alios homines* (proximos) et *nosmet ipsos*; 4. *facti* ipsius, pecc. *interna*, i. e. quae animo solo, nec per corporis membra peraguntur (Matth. 9, 4.), et *externa* (Matth. 12, 36. Rom. 3, 13—16.) [a]), *propria* et *aliena*, i. e. quae adiuvando auctorem facinoris, vel etiam consensu, delectatione, quae ex crimine alieno capitur, committuntur (Rom. 1, 32. 1 Tim. 5, 22.), *leviora* et *graviora*. (Matth. 11, 24. Luc. 12, 47 ff. Io. 19, 11. 1 Tim. 5, 8.) Addere solent, minus quidem apte, peccata *venialia* et *mortalia*, rectius mortifera [b]), i. e. quae ab hominibus iam regenitis commissa ipsos vita privant spirituali (1 Io. 5, 16. 17.), *muta* et *clamantia* [c]), i. e. manifesta et atrociora; omnium vero gravissimum dicitur *peccatum in spiritum sanctum*, quod ab iis commissum legimus Matth. 12, 31. 32. coll. Marc. 3, 28—

30. Luc. 12, 10., qui opus, ipſismet ſpectantibus, divina virtute patratum, a ſpiritu malo factum fuiſſe, malitioſe dicebant [d]). — Status etiam peccantium varii commemorantur: ſtatus *ſervitutis* (Rom. 6, 16. 20. 7, 25.), *ſecuritatis carnalis* (2 Tim. 2, 26.), *hypocriſeos* (2 Tim. 3, 5. Tit. 1, 16.), *indurationis* (Matth. 13, 15. 2 Cor. 3, 14. Rom. 11, 7.), quibus opponitur ſtatus *libertatis* ſ. *gratiae*. (Rom. 6, 14—18. Io. 8, 32.) Verum haec omnia rectius ad ethices diſciplinam referuntur.

a) Diſtinguebant olim peccata *cordis*, *oris*, *operis*, male quidem.

b) Nomen ex Auguſtini l. de ſpiritu et litera c. 28. depromtum. Add. de corrept. et gratia. c. 35. „Ego autem id eſſe dico peccatum ad mortem, fidem, quae per dilectionem operatur, deſerere usque ad mortem." *Septem mortalia* primus numeravit Petr. Lomb. II. 41. 6. Gerhard L. th. V. 61 ff. Nomine *Saligia* comprehenduntur haec: *S*uperbia, *A*varitia, *L*uxuria, *I*ra, *G*ula, *I*nvidia, *A*cedia; quibus alii mendacium et periurium addiderunt.

c) Numerata ſunt quatuor, his verſiculis comprehenſa: Clamitat in coelum vox ſanguinis (Gen. 4, 10.) et Sodomorum (ibid. 18, 20.), Vox oppreſſorum (Exod. 3, 7.), mercesque retenta laborum (Iac. 5, 4.). Gerhard l. l. 58. Reinhard *Dogm.* 319 ff.

d) Aliter Gerhard L. th. II. p. 203: „agnitae et in conſcientia approbatae veritatis evangelicae deſtinato conſilio facta abnegatio cum pertinaci impugnatione et voluntaria blasphemia coniuncta." Similiter Hollaz II. p. 185. Quenſtedt II. 74. — Carpov Theol. revel. dogm. I. 810. „Pertinax contemtus et moroſa oppugnatio operationum gratiae ſpiritus ſ." Geſenius *Commentar üb. d. Jeſaia.* ad 22, 14. „*Unſere Stelle nebſt* 5, 19. *u.* 9, 9. *gibt eine inſtructive Parallele zu der Läſterung des h. Geiſtes, als der einzigen Sünde, die nie vergeben wird; denn auch hier kann es nach dem Zuſammenhange kaum etwas anderes ſeyn, als die Ableugnung und Verhöhnung der Wirkſamkeit Gottes und ſeines Geiſtes auf Erden, gerade wie* 5, 19., *im Grunde alſo die Epikuriſche Anſicht, die auch Hiob's Feinde dem Unglücklichen vorwerfen (Hiob* 22, 13 *f.). Hier im A. T., wo noch von keinem Vergeltungszuſtande jenſeits die Rede iſt, wird die Verdammung natürlich auf dieſe Welt ein-*

geschränkt, aber schon der Chaldäische Uebersetzer hat die Strafe geschärft, indem er sie bis zum zweiten Tode, den die Verdammten in der Unterwelt sterben werden, reichen läßt." Cf. De Wette *Bibl. Dogm.* 2. A. 227. „*Die Sünde wider den heil. Geist ist die Widersetzlichkeit gegen das Gute überhaupt.*" Ei. libell.: *Ueb. die Sünde wider den h. Geist.* B. 1819.

Caput II.

DE DIVINO INSTITUTO SALUTIS HUMANAE PER IESUM CHRISTUM REPARANDAE.

Sectio 1.

DE PERSONA CHRISTI.

§. 120. a.

Introductio.

Vitiositati ac miseriae e peccatis oriundae ut homines, quantum fieri posset, eriperentur, Deus ab omni aeternitate variis modis sapienter providit. Non solum enim conscientiae vi motibusque, variis vitae vicissitudinibus, vitiorum poenis virtutisque praemiis naturalibus, quae dicuntur, Deus peccatorem impellit, ut ad bonam frugem se recipiat, ita, ut nullo modo perseverare in pravis moribus semel contractis cogatur, imo ad honestatem sequendam ipse sese accingere possit (libertas moralis Io. 8, 34. 36.) [a]), sed etiam inter plurimas gentes excitavit viros sapientes, qui dictis factisque populares suos edocerent et ad vitam emendandam cohortarentur, vel etiam institutis et civilibus et religiosis, ad posteros transmissis, a vitiis pravisque moribus arcerent [b]). Inter omnes vero, qui tali modo de aequalibus ac posteris bene meruerunt, summa debetur reverentia Iesu Nazareno [c]), cui Christi cognomen, Messiae Hebraeorum respondens et simul regni divini s. coelestis

auctorem designans attributum est, sensu tamen non plane eodem, quem Hebraei, nonnullis V. T. effatis, quibus vaticiniorum (§. 50.) et typorum (§. 13.) vim tribuebant, adducti sibi effinxerant (§. 120. b.)[d]). Quum merita Iesu Christi in aequales et posteros tanquam singulare providentiae divinae beneficium omni iure celebrentur (Io. 8, 15. 1 Io. 4, 9.), et quum quaelibet doctrina, quamvis per se satis probabilis, plurimum tamen commendetur et firmetur, apud rudiores praesertim, singulari quadam doctoris auctoritate, haud mirum est, discipulos Iesu et ipsos eius sectatores postero tempore multos, imo saepe nimios fuisse in dignitate et provincia huius divinarum legum interpretis accuratius describenda atque exornanda, ita, ut Iesu doctrina, ipso quidem auctore repugnante (Matth. 7, 21.), maxima ex parte in doctrinam de Iesu abierit[e]). Accedit, quod Iesus ipse ex ingenio popularium quaecunque providentiae divinae documenta singularia omnemque religionis tradendae doctrinam a Deo simpliciter repetierat, modo divinae huius efficaciae haud accuratius definito[f]). Plurimae tamen formulae et distinctiones, quibus dogma ecclesiasticum de persona Christi continetur, originem suam debent controversiis innumeris atque gravissimis, quae super illis quaestionibus in ecclesia diversis temporibus agitatae sunt.

a) Discernenda a *libertate* generatim dicta s. *libero arbitrio*, i. e. a facultate suapte sponte consilium aliquod capiendi, vel bonum, vel malum. Cf. Werdermann *Neuer Vers. zur Theodicee.* Th. III. *Gesch. d. Meinungen üb. Schicksal u. menschl. Freiheit.* L. Ch. Heydenreich *Ueb. Determinismus u. Freiheit.* Erl. 1795. J. G. Rätze *Die Freiheit des Willens, mit Hinsicht auf d. neuesten Einwendungen.* Görl. 1801.

b) Prae ceteris notentur Pythagoras (Meiners *Gesch. d. Wissensch. in Griechenland u. Rom.* I. 412 ff.), Socrates (ib. II. 590 ff. G. Wiggers *Socrates als Mensch, als Bürger u. als Philosoph.* 2. A. 1811.), Plato, Zeno, Seneca, Marc. Antoninus al. (J. G. Lindemann *Die Moral älterer kultivirter u. neuerer wilder Völker histor. u. philos. betrachtet.*

Stend. 1795.) De orientalibus cf.: *Zoroaſtre, Confucius et Mahomet, conſidérés comme — Moraliſtes, par* de Paſtoret. Par. 1787. J. A. L. Richter *Das Chriſtenthum u. die älteſten Religionen des Orients.* L. 1819.

c) Ieſum, teſte Ioanne (ev. 1, 46. coll. 7, 28.), Nazarethi natum fuiſſe, demonſtravit, argumentis quidem haud ſpernendis, Kaiſer *Bibl. Theol.* 230 ff.

d) Notio *Meſſiae* in libris N. T. diverſis formulis expreſſa reperitur: *χριστός*, v. c. Io. 1, 42. 4, 25. Luc. 23, 2., *ὁ κύριος* (nomen e Pſ. 110, 1. Ieſ. 40, 3. fortaſſe ductum) Matth. 3, 3. 28, 6. Luc. 1, 43. 76. 2, 11. Act. 9, 17. 35. al., *υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου* (§. 82.), *υἱὸς τοῦ Δαβὶδ* Matth. 9, 27. 21, 9. Luc. 19, 38., *υἱὸς τοῦ θεοῦ* (§. 82.), *σωτὴρ* (Zachar. 9, 9 ff.) Luc. 2, 11. coll. v. 30. 24, 21. Io. 4, 42. Act. 13, 23. 1 Io. 4, 14., *ὁ προφήτης ὁ ἐρχόμενος εἰς τὸν κόσμον* Io. 6, 14., *ὁ ἐρχόμενος* Luc. 7, 19., *ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου* Matth. 21, 9. Luc. 19, 38. Io. 12, 13., *ὁ βασιλεὺς τοῦ Ἰσραήλ.* Io. ib. — Ceterum Ieſus, licet caute ſaepius verſaretur in publice declaranda dignitate ſua Meſſiana (Matth. 11, 4ff. 16, 20.), complures tamen per occaſiones Meſſiam ſe eſſe libere profeſſus eſt, v. Matth. 16, 13—20. 26, 63 ff. 27, 11. Marc. 3, 11. 12. Luc. 9, 22. Io. 4, 25 ff. 17, 4. 18, 37.

e) Böhme *Die Religion Jeſu Chriſti aus d. Urkunden dargeſtellt.* H. 1825. p. 32 ff.

f) *Briefe über den Rationalismus.* 300 ff.

§. 120. b.

De Chriſtologia Iudaeorum.

Opinio illa de Meſſia (§. 50.), i. e. regni felicis conditore, quem hoc nomine in libris V. T. nondum appellatum invenimus, diviſo demum in duo regna imperio Israelitico, quanquam notiones et ſpes Meſſianae improprie ſic dictae h. e. futuram quandam gentis Israeliticae conditionem feliciſſimam praeſagientes, Patriarcharum aevo iam adſcriptae reperiuntur (Gen. 12, 3. 18, 18. 26, 4. 28, 14. coll. Sir. 44, 22. 23.), e ſpe meliorum temporum (Ioel 3. 4.) et ſeculi quaſi aurei animis informata eſſe videtur. Primus enim Davides populum diſſidiis et factionibus perturbatum conſocia-

rat et ad potentiam opulentiamque egregie evexerat. Sed aureum illud ſeculum facta imperii in duo regna diſciſſione evanuit. Non igitur mirum erat, redintegrandi eius ſpem in regia Davidis domo poni ſenſimque aliquem ex eius poſteris felicis theocratiae inſtauratorem futurum divinari. (Mich. 5, 1 ff. Ieſ. 9, 5. 6. c. 11. coll. 4, 2. Ez. 34, 23 ff. 37, 21 ff. Add. Ier. 23, 5. 33, 15. Zach. 3, 8. 6, 12., ubi nomen צֶמַח de Meſſia dictum). Quo proclivius deinde ſucceſſu temporis ſumma respublica ad exitium ruere videbatur, eo propiorem ſpei huius implendae conditionem ſibi fingebant (Hagg. 2, 6—9. 21—23. Zach. 2, 9—17. 3, 8—10. 6, 12. 13. Mal. 2, 17. 3, 6. 3, 13—18.) et pro illa, quae Hebraeorum mentibus inſederat, theocratiae notione, novum imperium, non civili ſolum et publico iure, ſed morum quoque innocentia et religionis ſanctitate fundatum iri exiſtimabant. Itaque una cum regni Davidici reſtitutione, cum reditu ex exilio Babylonico (Ez. 37, 21 ff. Ieſ. 11, 12 ff.), cum nova populi Israelitici denuo conſociati felicitate (Ioel 4, 1 ff. Amos 9, 12. Ieſ. 9, 3. 11, 10. 14. 30, 27 ff. Mich. 4, 7. 12 ff. 5, 3 ff. Zach. 12, 2 ff. 14, 3 ff.) eiusque incrementis perpetuo duraturis ſpe et exſpectatione (Ieſ. 4, 5 ff. 9, 6. 11, 6 ff. 30, 23 ff. 32, 17. Ioel 4, 17 ff. Am. 9, 13. Ez. 34, 25 ff. 36, 28 ff. 37, 25 ff.) coniungebant univerſae nationis correctionem atque emendationem, qua, ut falſorum numinum cultus aboleretur (Hoſ. 2, 18. 19. 3, 5. Mich. 5, 11—13. Ieſ. 4, 4. 30, 22. Ez. 36, 25. 37, 23. Zeph. 3, 9—13. Zach. 13, 1. 2. Mal. 3, 1 ff.), ut inſtitiae et veritati ſumma auctoritas conciliaretur (Ieſ. 9, 6. 32, 1 ff. Ier. 23, 5. 33, 15. Pſ. 75, 9 ff. Ez. 36, 27.), ut Iehovam populus denuo propitium haberet (Mich. 7, 18 ff. Hoſ. 2, 21 ff. Zeph. 3, 15. Ez. 39, 25. 29.) [a]), ut verae religionis cultus (Ioel 3, 1. 2. Ieſ. 11, 9. 54, 13. 60, 21. Ier. 31, 31—34. Ez. 36, 26 ff. 39, 29.) in dies latius propagatus et ſempiternus eſſet (Ieſ. 2, 2—4. coll. Mich. 4,

1—3. 7, 16. 17. Am. 9, 12. Ieſ. 25, 6 ff. 56, 6. 7. 66, 23. Pſ. 87. 22, 28. 102, 23. Zach. 14, 9. 16—19.), futurum eſſe ominabantur. Apud prophetas, qui vel proxime ante exilium Babylonicum exſtiterunt, vel ei fuerunt aequales, vel poſt reditum ex eo vixerunt, itemque in libris Apocryphis, illam feliciorum temporum ſpem univerſe adumbratam videmus (Zeph. 3, 9—20. Ieſ. 60. 66. Hagg. 2, 6—9. Zach. 12—14. Mal. 3, 1—6. 19—24. — 1 Macc. 2, 57. Bar 4, 21 ff. 5. tot. Sir. 32, 18. 19. 33. 36, 12—17. 44, 13. 47, 11. Tob. 13, 7—18. 14, 4—7. 2 Macc. 2, 18.). At in Danielis vaticiniis eam preſſius definitam et novis augmentis cumulatam cernimus. Hic enim imperium aliquod deſcribitur *ideale theocraticum,* quod *ſymbolice* adumbratur ficta *filii hominis* (בַּר אֱנָשׁ) perſona, Iudaeis deſtinatum (Dan. 2, 44. 45. 7, 27 ff.), ut quinta orbis terrarum monarchia (2, 44. 7, 26. 27.), poſt multas calamitates eventura (12, 1.), eaque aeterna et immutabilis et cum mortuorum reſurrectione et iudicio extremo coniuncta (12, 2.). Iſte vero filius hominis, qui in nubibus apparens fingitur (7, 13. 14.) [b]), pro ſymbolo totius monarchiae quintae, non pro ipſo Meſſia habendus eſt.

Quae vero fuerint Ieſu Chriſti aetate Iudaeorum de Meſſia ſpes et cogitationes, aliquo modo ex N. T. librorum cum Veteris T. et Iudaeorum aliis libris comparatione cognoſci poteſt. Attamen Philo [c]) et Ioſephus [d]) haud ſatis accurate loquuntur, et Philo quidem feliciorum temporum ſpem et exſpectationem in ſola animorum ad virtutem et pietatem converſione reponit. Tempus autem, quo Meſſias appariturus dicebatur, Iudaei quidem, qui univerſam aeternitatem in duo magna ſpatia dividebant, h. e. in tempus ante Meſſiae (עוֹלָם הַזֶּה, ὁ αἰὼν οὗτος, ὁ νῦν αἰών) et in tempus poſt Meſſiae apparitionem (עוֹלָם הַבָּא, ὁ αἰὼν ὁ μέλλων), ita, ut ſecundum vel univerſum intelligerent et ipſum aevum Meſſianum complectens, vel inde a regno

Messiae finito inciperent, Iesu Christi aetate magno cum desiderio propediem adfore sperabant (Luc. 2, 25. 26.) [e]). Et huius quidem adventus signum esse credebant tempus durum, grave et calamitosum (Matth. 24, 7—12. 21. Luc. 21, 23. Marc. 13, 19. 1 Cor. 7, 26. 2 Tim. 3, 1. coll. Dan. 12.), per rei Messianae adversarios adductum, inprimis per falsos doctores, a Satana quidem subornatos, qui ficta Antichristi persona per prosopopoeiae figuram adumbrantur (1 Io. 2, 18. 4, 3. 2 Thess. 2, 3. 8. 9.) (§. 104. *c.*) [f]), itemque Eliae in vitam reditum (Matth. 17, 10. 11. Marc. 9, 12. Luc. 1, 16. 17. coll. Mal. 3, 24.). Ceterum hac potissimum conditione adventurus credebatur Messias, si homines vitia sua corrigerent et resipiscerent (Matth. 3, 2.). De genere et persona Messiae diversae exstiterunt opiniones. Plurimi enim hominem eum esse genitum et natum credebant (Io. 1, 45. 49.), pauci videntur altiorem ei et divinam naturam tribuisse (Io. 12, 34.), quod item Apostolis visum (§. 83.). In Messiae muneribus et negotiis numerabatur inprimis magni alicuius regni Iudaici restitutio (Act. 1, 6.), Iudaicae religionis instauratio et emendatio (Luc. 1, 73. 74. 2, 32.), quemadmodum Samaritani Messiam solo prophetico munere functurum exspectasse videntur Io. 4, 25. 42. [g]), denique expiatio peccatorum (Matth. 1, 21. Luc. 1, 76. 77. coll. Ez. 36, 25. 37, 23. Zach. 13, 1. Dan. 9, 24.). Nec defuerunt, qui post mortuorum Israelitarum resuscitationem (Apoc. 20, 4. 5. Luc. 14, 14. 1 Cor. 15, 22. 23.), Satanae devictionem (Apoc. 20, 10. 14. 15. Matth. 25, 41.), regni divini, per mille tantum annos duraturi (Apoc. 20, 4. 5. 1 Cor 15, 23—25.), constitutionem (ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ Marc. 1, 14. — τῶν οὐρανῶν Matth. 3, 2. al. coll. Dan. 7, 17. 18.), deinde reliquorum mortuorum resuscitationem (Apoc. 20, 12. 13.) et iudicium de omnibus per orbem terrarum hominibus habendum (Matth. 25, 31 ff. Apoc. 20, 11—13.), tellurisque tum destructionem (2 Petr.

3, 7—12.), tum inſtaurationem (ib. Apoc. 21, 1—4. Rom. 9, 19. 21. Matth. 19, 28.) a Meſſia exſpectarent. Ex his omnibus facile intelligitur, qua via et ratione ortae ſint diverſae eae, quae in N. T. libris Ieſu, apud Io. 18, 36. 37. regnum quoddam virtutis a ſe inſtituendum diſerte profeſſo, attribuuntur ſententiae de regno, quod ille, dum in his terris viveret, inſtituerit, et de altero coeleſti, quod olim cum inſigni pompa et ſplendore redux ſit conditurus [b]).

Schoettgen Horae hebr. et talmudicae. T. II. Dresdae. 1742. 4. De Meſſia. Ziegler *Ueb. d. Urſprung d. Ideen v. Meſſias*, in Henke *Magaz.* I. 61 ff. Stahl *Von d. meſſianiſchen Zeiten*, in Eichhorn *Allg. Bibl. d. bibl. Lit.* V. 682 ff. Ammon *Bibl. Theol.* II. *Chriſtologie des A. T.* 2. A. G. S. Ritter *Die Begriffe v. Meſſias in ihrer ſucceſſiven Entwicklung*, in Scherer *Schriftforſcher.* B. II. St. 1. Paulus *Commentar.* III. 34 ff. *Ueb. d. nächſten Urſprung meſſian. Erwartungen.* Bertholdt Chriſtologia Iudaeorum Ieſu Apoſtolorumque aetate. Erl. 1811. De Wette *Bibl. Dogmat.* 2. A. §§. 139. 40. 188 ff.

a) Opinio de Meſſia ad Davidis exemplum (Pſ. 22.), non ſatis apte quidem in Chriſtum translatum (De Wette *Commentar üb. d. Pſalmen.* 2. A. Heidelb. 1823. p. 236 f.), magnas aerumnas paſſuro (Stäudlin *Urſprung d. Idee eines leidenden Meſſias*, in *Theol. Bibl.* I. 241 ff. Bertholdt Chriſtologia Iud. §. 29. Schmidt *Bibl. f. Krit. u. Exeg. d. N. T.* B. I. St. 1.), poſt Ieſu fata demum ex oraculo illo celeberrimo Ieſ. 53. (§. 136. *d.*), quod quidem a Paulo Ap., ſententiae de expiatione a Meſſia praeſtita defenſore acerrimo, in ſubſidium huius doctrinae probandae haud diſtincte allatum eſt, et ex Ieſu ipſius, mortem violentam ſibi praeſagientis effatis nonnullis (cf. Matth. 9, 15. 16, 21. 17, 20 ff. 20, 17—19. 22—28. 21, 33 ff. 26, 2. 24 ff. 45. Io. 2. 19. 21. 3, 14 ff.), exorta (De Wette de morte Ieſu Chr. expiatoria. 1813. 66. 71 ff. Kaiſer *Bibl. Theol.* I. 221.), nec niſi pauciſſimis tantum Iudaeis ante Chriſti tempora probata fuiſſe videtur. (Ioann. 1, 29. 33. coll. 12, 34. Luc. 24, 20 ff.) Bauer *Theol. d. A. T.* §. 167 ff. Bretſchneider *Handb. d. Dogmat.* II. 2. A. 144 ff. Geſenius *Commentar üb. d. Jeſaia.* ad Ieſ. 53.

b) Paulus *Commentar.* III. 53 ff. De Wette *Bibl. Dogm.* 163. Etſi perſona Meſſiae non diſtincte ſignificatur in locis ſupra ll.,

tamen singula dicta in Iesum Messiam inde translata sunt Matth. 26, 64. coll. Dan. 7, 13. — Matth. 24, 15. coll. Dan. 9, 27.; et in l. Henoch, quem aetate Christi conscriptum esse probabile est, nomen filii hominis *συνώνυμον* est Messiae et filii Dei. — Gesenius *Hebr. Wörterb.* s. h. v. Ei. *Commentar üb. d. Ies.* I. L. 1821. ad 9, 5. p. 365. „*Allerdings nimmt die Messiasidee späterhin die Wendung, dass man unter dem Messias ein höheres überirdisches Wesen, vom Himmel gesandt, aber immer noch keinen incarnirten Jehovah, dachte (nach Dan. 7, 13); aber diese verklärtere Vorstellung entsteht erst gegen die Zeit Christi, nachdem die messianische Hoffnung so lange getäuscht, aber auch immer mehr gesteigert worden war.*"

c) De somniis. I. 591. De execrat. 937 ff. De praemiis. 922 ff. Stahl *Philo's Lehrbegriff*, in Eichhorn *Bibl.* IV. p. 849 ff. De Wette *Bibl. Dogmat.* §. 192.

d) Iosephus, qui oraculum quoddam Messianum ad Vespasianum, imperatori scilicet adulatus, retulit (B. J. VI. 5.), reliqua silentio praeteriit.

e) Sueton. Vit. Vespas. c. 4. Claud. 25. Tacit. Historiar. l. V. c. 13. Ioseph. B. J. II. 13. 4. VI. 5. Arch. XX. 5. 1.

f) Gesenius *Art. Antichrist*, in Ersch u. Gruber *Encykl.* IV. 292 ff.

g) Ei. Progr. de Samaritanorum theologia ex fontibus ineditis. H. 1823. 4. p. 41 ff. et Anecdota Orientalia. Fasc. I. Carmina Samaritana. L. 1824. 4. p. 75 f.

h) Formula *βασιλεία τοῦ θεοῦ* (*τῶν οὐρανῶν*, *τοῦ χριστοῦ*), in N. T. ll. tantum legitur. Form. מַלְכוּת הַשָּׁמַיִם, quae exstat in Targum ad Mich. 4, 7., neque in hoc ipso loco, neque omnino apud Rabbinos de regno Messiano accipitur, sed de peculiari numinis supremi regimine singularique Iehovae, qua sua gauderet civitas, tutela, cuius quasi ministri reges in civilibus, in sacris vero rebus sacerdotes essent. Koppe Nov. Test. V. VI. ad epp. ad Thess. excurs. I. de regno Christi in N. T. formulis *βασ. θ.* etc. expresso. Voce *βασιλ. τ. θ.* cet., quae haud raro sensu quodam ambiguo Iudaicisque imaginibus atque commentis obvoluta reperitur, tum in universum significatur regnum a Messia condendum felicissimum, quasi aurea aetas a prophetis varie descripta et genti Iudaicae promissa (Matth. 20, 21. Luc. 1, 68 ff. 2, 30. 32.), tum maxime illa verorum Dei cultorum societas, ad honeste beateque vivendum in terrarum orbe a Messia instituenda (Matth. 4, 17. 11, 12. 12, 28. 16, 19. Mc. 1, 14.

14. 15. Luc. 4, 43. 17, 20 ff. Io. 18, 36. Rom. 14, 17. 1 Cor. 4, 20. Col. 1, 13. Hebr. 12, 28.), et in vita futura continuanda novaque felicitate ornanda (Matth. 7, 21. 8, 11. 19, 28 f. 20, 23. 26, 29. 1 Cor. 6, 9. Gal. 5, 21. 2 Petr. 1, 11. al.). — Schoettgen Diſſ. de regno coelorum in Hor. hebr. I. 1147 ff. G. Ch. Flatt Diſſ. de notione vocis *βασ. τῶν οὐρ.* Tub. 1794. rec. in Velthuſen — Commentatt. theoll. V. II. Süskind *Magaz. f. chriſtl. Dogm. u. Moral.* St. 10. 143 ff. Kuinoel Commentar. in ll. N. T. hiſtoric. I. ad Matth. 3, 2. ed. 3. Bertholdt Chriſtologia Iud. 187 ff. Ballenſtedt *Das Meſſiasreich als Dichtung u. als Grundlage d. ewigen Reichs d. Wahrheit.* Gött. 1812. De Wette *Bibl. Dogmat.* 196 ff. 229 f. 272. 2. *A.* Cf. Baumgarten-Cruſius *Einleit. in das Stud. der Dogm.* 1820. p. 103 f. — Apol. Auguſt. Conf. Art. IV. p. 147. „Eccleſia, quae vere eſt regnum Chriſti."

§. 121.

Summa vitae Ieſu Chriſti in libris N. T. enarratae.

Hiſtoria vitae Ieſu Chriſti, ad exemplum narrationum ſimilium ex antiquitate ad noſtra tempora conſervatarum, ſi quis eam ad iuſtam veritatis hiſtoricae trutinam exigere velit [a]), manifeſto docet, Ieſum fuiſſe hominem, nec niſi humana ſorte, luculentis quidem divinae providentiae documentis inſigni, eſſe perfunctum. Sublato enim velamine mythico et remota quavis exornatione ex pio reverentiae erga ipſum ſenſu profecta, quibus ſingula eventa et facta, quae de Ieſu in libris N. T. tradita ſunt [b]), involuta cernuntur, hac ratione vitam eius paucis adumbrare licet. Natus eſt, Octaviano Auguſto imperante Romanis, Herode in Iudaea regnante (a. u. c. 753, imp. Aug. 45 ex aera Dionyſiaca, cum evangeliorum narratione haud bene conciliando [c]), parentibus Galilaeis, qui ab evangeliſtis Davidicae ſtirpi annumerantur. Mature iam eximiis animi corporisque dotibus fervidoque religionis ſenſu inſtructus (Luc. 2, 41 — 52. Act. 10, 38.) et intima librorum V. T. cognitione imbutus, poſt ſuſceptum ab

Ioanne baptismum religionis doctor inter Iudaeos prodiit, et ad veterum prophetarum exemplum, qui mores aequalium depravatos carpebant illosque ad meliorem frugem reducere enixe ſtudebant, diſcipulos aliosque auditores, oppida et vicos terrae Palaeſtinenſis maxime obeundo, ſtrenue edocebat [d]). Quo munere fungens, quum Phariſaeorum potiſſimum traditiones atque argutias acriter impugnaret, Sadducaeorum incredulitatem fortiter redargueret omninoque religionem popularium ſuorum ad animi puri recteque factorum ſtudium non fucatum ſedulo revocaret; dictis et factis inſignibus mox ita inclaruit, ut pro propheta (Luc. 7, 16. 9, 8. 24, 19. Io. 4, 19. 6, 14. 40.) et pro ipſo Meſſia, tunc temporis ab Iudaeis quam maxime deſiderato, a pluribus haberetur. Neque dubitavit ipſe, Meſſiam ſive Dei filium (Matth. 23, 8. 10. 26, 63. 64. Luc. 22, 70. 24, 26. Io. 4, 25. 26. 10, 24. 25.) et Dei legatum (Matth. 5—7. Io. 17, 3.) ſe profiteri, quum, providente Deo, nonnullis V. T. effatis potiſſimum adductus, de hac Meſſiana ſua dignitate et de munere doctoris divini a Deo ipſo ſibi conceſſo, ad aequalium notiones accommodate, firmiſſime ſibi perſuaſiſſet. Quamvis virtutis et ſanctitatis ſtudio excellentiſſimus nihil fere niſi puriorem doctrinam Moſaicam popularibus traderet et ſuo ipſius exemplo commendaret, neque politicae [e]), ſed moralis rerum converſionis, regni ſcilicet divini, auctorem ſe fore, ſatis luculenter demonſtraſſet (Mtth. 5—7. 22, 17 ff. 23, 37. cf. Io. 18, 36. §. 120. b. n. *h.*), plurimos tamen nactus eſt inimicos potentiſſimos, qui eius doctrinam impotenti ipſorum dominandi libidini ac terrenorum commodorum cupiditati infeſtam iudicarent, quorumque inſidiis, diu fortiter adverſatus, poſtremo ſuccubuit. Capite damnatus a plebis inſanae proceribus cruci affixus eſt; verum, licet adſtantibus vere exſpiraſſe viſus, paucis horis poſt, e cruce ſublatus et ſedulae amicorum curae traditus in novo ſepulcro ſepoſitus eſſet, tamen, Deo providente,

tertio die in vitam rediit et poſtquam diſcipulos aliquoties convenerat eosque de conſilio ſuo, novum religionis inſtitutum condendi atque propagandi, denuo certiores fecerat, ab iis ſeceſſit, nec unquam poſtea ab illis conſpectus eſt *f*).

Kaiſer *Bibl. Theol.* 230 ff. De Wette *Bibl. Dogm.* 2. *A.* 185 ff. — Klefeker *Prakt. Vorleſungen üb. d. N. T. für nicht gelehrte, aber nachdenkende Leſer.* 6 Hefte. Hamb. 1811. 12. Joh. Chr. Greiling *Das Leben Jeſu v. Nazareth. Ein religiöſes Handb. für d. Geiſt u. d. Herz d. Freunde Jeſu unter den Gebildeten.* H. 1813. J. A. Jacobi *Die Geſch. Jeſu für denkende u. gemüthvolle Leſer.* Goth. 1816.

a) De iis, qui narrationes de vita I. Chr. ad artis hiſtoricae legem omnino iudicandas eſſe, temere negarunt v. De Wette *Religion u. Theol.* B. 1815. p. 145 ff. 2. *A.* 1821. p. 173 ff. Neque vero fieri poteſt, ut religionis Chriſtianae auctori maior dignitas aut excellentia concilietur, ſi vitae eius partes et caſus non ſecundum naturalem rerum humanarum viam a Deo conſtitutam, ſed ſupernaturali ſive miraculoſa quadam ratione eveniſſe dicantur. Nam ſi hoc eſſet, conſequeretur, naturales rerum in orbe terrarum gerendarum leges a divina ſapientia et omnipotentia conſtitutas quaſi minorem quandam dignitatem habere, hominumque praeſtantiam ex iis potius, quae ipſis accidunt, quam ex conſiliis et factis debere exiſtimari. Atque qui facta Chriſti miraculoſa, quae etiamſi vere narrata fuiſſe nemo dubitabit, tamen ex iſtius aetatis et populi ſenſibus et opinionibus interpretanda ſunt, maiorem ei dignitatem addere opinatur, quam eius de genere humano merita, quae divina doctrina continentur, is aperte a compluribus Ieſu Chriſti effatis discedit, qui ſuperſtitioſam miracula videndi cupiditatem ſaepenumero graviter vituperabat doctrinaeque ſuae ſine eiusmodi oſtentis et prodigiis fidem haberi volebat (§. 46.). Omnino ſi quis religionem Chriſtianam ut ſalutare inſtitutum hominibus datum, miraculoſa origine graviorem aut Deo digniorem fieri putet, is concedat neceſſe eſt, reliquis Dei inſtitutis ad ſalutem humani generis, quae ſecundum leges naturae perficiuntur, multum detrahi eorumque dignitatem valde imminui. Et nos quidem eccleſiae Proteſtantium addicti ſane non haberemus, quod ſacrorum reformationem divino conſilio tribuendam eſſe gloriaremur, quum eius initia et incrementa naturali via ac ratione perfecta eſſe ſatis conſtet.

b) Fontes hiſtoriae vitae Ieſu Chr. in N. T. libris maxime quaerendi ſunt; neque in teſtimonio illo de Ieſu Chr. a Flav. Ioſepho Arch. XVIII. 3. allato, de cuius vel *αὐθεντίᾳ* (Eichſtaedt Pr. Flaviani de I. Chr. teſtimonii *αὐθ.*, quo iure nuper defenſa, quaeritur. Jen. 1814.), vel integritate (Gurlitt *Einige Reden* —. Hamb. 1821. p. 19., quo loco alia hac de re ſcripta indicata ſunt) omni iure dubitatum eſt; neque in ſcriptis iſtis fictis ac ſuppoſiticiis latent, v. c. Actis Pilati (Henke Pr. de Pilati actis probabilia. Helmſt. 1784. rec. in eiusd. Opuſcc.) et quae noſtrae aetatis credendi magis, quam dubitandi libidine laborantis et ad ſuperſtitionem, ignorantiae et teſtem et comitem proclivis, ſcriptores denuo iactarunt, Abgari ad Chriſtum huiusque ad illum epiſtola (Röhr *Krit. Pred. Biblioth.* I. 1820. p. 161 ff.) et Publii Lentuli ep. ad ſenatum Romanum de Ieſu Chr. ſcripta, cuius authentiam falſo iactatam denuo docte, ut ſolet, oppugnavit Gablerus V. V. Pr. Jen. 1819.

c) Paulus *Commentar üb. das N. T.* I. 36 ff.

d) Cf. Kähler *Betrachtungen üb. die doppelte Anſicht, ob Jeſus blos ein jüd. Landrabbine, oder Gottes Sohn geweſen ſei?* Königsb. 1821. Ieſum, qui nomine *ῥαββί* ſaepiſſime ſalutatus eſt, hiſtoria teſte, more Rabbinorum ruricolarum vixiſſe, nihilo minus tamen pro Dei filio haberi potuiſſe, ideoque ſententias ſupra ſignificatas perperam ſibi invicem opponi, patet e ſcriptorum antiquitatis peritiſſimorum libris. Schoettgen Lectiones rabb. T. II. c. 12. ad Luc. 4, 16. 17. Danz N. T. e Talmude explicatum. p. 578. Hilſcher de ſtudiis Chriſti *ἄτερ γραφῆς*. Vid. Fabric. Cod. Apocr. N. T. T. III. 432. Paulus *Heidelb. Jahrbücher.* 1823. I. 21 ff.

e) De Ieſu conſilio regnum non politicum ſed morale inſtituendi, licet eius ope res publicas etiam inſtitui ſenſim ſapientius ipſum voluiſſe probabile ſit, vid. Doederlein Inſtit. theol. Chr. II. 288 ff. Bretſchneider *Handb. d. Dogm.* II. 495 ff. Cf. Melanchthon Loci theoll. p. 51. ed. Auguſti. „Peſtilentiſſima opinio, non poſſe res publicas adminiſtrari iuxta Evangelium, quaſi tale aliquid tradiderit Chriſtus, quod ad pauculos tantum monachos, et non potius ad univerſum genus humanum pertineat.“ Quam vero alienus ille fuerit ab omni ſeditione, vel exinde patet, quod ſolenniter urbem ingreſſus, teſte Matthaeo (21, 12 f.), tanquam ſtrenuus cenſor morum ſtatim ad templum acceſſit, hoc ipſum a profanatione vindicaturus. Cf. quae Stoici de mundo, communi hominum et Deorum civitate (Cic. Fin. III. 19.) et de ſacro univerſi

vinculo (σύνδεσις ἱερά, Antonin. de ſe ipſo VII. §. 9.) philoſophati ſunt. Add. Kant *Kritik d. rein. Vernunft.* 840. Ei. *Religion.* 125 ff.

f) Quam varie iudicatum fuerit in ipſa antiquitate Chriſtiana de temporis ſpatio, quo Ieſus vitae redditus cum ſuis verſatus ſit, patet ex Iren. adv. haer. l. I. 30., quo loco Ophitas, et II. 3., ubi Valentinum contendiſſe refert, Ieſum poſt ipſius reſurrectionem per XVIII menſes ſuis adfuiſſe.

§. 122.

De Ieſu homine, doctrina eccleſiaſtica.

Quantopere Deus miſeria a peccato originis oriunda homines liberare cuperet, eius rei, ex ſententia in II. ſymbolicis propoſita, luculentiſſimum documentum exhibuit eo, quod ipſa ſecunda in Deo perſona f. filius Dei opem hominibus laturus, unde nomen Ieſu (σωτήρ Matth. 1, 21.) ei inditum, de coelo deſcenderit humanamque naturam aſſumſerit *a*). Quem quidem revera fuiſſe hominem, non ſolum antiquioris aetatis theologi contra eos, qui ipſum vel ſola corporis humani ſpecie *b*), vel cum corpore coeleſti *c*), in terris verſatum eſſe putabant, ſed etiam recentiores variis argumentis probare conati ſunt. Provocarunt inprimis ad dicta illa, quibus ipſa humanitas, nomen ὁ ἄνθρωπος, ἀνήρ (Matth. 26, 72. Marc. 15, 39. Luc. 23, 47. Io. 1, 14. 8, 40. Act. 2, 22. 17, 31. Rom. 5, 15. 19. 1 Cor. 15, 21. 1 Tim. 2, 5.), animus *d*) (Matth. 20, 18. 27, 50. Luc. 23, 46.) et corpus humanum (Luc. 24, 39.), et affectiones atque imbecillitates humanae (Matth. 4, 2. Io. 4, 6 ff. Matth. 8, 23. 26, 38. Luc. 19, 41. Io. 11, 33. Hebr. 5, 7. 8. al.) ei tribuuntur. Nihilo minus ſcriptores N. T. originem Ieſu humanam haud vulgarem fuiſſe docent eamque ita deſcribunt, ut ipſum vel coelitus a patre miſſum veniſſe in univerſum teſtentur (Io. 3, 31. 6, 62. Gal. 4, 4. Phil. 2, 7. Hebr. 2, 14.), vel absque parentis interventu ſpiritus ſancti et potentiae divinae effectu ſingulari in utero Mariae virginis

formatum ex eaque natum esse perhibeant. (Matth. 1, 18 ff. Luc. 1, 35.). Quam postremam sententiam Patres et doctores ecclesiastici hac formula sanxerunt, ut Iesum, quatenus humana eius natura spectatur, a spiritu s. procreatum e Maria matre, inviolata eius virginitate [e]) (quod tamen loco Luc. 2, 22 ff. repugnat), hominem natum esse docerent, natura praeditum humanae quidem *consubstantiali*, verum *integritatis*, *ἀναμαρτησίας* [f]), *ἀνυποστασίας* et *immortalitatis* proprietatibus ab ea distincta.

a) Catech. mai. Art. II. 494. „Hic (ubi perpetuae damnationi adiudicati eramus) nulla erat amplius relicta aut spes recuperandae gratiae, aut consilium adipiscendae salutis, aut auxilium placandi Patris — donec ille immortalis Patris immortalis Filius calamitosam miseriam et exitium nostrum sua profundissima bonitate miseratus, de coelo nobis opem laturus descendit." Symb. Nic. (Fil. D.) „propter nostram salutem descendit de coelis et *incarnatus* est de spiritu s., ex Maria virgine et homo factus est." Conf. Aug. Art. III. 10. „Docent, quod verbum h. e. Filius Dei *assumserit* humanam naturam in utero beatae Mariae virginis." Form. Conc. VIII. 608. „Filius Dei humanam nat. in unitatem divinae suae personae *assumsit* sibique eam propriam fecit." Cf. Tertull. de carne Christi. c. 5. „Natus est Dei filius; non pudet, quia pudendum est. Et mortuus est Dei filius. Prorsus credibile est, quia ineptum est. Et sepultus resurrexit. *Certum est, quia impossibile.*"

b) *Docetae* (1 Io. 1, 1. 2. 4, 3. 2 Io. 7.), *Phantasiastae* (Herm. Agatho Niemeyer Diss. histor. theol. de Docetis. H. 1823. p. 3. de duobus Docetarum generibus.), *Gnostici*, *Manichaei*, *Priscillianistae*. Gerhard L. th. III. 403 ff. Beausobre *Histoire du Manichéisme*. V. II. p. 137. G. J. Planck Obss. in primam doctrinae de naturis Christi historiam. Goett. 1787. 89. rec. in Commentt. theoll. ed. a Velth. Kuinoel et Ruperti. V. I. 141 ff. Münscher *Dogmeng.* II. 173 ff.

c) *Docetae* nonnulli, *Bardesanes*, *Basilides*, *Apollinaris*, *Paulicciani*, *Anabaptistae* (Baumgarten *Pol.* II. 53 ff.) et *Fanatici* recentiores, *Quakeri*, *Bourignonia*, *Poiretus*, *Petersenus* al. Cotta ad Gerhard L. th. III. 406. IV. 17 ff.

d) *Apollinaristae ψυχήν*, non *νοῦν* Christo homini attribuerunt.

Epiph. Haereſ. 78. — De reliquis controverſiis huc ſpectantibus, v. c. cum *Aphthartodocetis*, *Agnoetis* — v. Beck l. l.

e) Artt. Smalc. P. I. art. IV. „Filius ita factus eſt homo, ut a ſpiritu ſ. ſine virili opera conciperetur, et ex Maria pura, ſancta, *ſemper virgine*, naſceretur." Form. Conc. Sol. decl. XII. 767. „Filius Dei etiam in utero matris divinam ſuam maieſtatem demonſtravit, quod de virgine, *inviolata ipſius virginitate*, natus eſt. Unde et vere θεοτόκος, Dei genitrix eſt, et tamen virgo manſit." Idem docet Catech. Rom. P. I. Art. III. Mariae virginitatem poſt partum ab obſtetricibus fuiſſe exploratam vetus fuit traditio, ut patet ex Clemente Alex. Strom. VII. p. 545. Καὶ γὰρ μετὰ τὸ τεκεῖν αὐτὴν μαιωθεῖσάν φασί τινες παρθένον εὑρεθῆναι. Idem fuſius enarrat Suidas ſ. v. Ἰησοῦς.

f) Catech. mai. Art. II. 495. „Homo factus et a Sp. ſ. ac Maria virgine ſine labe peccati conceptus et natus eſt, ut eſſet peccati dominus." Form. Conc. Sol. decl. I. 648. „Filius Dei humanam noſtram naturam, ſine peccato tamen aſſumſit, ita quidem, ut nobis, fratribus ſuis per omnia ſimilis fieret, peccato excepto, ut Apoſtolus docet (Hebr. 2, 7.)." De ἁναμ. ſ. *impeccabilitate* docuerunt theoll., Ieſum non *imputative*, ſed *inhaeſive* a peccato originis et proprio immunem fuiſſe; certatum eſt, utrum Ieſus *non potuiſſe* peccare, an potius *potuiſſe non* peccare recte dicendus ſit. Buddeus Comp. theol. dogm. 497. Baumgarten *Glaubensl.* II. 74. Gerhard l. l. III. 373 ff. Cotta Diſſ. II. 72 ff. Bretſchneider *Entwickl. d. dogmat. Begr.* 3. *A.* 562 f. — Philo de caritate. 716. Τὸ μὲν μηδὲν συνόλως ἁμαρτάνειν ἴδιον Θεοῦ, τάχα δὲ καὶ θείου ἀνδρός. Cf. Luc. 18, 18. 19.

§. 123.

Epicriſis.

Non defuerunt, recentiore potiſſimum aetate, qui conceptionem illam Ieſu miraculoſam teſtimoniis ſatis idoneis confirmari negarent, rationibus uſi criticis, exegeticis et hiſtoricis. Monuerunt primum Critici, priora duo capita evangelii ſecundum Matthaeum in archetypo huius evangelii Aramaeo, Epiphanio[a]) teſte, ſicut in Tatiani evangelio, nondum adfuiſſe, itemque Marcionis evangelium, quod, niſi e Lucae evan-

gelio decerptum, tamen ſimillimum eidem fuiſſe videtur, nec initium nec finem huius habuiſſe [b]). Neque vero inde conſequitur, narrationes iſtas ſeculo primo nondum cognitas, nec ipſis evangeliis noſtris inſertas fuiſſe, praeſertim quum in optimis codicibus et verſionibus antiquis haud deſiderentur [c]). Verum gravioribus premuntur difficultatibus exegeticis, oriundis praecipue ex diſſenſu manifeſto ipſius argumenti, maximeque duplicis genealogiae Ioſephi, qui tamen pater Ieſu fuiſſe negatur, a Matthaeo 1, 1. et Luca 3, 23 ff. exhibitae [d]). Accedit, quod neque Ieſus unquam, neque Ioannes, qui quidem certiſſimam huius rei notitiam afferre poterat (Io. 19, 27.), neque alius Apoſtolus ad originem iſtam Ieſu miraculoſam provocavit. Imo Maria Ioſephum patrem Ieſu appellavit (Luc. 2, 28.), quod Ieſus quoque data opportunitate minime denegavit (Io. 7, 27.), et Paulus ipſum ἐκ σπέρματος Δαυὶδ genitum eſſe diſerte affirmat Rom. 1, 3. 2 Tim. 2, 8. coll. Rom. 9, 1. Gal. 4, 4. 29. Adde, quod fratres eius ipſi fidem non habuerunt (Io. 7, 3 ff.), et comite ipſa matre, Ieſum aliquando, tanquam mentis non compotem, prehendendum curaverunt. (Marc. 3, 21. 31.) *Deinde* Ieſum a populo palam pro Ioſephi filio habitum eſſe conſtat. (Matth. 13, 55. Marc. 6, 3. Luc. 2, 48. 3, 23. 4, 22. Io. 1, 46. 6, 42. 7, 27. 41. 42. Rom. 9, 5.) *Denique* effatis Angeli, ad vulgarem Iudaeorum opinionem accommodatis, de Ieſu thronum Davidis occupaturo (Luc. 1, 32.), neque Ieſu ipſius conſilium (Luc. 17, 20. 21. Io. 18, 36.), neque eventus unquam reſpondit. Quodſi vero hiſtoriae luce narrationes iſtae colluſtratae fuerint, dubitare non licet, quin iam prioribus ſeculis plures exſtiterint, qui praeeuntibus Cerintho, Carpocrate, *Ebionitis* aliisque, Ieſum Ioſephi filium fuiſſe contenderent (§. 88.), et quin apud omnes fere populos incultiores, quippe qui humana miſcendo divinis primordia civitatum vel religionum auguſtiora facere ideoque fata resque geſtas viro-

rum inſignium ad numinis auxilium referre conati ſint, ſimilia de incarnationibus Deorum et de hominibus a natura quadam coeleſti progenitis reperiantur commenta *e*). Quae quum ita ſint, eorum ſententia maxime probabilis eſſe videtur, qui evangeliſtarum de natalibus Ieſu Chriſti inſolitis narrationem pro mytho ſacro ex Iudaeorum opinionibus quibusdam (cf. Io. 7, 27. 42 ff.) et prophetarum oraculis (Ieſ. 7, 14. Mich. 5, 1.) aevo ſequiore demum compoſito, habendam eſſe exiſtimant *f*); e quo haec ſententia univerſalis in communem hominum uſum converti poteſt: principium, quod dicunt, divinum, in Ieſu Chriſti vita et factis conſpicuum ab ipſo Deo recte derivari, quemadmodum homo religione vere imbutus, quidquid divinum ſeu Deo probatum et Deo dignum in hiſtoria generis humani conſpexit, a Deo auctore repetere ſolet. Qua ſententia bene confirmata, quaecunque de miraculoſis naturae Ieſu Chriſti humanae proprietatibus iactata ſunt, prorſus quidem concidunt, minime vero perſuaſio ea, qua in ipſis rei Chriſtianae primordiis divinae rerum humanarum gubernationis documentum nobis exhibitum pie veneramur, et tempus, quo Ieſus natus eſt, dotes viresque eximias, quibus inſignis fuit, et opportunitates, quas nactus eſt, ad illas excolendas et ad uſum hominum transferendas, ipſo Ieſu praeeunte (Io. 8, 29.), a Deo repetimus auctore ac moderatore ſapientiſſimo benigniſſimoque.

a) Haereſ. 30.

b) Irenaeus adv. haereſ. I. 29. „Id quod eſt *ſecundum Lucam Evangelium* circumcidens, et omnia, quae ſunt de generatione Domini conſcripta auferens —." A. Hahn *Das Evang. Marcions — ein verſtümmeltes u. verfälſchtes Lukas-Evangelium.* Königsb. 1823. p. 123 f. Cf. *Göttinger gelehrte Anzeigen.* Nr. 38. 1823.

c) De Matthaei ad Matth. 1, 17. G. Conr. Horſt *Ueb. die beiden erſten Kapitel im Lukas, in hiſtor. krit. u. exeget. dogm. Hinſicht*; in Henke *Muſeum.* I. St. 3. Storr *Lehrb. d. Dog-*

mat. 536 ff. Cf. Bertholdt *Hiſt. krit. Einl. in d. A. u. N. T.* III. p. 1270 ff., ubi aliorum hac de re ſcripta recenſet, et priora duo Ev. Matthaei capita a graeco huius evangelii interprete adiecta eſſe contendit.

d) Interpres candidus, miſſis, quaecunque ad tollendas iſtas difficultates parum ſcite in medium prolata ſunt, in utroque evangelio Ioſephi genealogiam vere deſcriptam eſſe, nullo modo dubitabit. Quod vero Graecus Evangelii Matth. interpres et Lucas nihilominus narrationem de miraculoſa Ieſu Chr. conceptione per ſpiritum ſ. effecta in commentarios ſuos receperunt, id commode explicatur e manca et ſimplici hiſtoriae tunc temporis indole traditiones diverſas, vel ſibi repugnantes, ſcriptoribus forte oblatas haud bene diiudicantis, et quaecunque ad honorem vitae deſcribendae conducere viderentur, pie congerentis.

e) De *υἱοῖς θεῶν*, qui *παρθενογενεῖς* dicti ſunt apud Graecos antiquiores, vid. Wetſtein *N. T.* I. 236. Paulus *Commentar üb. d. N. T.* I. 136 ſ. ad Matth. 1, 25.; de Aegyptiis, Apim divinitus et coeleſti igne conceptum fuiſſe opinantibus v. Pompon. Mela. I. c. 9. §. 7. (ubi cf. Tzſchucke Commentar. exeget. V. III. P. I. p. 300., qui Herodot. III. 28. et Aelian. Hiſt. animal. XI. 10. affert: *γίνεται ἐκ βοὸς, εἰς ἣν οὐράνιον σέλας ἐμπεσὸν σπορᾶς αἴτιόν ἐστιν.*); de Budda Indorum, e virginis latere nato, v. Hieronym. adv. Iovinianum. I. 26. II. 14., de recentt. Indorum commentis huc referendis Klaproth *Aſiatiſches Magaz.* Weim. 1802. St. 3 ff. *Von den Incarnationen des Vhisnou.* Heeren *Ideen* —. II. Abtheil. 2. *Die Indier.* 3. *A.* 466 ff. Indi, Deos adſumto corpore humano ſimul in terris atque in coelis verſari, finxerunt. p. 490 ff. Bauer *Bibl. Theol.* I. 315 ſ. De Simone Mago v. Apoſtolor. hiſtor. de Petro l. l. c. 9. in Fabric. cod. apocr. N. T. II. 416. „Ego (Simon) ſum prima virtus (cf. Act. 8, 10.), qui ſemper et ſine initio ſum. Ingreſſus autem ſum in uterum Rachel, natus ſum ex ea, ut homo, ut ab hominibus videri poſſim." — Add. Ovid. Met. XV. v. 760 ff. Varro ap. Auguſtin. de civit. Dei. III. 4. „Utile eſt civitatibus, ut viri fortes ſe ex diis genitos eſſe credant, ut animus humanus divinae ſtirpis fiduciam gerens res magnas adgrediendas praeſumat audacius." Aegyptii ſtatuebant, *ὡς γυναικὶ μὲν οὐκ ἀδύνατον, πνεῦμα πλησιάσαι θεοῦ, καί τινας ἐντεκεῖν ἀρχὰς γενέσεως.* Plutarch. Num. c. 4. Apud Iudaeos inprimis filii parentum piorum proborumque a ſpiritu ſ. procreati dicti ſunt. Cf. Gal. 4, 19. Schmidt *Biblioth. f. Kritik u. Exegeſe d. N. T.* B. I.

1797. St. 1. *Die Nachricht, daſs Jeſus durch d. heil. Geiſt u. v. einer Jungfrau geboren worden ſey, aus Zeitbegriffen erläutert.* Ibid. St. 3. *Skiagraphie d. Geſchichte d. Dogma v. Jeſu übernatürl. Geburt.* Henke *Magaz.* Bd. V. 146 ff. *N. Mag.* III. 365 ff. V. 91 ff. Roſenmüller *Ueb. d. Geburt d. Heilandes von d. Jungfrau*; in Gabler *Theol. Journ.* II. 2. Ständlin *Dogmat. u. Dogmengeſch.* 295 ff. (Walther) *Verſuch eines ſchriftmäſsigen Beweiſes, daſs Joſeph der wahre Vater Chriſti ſey.* B. 1792. Bauer l. l. 303 ff. *Briefe üb. d. Rationalismus.* 229 ff. Greiling *Das Leben Jeſu von Nazareth.* 24 ff. Ammon Commentat. de primordiorum Ieſu Chriſti fontibus, incrementis et nexu cum religione Chriſtiana, in opuſcc. noviſſ. Gott. 1803. Ei. *Bibl. Theol.* II. 245 ff. Eberhard *Geiſt d. Urchriſtenthums.* III. 147 ff.

f) Ammon Summa Th. Chr. 186.

De ratione, narrationes iſtas in inſtitutione populari recte tractandi v. Niemeyer *Popul. u. prakt. Theol.* 6. *A.* 275 ff. Ammon *Zeit- u. Feſtpredigten.* Erl. 1810. 74 ff. Klefeker *Prakt. Vorleſ. üb. das N. T.* H. I. 65 ff.

§. 124.

Doctrinae eccleſiaſticae de Ieſu θεανθρώπῳ expoſitio hiſtorica.

Quanquam ſcriptores ff. pluribus in locis eidem Ieſu Meſſiae auguſtiorem quandam, divinae proximam, vel ipſam divinam tribuerunt naturam (§§. 82. 83.), *λόγον* (Io. 1, 14.), ſive filium Dei ſenſu eminentiore dictum (Rom. 9, 3. Gal. 4, 4. Phil. 2, 6. 7.), in Ieſu hominem factum eſſe affirmantes, nusquam tamen docent, quae ſit illa hominis Ieſu et naturae illius auguſtioris coniunctio, quique eius modus; neque notiones et voces iſtas *θεανθρώπου, naturarum, perſonae* et *communicationis idiomatum* Chriſtianae religionis doctrinae poſtea obtruſas, omnino exhibent. Supplevit tamen ſatis mature doctorum ſedula cura permultis iisdemque acerrimis excitata controverſiis. Poſtquam enim iam prioribus ſeculis alii aliter modum unionis filii Dei cum homine Ieſu factae explicare coeperant, in

quibus Gnoſtici, praeeunte Cerintho, λόγον in Ieſum hominem tum demum, quum baptizatus eſſet ab Ioanne, ſe demiſiſſe et ſub ipſius mortem ab eo receſſiſſe putabant [a]), Origenes exſtitit auctor ſubtilioris ſententiae [b]), qua λόγος ab animo Chriſti humano, quaſi mediatore coniunctionis Dei cum corpore, accuratius diſtingueretur. Apollinarem, epiſcopum Laodicenum, qui, aliis quidem (ἀψύχοις, Arianis) animum omnino humanum Chriſto denegantibus, ſec. IV λόγον inſtar et loco rationis (νόου) fuiſſe opinatus erat [c]), excepit ſec. ſequente medio Neſtorius, patriarcha Conſtantinop., qui, quum morem receptum Mariam θεοτόκον pro χριστοτόκῳ appellandi aliasque phraſes in eccleſia uſitatas, v. c. Deus natus, paſſus, mortuus eſt [d]), vituperaret, duas in Chriſto naturas ſeparare et quaſi duas perſonas ſtatuere viſus eſt. Qua ſententia in Concilio Epheſ. a. 431 damnata novisque finitionibus formulae orthodoxae introductis, ex ipſis Neſtorii adverſariis Eutyches in contrariam delapſus opinionem, commixtionem ſ. confuſionem naturarum in Chriſto, ita, ut una unitione facta exſiſteret, docere viſus eſt, contra quem Concilium Chalcedonenſe a. 451 naturas Chriſti ἀσυγχύτως καὶ ἀτρέπτως coniunctas eſſe voluit. Neque vero et aliarum ſynodorum decretis, neque ipſorum imperatorum edictis, v. c. celeberrimo illo Zenonis *Henotico* a. 482 edito novorumque diſſidiorum parente, prohibere potuit, quo minus novi identidem exorirentur et Neſtorii et Eutychis ſectatores (Monophyſitae), et inde a ſeculo VII cum Monotheletis moveretur controverſia, ad quam opprimendam ſynodus ſexta oecumenica, Conſtantinopoli in *Trullo* habita, a. 680 formulam de duabus voluntatibus, humana quidem divinae ſubiecta, ſanxit, cuius decreta Synodus *quiniſexta* ſ. *Trullana* proprie dicta a. 692 denuo confirmavit. E Neſtorianis ſec. VIII Adoptiani prodiiſſe videntur; qui, quum Ieſum hominem adoptatione quadam Dei filium factum eſſe contendiſſent, in

Concilio Francof. a. 794 condemnati ſunt. Formulam eccleſiaſticam, quam a Cyrillo Alex., Athanaſio, Leone Magno olim acriter defenſam Ioannes Damaſc. uberius expoſuit *e*), Scholaſtici quoque, licet nonnulla ſubtilius disputaverint, fere omnes tuiti ſunt *f*).

Petav. de dogm. theol. T. V. VI. Cotta ad Gerhard Loc. th. T. IV. Wakefield *Enquiry into the opinions of the Chriſtian writers of the three firſt centuries concerning the perſon of Jeſus Chriſt.* Lond. 1783. *Ueb. Jeſus Amt u. Perſon nach der Meinung d. alten Kirchenväter*; in Henke *Mag.* III. Walch *Hiſt. d. Ketzereien.* T. V—IX. tot. Fuchs *Biblioth. der Kirchenverſammlungen.* IV. 1 ff. Planck Obſervatt. ſupra ll. Beck Commentt. 479 ff.

a) Lampe Prolegomena Commentarii in Ev. Ioann. I. II. c. 3.

b) C. Celſ. I. 381. II. 9. III. 41. IV. 15 ff. VI. 47 f. VII. 703 ff. ed. de la Rue; de princ. prooem. II. 6. „Hac ergo ſubſtantia animae inter Deum carnemque mediante (non enim poſſibile erat Dei naturam corpori ſine mediatore miſceri) naſcitur Deus homo, illa ſubſtantia media exiſtente, cui utique contra naturam non erat corpus aſſumere" IV. 30 f. Homil. I. in Ezech.

c) Gerhard L. th. IV. 19 ff.

d) Socrates Hiſtor. eccleſ. VII. c. 34.

e) Adv. Neſtorianor. haereſin. T. I. 555 ff. ed. Le Quien. De fid. orth. II. 14. III. 2—4. De recta ſententia. T. I. 390 ff. Contra Iacobitas. 397 ff. De duabus voluntatibus. 529 ff.

f) Praeter Abaelardum, qui in Neſtorianismi ſuſpicionem incidit, v. Petr. Lombard. l. III. P. 1. Diſt. 1—17. Duns Scotus Commentar. ad h. l. Thom. Aquin. Summ. Theol. P. III. quaeſt. 1 ff.

§. 125.

Continuatio.

Tempore emendationis ſacrorum, cuius quidem auctores publicam eccleſiae graecae latinaeque doctrinam et ſuam eſſe profitebantur, novae exſtiterunt con-

troverſiae, inprimis de praeſentia corporis et ſanguinis Ieſu Chriſti in coena ſacra exhibiti, partim cum Helvetiis theologis eosque ſequentibus (*Sacramentariis*), qui *verbalem* communionem naturarum defenderunt et cum Caſp. Schwenkfeld, qui Eutychianismi accuſatus eſt, partim poſt Lutheri mortem cum Cryptocalviniſtis et cum Pontificiis nonnullis theologis [a]). Unde factum eſt, ut per Concordiae formulam et Mart. Chemnitium aliosque theologos doctrina publica noſtri coetus de mutua virtutum utriusque Chriſti naturae communicatione intimaque mutua utriusque naturae permeatione (*περιχώρησις*) certis iisque ſubtilioribus formulis adſtringeretur [b]); cuius ſumma continetur hisce decretis primariis: In Ieſu Chriſto, aeque vero et perfecto Deo atque homine, eſt naturarum *dualitas*, quia non homo tantum eſt, nec Deus tantum, et perſonae *unitas*, quia unus eſt Chriſtus, *θεάνθρωπος*, qui conſtat ex duabus et in duabus naturis. Actus ille naturae divinae filii Dei, quo humanam *aſſumſit* [c]), i. e. ita ſecum coniunxit, ut ex eo tempore utraque natura unam efficeret perſonam, dicitur *unitio*, *inhumanatio*, *incarnatio*, *aſſumtio*, *ἐνανθρώπησις*, *ἀνθρώπησις*, *σάρκωσις*, *ἐνσωμάτωσις*, *πρόσληψις*, *οἰκονομία* [d]). *Natura* (*φύσις*, *μορφή*) autem dicitur principium certarum effectionum, proprietatibus quibusdam et facultatibus praeditum, et perſona (*ὑπόστασις*, *ὑφιστάμενον*, *πρόσωπον*) ſuppoſitum intelligens ſ. individuum ſubſtantiae incommunicabilis, completae, non ſuſtentatae ab alio, intellectu praeditum [e]).

a) Planck *Geſch. d. proteſtant. Lehrbegr.* T. II. 323. IV. 249 ff. V. P. II. Cotta Diſſ. ad Gerhard L. th. IV. 38 ff. Gerhard III. 450. Beck Commentt. 494 ff. Ibid. p. 499. aliae minores controverſiae commemorantur, v. c. inter Heſshuſium, qui naturae Chriſti humanae per ſe ſpectatae ſ. in abſtracto, id quod ipſi Luthero placuerat, attributa divina vindicare ſtuduit, et Wigandum; controv. inter theologos *Helmſtadienſes*, qui omnipraeſentiam corporis Chriſti *reſpectivam*, i. e. ex omnipotentia eius derivandam, defendebant, et

Wirtembergenſes, quibus *abſoluta*, e communicatione idiomatum explicanda, probata fuit. Cf. Henke *Kirchengeſch.* III. 337 f. 347 ff. Quatenus eccleſia Lutherana *ubiquitatem* aut repudiaverit, aut admiſerit, docuit Baumgarten *Geſchichte d. Religionspartheien.* 1203 ff.

b) Symb. Athanaſ.: „Sicut anima rationalis et caro unus eſt homo, ita Deus et homo unus eſt Chriſtus." Form. Conc. Sol. decl. art. VIII. 762 ff. „Docemus: etſi filius Dei per ſe integra et diſtincta divinitatis aeternae perſona eſt, adeoque verus, ſubſtantialis, perfectus Deus, cum patre et ſpiritu ſ. ab aeterno fuit; quod tamen (in plenitudine temporis) humanam naturam in unitatem ſuae perſonae aſſumſerit, non ita, quaſi duae iam in Chriſto perſonae, aut duo Chriſti facti ſint, ſed quod Chr. I. iam in una perſona ſimul verus ſit Deus, ab aeterno ex patre genitus, et verus homo, e laudatiſſima virgine Maria natus; — ſed ita naturas unitas eſſe ſentimus, ut iam poſt incarnationem ad integram Chriſti perſonam non modo divina, ſed etiam aſſumta humana natura pertineat. — Propter hanc hypoſtaticam unionem non nude et ſola humana natura, cuius proprium eſt pati et mori, pro totius mundi peccatis eſt paſſa; ſed ipſe filius Dei vere (ſecundum tamen naturam humanam aſſumtam), paſſus et vere mortuus eſt; etſi divina natura neque pati neque mori poteſt. — 772. Non in ſua natura Deus mori poteſt. Poſtquam autem Deus et homo unitus eſt in una perſona: recte et vere dicitur: Deus mortuus eſt (Dei paſſio, Dei ſanguis, Dei mors), quando videlicet ille homo moritur, qui cum Deo unum quiddam, ſed una perſona eſt. 776. Naturae eo modo ſunt unitae, ut nulla facta ſit confuſio aut naturae unius in alteram transmutatio, et utraque ſuas naturales et eſſentiales proprietates retineat. 778. His vocabulis (realis communicatio, realiter communicari) nunquam ullam phyſicam communicationem vel eſſentialem transfuſionem (qua naturae in ſuis eſſentiis aut eſſentialibus proprietatibus confunderentur), docere volumus, ſed vocabula illa *verbali* communicationi oppoſuimus, quum quidam fingerent, communicationem idiomatum nihil aliud niſi phraſin et modum quendam loquendi, h. e. mera tantum verba, nomina et titulos inanes eſſe." Chemnit. de duabus in Chriſto naturis. Jen. 1570. iterum 91. Frcf. 1651. fol. Muſaei praelectiones in Form. C. 255. 91 ff. Gerhard L. th. III. 465 ff. Baumgarten *Glaubensl.* II. 88 ff. Erneſti Dignitas et veritas incarnationis. Opuſc. theol. 395 ff. Reiecerunt formulas iſtas ſenſu ſupra propoſito explicatas, prae-

euntibus *Valentinianis*, *Baſilide*, *Arianis*, *Neſtorianis*, theologi Reformati, *ἀλλοίωσιν* ſtatuentes (Ad Carolum Imp. comitia Auguſtae celebrantem Fidei H. Zwinglii ratio. A. 1530. p. 5. 6. Zwingli's *Schriften im Auszuge v.* Uſteri *u.* Vögelin. I. p. 316 ff.), qua de una eademque natura aliud dicatur, aliud vero intelligatur, „quaſi nuda vel ſola humana natura pro nobis paſſa ſit." Form. C. Sol. decl. VIII. 770 f. Cf. Corpus et Syntagma confeſſionum fidei. Genevae. 1654. Conf. Helvetica c. XI. „Minime docemus, Chriſtum ſecundum humanam naturam ſuam in mundo ideoque ubique eſſe poſſe." Catech. Palatin. quaeſt. 47. Chriſtum eſſe, docet, verum Deum et hominem ideoque ſecundum humanam naturam non amplius in terra, at vero ſecundum divinam, quae pro omnipraeſentia ſua in natura humana et extra eam verſetur; et Belgica Conf. c. XIX.: humanam Chriſti naturam creaturam manere et omnia veri corporis idiomata retinere, ita ut unione eius cum divina vera humanitas non ſublata ſit. Planck *Geſch. d. proteſt. Lehrbegr.* II. 604 ff.

c) Verbum e loco Hebr. 2, 16. male deductum. Rectius huc referri poteſt Phil. 2, 7.

d) Theodoret. Dialog. II. c. 9. *Τὴν ἐνανθρώπησιν τοῦ θεοῦ λόγου καλοῦμεν οἰκονομίαν.* Plura huius uſus ſatis frequentis exempla affert Suicer in Theſ. eccl. ſ. h. v.

e) Baumgarten *Glaubensl.* I. 430. A vulgari notiones illas finiendi ratione diſceſſit cum aliis Reinhard *Dogmat.* 347. eumque ſecutus Bretſchneider *Syſt. Entw. d. dogm. Begr.* 3. *A.* 560. Cf. Gabler *Theol. Journ.* III. 454. V. 254 f.

§. 126.

Continuatio.

Unitione perſonali efficitur *unio* perſonalis ſ. hypoſtatica, quae eſt ſtatus ille, in quo natura Chriſti humana cum divina ita eſt coniuncta, ut utraque unam tantum conſtituat perſonam. Negarunt doctores eccleſiaſtici, unionem illam eſſe naturalem ſ. eſſentialem, accidentalem ſ. paraſtaticam, myſticam, moralem, externam, verbalem, praedicamentalem, ſacramentalem; at eandem *perſonalem*, *veram* et *realem*, et *ſupernaturalem* eſſe contenderunt, varii generis comparationibus

bus uſi, *περιχώρησιν* ſ. permeationem naturae humanae a divina effectam ſignificantibus, ad eiusmodi myſterium illuſtrandum [a]). Docuerunt item, unionem illam factam eſſe *ἀσυγχύτως* (ſine confuſione naturarum, qua tertia quaedam effecta ſit), *ἀτρέπτως* (ſine mutatione naturarum, quaſi humana natura a divina abſorpta), *ἀχωρίστως* ſ. *ἀδιαλύτως* ſ. *ἀδιαστάτως* (ſine ſeparatione et ſeiunctione naturarum unquam futura), *ἀδιαιρέτως* (ſine diviſione naturarum) et *ἀναλλοιώτως*. Ex unione perſonali derivantur 1. *communio* naturarum ſ. ea naturarum in Chriſto relatio mutua, qua fit, ut altera alterius ſit propria (conſequens *reale*) et 2. *propoſitiones perſonales* (conſequens *verbale*), ſ. enunciationes, in quibus concretum unius naturae praedicatur de concreto alterius, quales ſunt: Filius hominis eſt filius Dei, Filius Dei eſt homo (Mc. 15, 39. Luc. 1, 35. 1 Cor. 15, 47.). Concretum naturae autem dicitur individuum, in quo natura alterutra ineſt reſpectu unionis et propter ipſam conſiderata. Propoſitiones iſtas appellarunt *ſingulares* in hac perſona, ſiquidem de hac tantum ſic dicere licet, et *inuſitatas* alibi. Monuerunt praeterea, quia perſonalis unio non tollat naturarum diſtinctionem, ſed naturae duae in Chriſto perſonaliter unitae, divinitas ſcilicet et humanitas, maneant eſſentialiter diſtinctae, ideo dici non poſſe *in abſtracto*: deitas eſt humanitas, vel humanitas eſt deitas.

Buddeus Comp. Th. dogm. 507. Gerhard Loc. th. III. 452 ff. Baumgarten *Glaubensl.* II. 88 ff. Seiler Th. dogm. pol. 271 ff. Morus Epit. Th. Chr. 141. Reinhard *Dogm.* 354 ff. Minus apte (cf. Gerhard l. l. 453.) alii et eas propoſitiones huc referunt, quibus toti perſonae concreta naturarum ſingularum tribuuntur v. c. Chriſtus eſt filius hominis ſ. Chriſtus eſt filius Dei. — Beck Commentt. 502.

a) Form. Conc. Art. VIII. 769. „Hoc autem (naturarum unio et communicatio) poſt articulum ſ. Trinitatis ſummum eſt myſterium, quo nullum maius in coelo et in terra reperitur. — Plane ineffabilis communicatio et unio."

§. 127.

Continuatio. — De communicatione idiomatum.

E communione naturarum sequitur communicatio idiomatum, h. e. ea naturarum in Christo relatio, qua utraque id, quod alterius proprium est, ita possidet, uti per essentiam eius fieri potest [a]). Cui notioni uberius explicandae adhibitae sunt *propositiones idiomaticae*, quarum tria numerant genera seu totidem modos diversos considerandi communicationem idiomatum [b]). I. Genus propositionum ἰδιοποιητικόν, quibus idiomata naturarum dicuntur de concreto personae vel naturae, tres complectitur species: 1. ἀντίδοσιν, i. e. propositiones, quibus de tota persona aliquid enuntiatur, quod alterutri naturae convenit, v. c. Christus passus est (Luc. 24, 26.); 2. κοινωνίαν τῶν θείων, i. e. enuntiationes, quae de concreto naturae humanae proprietatem praedicant naturae divinae, v. c. Iesus aeternus est (Io. 3, 13. Matth. 9, 6.); 3. ἰδιοποίησιν, i. e. phrases, in quibus *subiectum* est concretum naturae divinae, *praedicatum* idioma humanae naturae, v. c. filius Dei est cruci affixus. (1 Cor. 2, 8.) II. Genere *apotelesmatico* eae continentur propositiones, quibus apotelesmata s. actiones ad opus mediatorium spectantes tribuuntur [c]) 1. vel toti personae, v. c. Christus nos a poena legis liberavit (Gal. 3, 13.); 2. vel concreto naturae divinae, v. c. filius Dei in terris apparuit, ut peccata mundi tolleret (1 Io. 3, 8.); 3. vel concreto naturae humanae, v. c. homo Iesus Deo salutis omnium causa tanquam pecuniam redemtoriam sese obtulit. (1 Tim. 2, 6.) III. Genus *maiestaticum* s. αὐχηματικόν (μετάδοσις, βελτίωσις, δόξασις, ὑπερύψωσις) effata continet, quibus de abstracto naturae humanae praedicantur idiomata naturae divinae (αὐχήματα), v. c. humana Christi natura est omniscia, omnipraesens (Matth. 28, 18. 20. Phil. 2, 9—11.); et tales propositiones, ipso praeeunte Lu-

thero, diſſentientibus tamen nonnullis, nominarunt *abſtractivas* [d]).

Ioann. Damaſc. III. c. 11 ff. Melanchth. Loc. th. de filio. 325 ff. Form. C. VIII. Chemnit. de duab. naturis in Chriſto. Gerhard L. th. III. 348. Calov. Syſt. VII. 200 ff. Baumgarten *Glaubensl.* II. 90 ff. Morus Comment. in epit. II. 37 ff. Reinhard *Dogmat.* 357 ff. Neque tamen omnes in ſingulis rebus conſentiunt.

a) Form. C. Sol. decl. VIII. 765. „Naturae in Chriſto eo modo unitae ſunt, ut veram inter ſe communicationem habeant. 774. Humana natura inde quod cum divina perſonaliter unita eſt (depoſito ſervili ſtatu et humiliatione, iam glorificata et ad dextram maieſtatis et virtutis divinae exaltata), praeter et ſupra naturales eſſentiales atque in ipſa permanentes humanas proprietates, etiam ſingulares ſupernaturales praerogativas maieſtatis, gloriae, virtutis ac potentiae ſuper omne, quod nominatur, non ſolum in hoc ſeculo ſed etiam in futuro accepit. 776. Quae Chr. in tempore accepit, ea non ſecundum divinitatem, ſed reſpectu humanae naturae accepit. 782. Chriſtus etiam ſecundum aſſumtam humanam naturam omnia novit et poteſt. 783. Chriſtus (homo) ubique eſſe poteſt, ubi Deus eſt; ita, ut omnia plena ſint Chriſti, etiam iuxta humanitatem. 785. Homo ille, qui eſt filius Mariae, revera eſt et vocatur omnipotens aeternus Deus, qui aeternam habet poteſtatem, qui omnia creavit et conſervavit (per communicationem idiomatum); propterea quod cum divinitate una ſit perſona et verus ſit Deus. 787. Negamus, quod humanitas Chriſti in omnia loca coeli et terrae *localiter* extenſa ſit, quod tamen ne quidem divinitati tribui debet."

b) Form. Conc. VIII. 770. 773. — Ceterum attributa ἀνενέργητα *mediate* tantum cum natura humana communicata fuiſſe decretum eſt. Baumgarten *Polem.* II. 123.

c) Contra Oſiandrum, qui ad divinam naturam, et Stancarum, qui ad humanam nat. ſolam munus mediatorium retulit (Walch *Religionsſtreitigkeiten in der Evang. Luther. Kirche.* T. IV. c. 2. 140 ff. 171 ff.), hoc genus defenſum eſt, ut toti perſonae *apotelesmata* tribui oſtenderetur. Formula: *unus e trinitate paſſus eſt*, inde accepta eſt, repudiato autem Theopaſchitarum errore, qui docuerunt, divinitatem paſſam eſſe. Gerhard L. th. III. 485.

d) Gerhard L. th. III. 545., coll. Form. Conc. 764. Morus Comment. in epit. II. 43 ſ.

§. 128.

Epicrisis.

Doctrinam istam probaturi theologi uti solent argumento hoc generali, quo docent, idiomata, quae scriptura s. Christum accepisse affirmat, v. c. Matth. 28, 18. Phil. 2, 9—11. 1 Cor. 15, 24—27., ea non secundum naturam divinam, quippe quae nullam accessionem admittat, sed secundum humanam illum accepisse, unde concludunt, idiomata naturae alterius cum altera esse communicata. *Deinde* ad ea scripturae s. effata provocant, quibus singula attributa et opera divina Iesu homini tribui videntur (§. 84.). Haud inepte *denique* monuerunt, Apostolos de Christo loquentes interdum partim τὴν σάρκα et τὸ πνεῦμα eius distinguere (Rom. 1, 3. 9, 5. 1 Petr. 4, 1.), partim formulis uti, quarum aliae, ut Ἰησοῦς, υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, proprie ad humanam eius naturam, aliae, velut κύριος, υἱὸς τοῦ θεοῦ, ad sublimiorem (messianam) eius dignitatem potius referri possint. Quanquam autem formulae et enuntiationes istae sine omni arte et subtilitate philosophica a scriptoribus ss. usurpatae sunt, negari tamen nequit, iisdem ad literam intellectis semina quaedam doctrinae ecclesiasticae vere inesse, et, unione naturarum in Christo posita, facillime communicationem etiam idiomatum inde derivari potuisse. Verum quum universa haec doctrina, qualis a theologis per tot discrimina rerum sensim stabilita est, nullius frugis sit ad veram virtutem consequendam, imo exempli Iesu Christi ad imitandum nobis propositi vim quam maxime debilitet; quum ea praeterea et sanae rationi et aliis quibusdam scripturae s. effatis indubitatis prorsus repugnet (§. 92.), qua de re integrae Christianorum familiae et singuli multi, recentioribus praesertim temporibus, ab ea deflexerunt: subsistere haud dubitamus in simpliciore illo doctrinae typo, qui ipsa in scriptura s. nobis clarissime exhibitus est (§§. 92. 93.), et hoc po-

tiſſimum agamus, ut Ieſum Chriſtum, tot tantisque beneficiis in genus humanum collatis, quatenus vere divinae voluntatis interpres et ipſe plenus numine (τῷ θείῳ), non ſine Deo talis et tantus nobis propoſitus eſt (§. 123.), tanquam legatum vere divinum (Io. 17, 3.) et tanquam prototypum hominum vera religione atque virtute imbuendorum (Phil. 2, 7.), pia mente colamus atque illius exemplum ſummo ſtudio ſequamur.

Melanchthon Loc. comm. ed. a. 1521. init. p. 8 ſ. ed. Auguſti: „Non eſt, cur multum operae ponamus in locis illis ſupremis, de Deo, de unitate, de trinitate Dei, de myſterio creationis, de *modo incarnationis*. Quaeſo te, quid aſſecuti ſunt iam tot ſeculis ſcholaſtici Theologiſtae, quum in his locis ſolis verſarentur? — Iam ſi libeat ingenioſo mihi eſſe in re non neceſſaria, facile queam evertere, quaecunque pro fide dogmatis argumenta produxerunt, et in his quam multa rectius pro haereſibus quibusdam facere videntur, quam pro catholicis dogmatis. — Hoc eſt Chriſtum cognoſcere, *beneficia eius cognoſcere*: non, quod iſti docent, *eius naturas, modos incarnationis contueri*. Paulus in ep., quam Romanis dicavit, quum doctrinae Chr. compendium conſcriberet, num de myſteriis trinitatis, de modo incarnationis, de creatione activa et paſſiva philoſophabatur? — Praevidebat enim fore, ut relictis ſalutaribus locis, animos converteremus ad frigidas et alienas a Chriſto disputationes." Niemeyer *Popul. u. prakt. Theol.* 6. A. 330 ff. Schwarz *Grundr. d. kirchlichprot. Dogm.* 2. A. §. 112. — Cf. De Wette *Religion u. Theol.* 2. A. 251 ff. et quae in contrariam partem monuit Bretſchneider *Handb. d. Dogmat.* II. 169. — G. Ch. Müller *Vom Wahren u. Gewiſſen.* B. II. L. 1822. p. 224. „*So (als Führer und Vorbild aller Menſchen) will Chriſtus geehrt ſeyn, nicht, wie die Herrnhuter und Methodiſten thun, welche den Heiland zu Gott machen, an ihn alle Gebete richten, von ihm alle Hülfe und Seligkeit ganz ohne eigene Arbeit und Verdienſt erwarten, des höchſten Gottes kaum noch gedenken, ihn ſogar der Fürſprache des Sohnes bedürftig halten, um Gnade und Segen über das ſündige Geſchlecht auszutheilen, oder auch, wie das gemeine Volk in aller Welt es macht, daſs es Chriſtum als den Sündenträger und Seligmacher verehrt, und im thatloſen Glauben an ſein Verdienſt alle Rechtfertigung und Begnadigung zu erlangen hofft, und doch ihm nur die äuſsere Ehre erweiſt, bei ſeinem Namen ſich zu verneigen, ohne doch um ſeinetwillen das Fleiſch*

zu kreutzigen sammt den Lüsten und Begierden (Gal. 5, 24), und sich selbst zu verleugnen, sein Kreutz auf sich zu nehmen, und ihm nachzufolgen (Mark. 8, 34). O der traurigen, unwürdigen, verderblichen Christolatrie!" Fr. Jacobs *Verm. Schriften.* Th. I. p. 390. *„Es ist nicht viel weniger, als Gottslästerung, die Seligkeit durch das Festhalten an gewissen streitigen und schwer zu begreifenden Sätzen zu bedingen."*

a) Monuit iam Origenes Commentar in Ioann. Tom. XX. c. 11.: *θεὸν γὰρ οὔ θεμιτὸν ἀποθνήσκειν λέγειν.* Cf. Lucian. T. I. ed. Salmur. p. 262. *Μὴ δυνατὸν, ἐξ ἡμισείας μέν τινα Θεὸν εἶναι, τεθνάναι δὲ τῷ ἡμίσει.*

§. 129.

De statu Iesu Christi duplici.

Doctrina ecclesiastica.

E locis nonnullis librorum ſſ., quibus in deſtinata ſibi a Deo et ſuscepta a ſe provincia Meſſiae adminiſtranda duplex quaſi ſtadium Ieſus obiiſſe dicitur, alterum humilius ac triſtius, quum in his terris verſabatur, alterum ſublimius atque felicius, quod opere peracto praemii inſtar poſt mortem aſſecutus eſt (1 Petr. 1, 11. Hebr. 5, 7. 1 Tim. 3, 15. Io. 17, 4. 5. Luc. 24, 26. Phil. 2, 7—12.), dogma informatum eſt de ſtatu Ieſu Chriſti duplici. Status *exinanitionis*, voce e vulgata verſione loci Phil. 2, 7. deſumta, ſ. humiliationis, appellatur ille, in quo Ieſus Chriſtus, cuius integra perſona, proprie quidem ſecundum humanam naturam, *ſubiectum exinanitum* fuiſſe perhibetur *a*), ab uſu idiomatum naturae divinae perpetuo, pleno et perfecto abſtinuit (*κένωσις*) *b*), ita, ut *κτῆσιν* quidem eorum haberet, *χρῆσιν* autem, interdum tantum radiis divinitatis in Chriſto emicantibus, ſuspenderet, et in quo miſerias potius atque cruciatus ad mortem usque ſuapte ſponte ſubiit (*ταπείνωσις*). Diſtingui ſolent, aliis tamen aliter ſtatuentibus *c*), quum libri ſymbolici hac de re nil praecipiant, modi ſ. gradus exinanitionis quinque, na-

tivitas, vita miſera, paſſio, mors et ſepultura; et conſilium Ieſu Chriſti in ſubeunda hac conditione eo pertinuiſſe docent, ut Ieſus morte ſua homines Deo reconciliaret (Hebr. 2, 14 — 18.), ſummi erga homines amoris documentum exhiberet luculentiſſimum (Io. 3, 16. Eph. 5, 2.), eosque ad fidem et fiduciam ipſi habendam perduceret (Hebr. 4, 15. 5, 5.), exemplum iis relinquens, quod imitentur, praeſtantiſſimum. (Matth. 20, 28. Io. 13, 12—15. Phil. 2, 5. 1 Petr. 2, 21.)

Form. Conc. Epit. VIII. 608 ff. Sol. declar. VIII. 767. „Ex hac unione et naturarum communione humana natura habet illam exaltationem, poſt reſurrectionem a mortuis, ſuper omnes creaturas in coelo et in terra: quae revera nihil aliud eſt, quam quod Chriſtus formam ſervi depoſuit. Humanam vero naturam non depoſuit, ſed in omnem aeternitatem retinet, et ad plenam poſſeſſionem et divinae maieſtatis uſurpationem ſecundum aſſumtam humanam naturam evectus eſt. Eam vero maieſtatem ſtatim in ſua conceptione, etiam in utero matris habuit: ſed ut Apoſtolus loquitur, ſeipſum exinanivit, eamque, ut D. Lutherus docet, in ſtatu ſuae humiliationis *ſecreto* habuit, neque eam ſemper, ſed quoties ipſi viſum fuit, uſurpavit." 774 f. Calov. Syſt. loc. theol. VII. 614 ff. Gerhard L. th. III. 360 ff. Buddeus Comp. th. dogm. 531 ff. Baumgarten *Glaubensl.* II. 286 ff. Seiler Theol. dogm. pol. 174 ff. Reinhard *Dogm.* 365 ff. — Seculo XVII praeter alias quaeſtiunculas acriter quoque diſceptatum eſt, num per *κένωσιν* ſ. abdicationem ab uſu perpetuo, pleno et perfecto, id quod theologis Gieſſenſibus, annuente Form. Conc. p. 608., placuit, an per *κρύψιν* ſ. uſum perpetuum, ſed occultum, quod Tubingenſes decreverunt, divina maieſtas in vita Chriſti terreſtri non apparuerit. Walch *Religionsſtreitigkeiten innerh. d. luther. Kirche.* I. 206 ff. IV. 551. Cotta l. l. 62 ff. Beck Commentt. 508 f.

a) Nonnulli ex Reformatorum coetu theologi ad utramque naturam pertinuiſſe exinanitionem contenderunt, ad naturam humanam, „quoad realem depreſſionem, ad nat. divinam, ratione occultationis". Gerhard — Cotta IV. Diſſ. II. 61. Baumgarten *Polem.* II. 312.

b) Form. Conc. Sol. decl. VIII. 767. „Illius hypoſtaticae unionis et communicationis virtute omnia miracula ſua edidit (aliter

Reinhard ſtatuit *Dogm.* 369.), et divinam ſuam maieſtatem pro liberrima voluntate, quando et quomodo ipſi viſum fuit, non tantum poſt reſurrectionem ſuam et aſcenſum ad coelos, verum etiam in ſtatu exinanitionis, manifeſtavit." Add. Epit. XII. 625. Reiiciuntur errores *Schwencofeldianorum*, „quod caro Chriſti per exalt. eo modo omnes proprietates divinas acceperit, ut Chriſtus, quatenus homo eſt; potentia, virtute, maieſtate, gloria Patri et τῷ λόγῳ per omnia, in gradu et ſtatu eſſentiae, omnino aequalis ſit; ita, ut iam utriusque in Chr. naturae una ſit eſſentia, eaedem proprietates."

c) Alii tres, vel quatuor, alii ſeptem gradus numerarunt: conceptionem, nativitatem, circumciſionem, miniſterium, paſſionem, mortem et ſepulturam, quibus nonnulli deſcenſum ad inferos addiderunt. Cotta l. l. 67. Bretſchneider *Entw. d. dogm. Begr.* 3. A. §. 102.

§. 130.

Continuatio.

Statum *exaltationis* Ieſu Chriſti doctores eccleſiaſtici in eo fuiſſe cenſuerunt, quod ab omni malo et infirmitate liberatus uſum virtutis et honoris naturae divinae plenum atque perfectum ſusceperit. *Exaltationis ſubiectum* tota Ieſu Chriſti perſona, et ſecundum humanam quidem naturam [a]), fuiſſe dicitur, et cauſae huius conditionis partim ad Ieſum ipſum praemiis ornandum (Phil. 2, 9 — 11.), partim ad homines de ſumma eius dignitate atque officio peracto confirmandos referuntur. Item gradus exaltationis ſ. momenta ſtatus exaltati definiri ſolent quinque [b]): deſcenſus ad inferos (1 Petr. 3, 19. 20. 4, 6. [Eph. 4, 9.]), quo tota Chriſti perſona poſt ſepulturam in Orcum abiiſſe, Satanam deviciſſe, poteſtatem inferorum everſiſſe, et Diabolo omnem vim et potentiam eripuiſſe traditur [c]), reſurrectio a mortuis (Matth. 28, 6 ff. Marc. 16. Luc. 24. Io. 20.) cum corpore glorificato [d]), aſcenſio in coelum (Marc. 16, 19. Luc. 24, 51. Act. 1, 9. [1 Petr. 3, 22.]), qua ratione viſibili ad nubes usque, deinde

inviſibili modo ad ſedes coeleſtes evectus eſt, ſeſſio ad dextram Dei (Act. 2, 33 ff. 3, 21. Phil. 2, 9. Hebr. 7, 26.), qua cum patre imperium in res creatas obtinuiſſe dicitur [c]), et reditus ad iudicium de vivis et mortuis inſtituendum. (Matth. 16, 27. 24, 30 ff. 25, 31 ff. 1 Theſſ. 4, 14.)

a) Gerhard IV. Cotta Diſſ. 79 ff.

b) Alii ex loco Phil. 2. duos tantum numerarunt, alii quatuor, plurimi quinque. Bretſchneider *Entw. d. dogmat. Begr.* 3. A. §. 103.

c) Symbol. Apoſtol. art. 2. Symb. Athanaſ. 36 ff. Form. Conc. IX. p. 788 ff. „Credimus, quod tota perſona, Deus et homo, poſt ſepulturam, ad inferos deſcenderit, Satanam devicerit, poteſtatem inferorum everterit et Diabolo omnem vim et potentiam eripuerit. (Cf. §. 104. *e*.) Quomodo vero Chriſtus id effecerit, non eſt, ut argutis et ſublimibus imaginationibus ſcrutemur." Addit Quenſtedt (Theol. did. pol. III. 576.), *cauſam finalem* huius deſcenſus fuiſſe, ut λόγος ἔνσαρκος in τῷ ποῦ damnatorum ſuum *triumphum* ageret, et ſpiritibus damnatis in inferno victoriam ſuam manifeſtaret. Aliter Baumgarten *Glaubensl.* II. 330 ff. Doederlein Inſt. Theol. Chr. II. 264. Schmidt *Lehrb. d. Dogmat.* 239. Reinhard *Dogm.* 281. Cf. Dietelmayer Hiſtor. dogmatis de deſcenſu Chriſti ad inferos. Ed. 2. 1762. Stäudlin *Dogmat. u. Dogmengeſch.* 303 f. Schott Epit. 179. — Ex loco illo 1 Petr. 3, 19. recte explicato (cf. prae ceteris Pott Epiſtolae catholicae. Voll. II. Excurſ. 3. ed. 2. Schmidt *Bibl. f. Kritik u. Exeg. des N. T.* I. 301 ff. Gabler *Journ. für auserleſ. theolog. Lit.* IV. 1802. 426 ff. 449 ff. Voll. V. 1803. 309 ff. 417 ff.) haec definitio repetitur, ut deſcenſus Chriſti ad inferos ea ſit animi eius, corpore ſoluti, actio, qua animis eorum, qui Deo immorigeri diluvio Noachico perierant, in orco verſantibus doctrinam evangelii annunciavit (ἐκήρυξεν). Cf. Paulus *Der Denkglaubige.* I. 1. 1825. p. 28 f. Uberiorem huius deſcenſus narrationem exhibet Evangelium Nicodemi (Birch Auctarium cod. Apocryphi N. T. Fabriciani. I. Havniae. 1804. 104 ff.). — Sententia de Ieſu Chriſto ſervatore univerſi generis humani ideoque et eorum hominum, qui tempore mortis Ieſu Chriſti iam diem ſupremum obierant, mytho iſti originem dediſſe videtur. De Wette *Bibl. Dogmat.* 258 f. Cf. Bertholdt Chriſtolog. Iud. §. 34.

d) De *invisibilitate, impalpabilitate, illocalitate* aliisque dotibus corpori Christi e sepulcro egressi attributis, vid. Calov. Syst. loc. theol. VII. 697. Quenstedt Theol. did. polem. I. 557 f. III. 76. Marheinecke *Die Grundlehren d. christl. Dogmat.* B. 1819. p. 588. „*Mit solchem (ätherischen Leibe, dem Geiste am nächsten verwandt und eigen, selbst die Substanz dieses irdischen Leibes) war ohne Zweifel der Erlöser umkleidet nach seiner Auferstehung, doch so, dass er an demselbigen noch die Spuren des vorigen zeigen, aber mit demselben zugleich das Grab verlassen und den Jüngern bei verschlossenen Thüren erscheinen konnte, wie er früher mit demselben gewichtlosen Leibe auf dem Meere gegangen war.*" — Cf. Ammon de vera Iesu Christi publice fato functi revivisccntia. Erl. 1808. Ei. Summa Theol. Christ. 201.

e) Quenstedt l. l. III. 384. „Sedere ad dextram Dei patris non est idem, quod regnare cum Deo p. Nam Christus adhuc ἄσαρκος regnavit una cum patre et spiritu s. ab aeterno; non tamen tunc sedit ad dextram Dei, haec enim sessio coepit primum a tempore exaltationis. Sedet ad dextram qua λόγος ἔνσαρκος s. Chr. θεάνθρωπος." Cf. Knapp Scripta varii argumenti. Commentat. II. De Iesu Chr. ad dextram Dei sedente. Ed. 2. H. 1823. p. 41 ff. Quidquid ad Iesu Chr., in vitam reducis, potestatem dignitatemque regalem huiusque efficientiam et ἐνεργειάν (Mc. 16, 19. 20.) spectat, formula ista, quae apud Ioannem nusquam legitur, comprehendi, docetur.

§. 131.

Epicrisis.

Secundum evangelia tria priora eatenus tantum conditio Iesu Christi terrestris immerita et indignior dici potest, quod partim docendi munus inter molestias aerumnasque multas gessit et ob inimicorum insidias et vexationes, amicorum vero coecitatem atque oscitationem plurimum operae perdidit, partim etiam, quod per malitiam et invidiam adversariorum crudeli ac turpi supplicio affectus, desertus ab omnibus, inter atrociissimos dolores et graviores animi sollicitudines vitae honestissimae praemature ereptus idioque ex inimicorum calumnia meritam criminis poenam luere visus est *a*). Quod vero statum gloriosiorem Iesu Chri-

ſti attinet, nullum iudicem aequum ac rei peritum fugiet: dogmatis de Chriſti abitu ad inferos ex opinionibus Iudaicis illuſtrandi [b]) notionem a doctoribus eccleſiaſticis ſancitam in libris ſſ. fruſtra quaeri; de corpore Chriſti in vitam reſtituti glorificato ex iisdem nil conſtare (Luc. 24, 15. 30, 39 ff. Io. 20, 25.) [c]), quamvis in confirmanda narratione de Ieſu reditu in vitam, qui a Deo, naturae curſum rerumque, a quibus victrix Ieſu cauſa penderet, ſeriem ſapientiſſime moderante, recte repetitur [d]), omnes fere conſentiant [e]); diſceſſum Ieſu a diſcipulis alio modo tradi a Marco et Luca omnemque hanc narrationem, a nullo Apoſtolo confirmatam, non niſi mythi ſpeciem prae ſe ferre, cuius plura in aevo antiquiore reperiuntur exempla [f]), eundemque fortaſſe ex dictis nonnullis Ieſu allegoricis, vel e certis quibusdam *περιστάσεσιν* ipſius ſeceſſum comitantibus poſteriore demum tempore informatum eſſe [g]); formulam de Chriſto ad dextram Dei ſedente e more loquendi de regum miniſtris (cf. 1 Reg. 22, 19. Pſ. 110, 1.), ad Meſſiam translatam eſſe, et iudicium Meſſianum, infra uberius illuſtrandum (§. 199.), ab Ieſu ipſo duplici ratione exponi. (Io. 3, 17. 18. 5, 21 ff.) Quibus bene intellectis, omnis iſta doctrina noſtris temporibus hoc modo optime ad populum docendum et hortandum transferri poſſe videtur, ut ſingulis eius momentis, ad agnoſcendam Dei, fata Ieſu eximio modo curantis potentiam ſapientiamque et ad uſum moralem prudenter adhibitis, in univerſum demonſtretur, Ieſum iniqua et immerita ſorte in terris perfunctum ob inſignia de genere humano merita conditione beatiſſima poſt mortem a Deo condecoratum eſſe, hac ſua ipſius ſorte univerſi generis humani non niſi per aſpera ad aſtra evehendi imaginem optime adumbrantem.

a) Henke Lin. fid. Chr. 152 f.

b) Bertholdt Chriſtolog. Iud. 170 ff. Omnes fere gentes antiquiores, animas corpore exutas in orco quoque negotiis, qui-

bus in terris functi essent, vacare opinati sunt. Homer. Odyss. XI. Virg. Aen. VI. — Bauer *Bibl. Theol.* IV. 208 ff.

c) Marcus c. 16., Lucas 24., auctor cap. 21, Ev. Io. et Paulus Apost. 1 Cor. 15, 5 ff., Iesum tanquam genium coelestem suis apparuisse narrantes, traditionem mythicam, quippe qui ipsi nunquam cum Iesu post reditum in vitam convenissent, secuti videntur.

d) Diversas hac de re sententias exposuit Kuinoel Commentar. in ll. N. T. historicos V. I. Ed. 3. ad Matth. 27, 50. V. prae reliquis quae Grunerus, medicus olim Ienensis, docte magis quam scite commentatus est duobus libellis super „Iesu Chr. morte vera, non simulata." H. 1805. — et quae, ut efficeret, Iesum Chr. non vere mortuum, sed animi deliquium passum esse, disputavit Paulus *Histor. krit. Commentar üb. das N. T.* III. ad Matth. 27, 50 p. 810 ff. A. Henneberg *Philol. hist. u. krit. Commentar üb. d. Gesch. des Begräbnisses, der Auferstehung u. Himmelfahrt Jesu* —. L. 1826. p. 137 ff. Omnino omnis huius quaestionis cardo in eo vertitur, ut res ipsa in facto posita et ratio eam iudicandi atque enarrandi a testibus inita recte discernatur. Quo facto, specie miraculosa huius eventus sublata, minime tollitur eventus ipse, reditus nimirum Iesu Christi in vitam, quippe quem vel mythico isto velamine exutum, praeeuntibus Apostolis (Act. 3, 15. 10, 40. Rom. 4, 24. 1 Cor. 15, 14 ff. al.), tanquam insigne ipsius divinae providentiae rem Christianam egregie confirmantis atque promoventis documentum pie amplecti liceat. (Cf. Köster *Immanuel od. Charakteristik d. neutestamentl. Wundererzählungen.* L. 1821. p. 291 f.) Neque tamen omnem religionis Chr. veritatem ab hoc solo facto pendere contendimus, haud ignorantes, veritatem religionis doctrinae cuiusquam minime probari posse re quadam in facto posita, paucis tantum testibus cognita ab iisque olim pro aevi incultioris ingenio miraculi specie induta, sed solo illius argumento cum sanae rationis principiis bene conveniente (§. 51.). Accedit, quod Iesus ipse post reditum in vitam doctrinam suam nusquam huic rei, quasi fundamento, superstruxisse traditur. Cf. Matth. 28, 20. — *Briefe üb. d. Rationalismus.* 28. 236 ff.

e) Historiam resurrectionis Christi in dubium vocarunt (Reimarus) in Lessing *Beiträge aus d. Schätzen der Wolfenb. Bibl. 5tes Fragment.* Wolfenb. 1777. (Wünsch) in l. *Horus.* 1783. 241 ff. Bahrdt *Ausführung des Plans u. Zwecks Jesu.* B. IX et X.; defenderunt Doederlein (*Fragmente u. Antifragmente.* P. I. ed. 2. 1782.), Less *Auferstehungsgeschichte Jesu* —.

Gött. 1779.), J. D. Michaelis (*Erklär. d. Begräbniss- u. Auferstehungsgesch. Christi.* H. 1783.), J. F. Plessing (*Die Auferstehungsgesch. Jesu aufs neue betrachtet.* H. 1788. II Voll.) al. Fuerunt inter theologos recentt., qui omnem de Iesu Chr. resurrect. narrationem tanquam mythum poeticum, sensu aliquo morali sive allegorico accipiendam esse putarent (Semler *Beantwortung d. Fragmente eines Ungenannten.* 2. A. H. 1780) v. Eberhard *Geist d. Urchristenthums.* III. H. 1808. p. 122. „*Semler (in seiner Schrift: Beantwortung der Fragmente eines Ungenannten.) und schon vor ihm Spinoza erklären die Auferstehung Christi für eine geistliche, oder, wie es Semler nennt, für eine Begebenheit in der moralischen Welt. Nach ihm ist Christus, nachdem seine Feinde seinen Leib getödtet, in seiner Lehre wieder auferstanden. — Ist die Lehre auch gen Himmel gefahren? — Bei Spinoza liegt der geistliche Sinn nicht in der Person des Auferstandenen, sondern in dem Begriffe des Todes. Dieser soll kein leiblicher, sondern ein geistlicher und moralischer seyn, wie in der Stelle: lass die Todten ihre Todten begraben* (Epp. XXIII. p. 454.). *Die Menschen sind todt in einem sündlichen Leben und ihr Auferstehn ist ihre moralische Besserung. Wie kann aber Christus in diesem Sinne gestorben und auferstanden seyn? Ist er je in Sünden todt gewesen, um durch eine moralische Besserung wieder lebendig zu werden?*" — 119. „*Nach der allgemein verbreiteten Idee, dass alle Dinge auf der Erde ihr Urbild im Himmel haben, — musste Jesus als das Ebenbild des übersinnlichen Messias — sich der Erde entziehn und nach seinem Verschwinden von der Erde nur in der übersinnlichen Welt zu finden seyn; er musste auferstehen, gen Himmel fahren und zur Rechten Gottes sitzen. Diese Idee ist es, welche die Geschichtschreiber Jesu in ihren Evangelien nach der Weise und dem Glauben ihrer Zeit historisch ausgebildet haben, und der nach ihnen ein Theil des christlichen Lehrbegriffs geworden ist.*" Cf. Niemeyer Pr. de evangelistarum in narrando Iesu Chr. in vitam reditu dissensione variisque vett. eccl. doctorum in ea diiudicanda et componenda studiis. H. 1824. p. 2 f. Mythum historico-poeticum, e rebus in facto positis, quae pro visionibus et revelationibus habitae fuerint, effictum, praefert Kaiser *Bibl. Theol.* I. 253 ff. Verum recte contra monitum est, neque bene intelligi, quomodo Apostolis resurrectio Christi ea firmitate, qua eandem iis persuasam videmus, persuaderi potuisset, nisi Iesum vitae restitutum vere vidissent, neque fortitudinem illam et constantiam nobilem, qua Apostoli doctrinam Christi propagaverunt, ulla ratione explicari posse, nisi concedamus, Iesu Christi in

vitam reditum ipsorum animos antea fractos confirmasse. Paulus *Commentar üb. das N. T.* III. 2. A. 869.

f) Enoch (Gen. 5, 24.), Moses, ex opinione Iudaeorum (Philo Vit. Mos. sub fin. Ioseph. Arch. IV. 8. 48. et Samaritanorum recentt. v. Gesenius Anecdota Orientalia Fasc. I. Carmina Samaritana. L. 1824. 4. p. 104.), Elias (2 Reg. 2, 1 — 12.), Romulus (Flor. I. 1. Ovid. Metam. XIV. 815 ff. Plutarch. Romul. c. 28., ubi de Romuli apotheosi ita praecipit: ἀπογνῶναι μὲν οὖν παντάπασι τὴν θειότητα τῆς ἀρετῆς, ἀνόσιον, οὐρανῷ δὲ μιγνύειν γῆν, ἀβέλτερον.) aliique beneficiis excellentes viri (Cic. Nat. deor. II. 24.) in coelum sublati esse dicebantur, propterea quod locus aut tempus, quo mortui essent, ignorabatur.

g) Griesbach Opuscula acad. Ed. Gabler. Ien. 1825. II. p. 471 ff. Sylloge locor. N. T. ad adscensum Christi in coelum spectantium. Eckermann *Handb. d. Chr. Gl.* III. 515 ff. Paulus *Commentar.* III. 959 ff. Ammon Historia ascensus Christi in coelum biblica, in Opusc. Gott. 1803. Hic iam inde a iactis Christianae ecclesiae fundamentis duas in ea de ascensione Iesu Christi in coelum obtinuisse sententias demonstrare conatus est, unam, quae in fide simplici abitus Christi ad gloriam coelestem subsisteret, alteram, quae variis traditionibus exornata adspectabilem Iesu Chr. adscensum in coelum probaret. 54 ff. „Obtemperaverunt, inquit, hac in re Marcus et Lucas Christianorum ex Iudaeis ingenio, quorum doctores Midraschici Messiae venturi receptionem coelestem prope Bethaniam in monte olearum eventuram esse, dudum vaticiniis V. T. portendi sibi persuasum habebant. Argumentati autem sunt tum e loco Ez. 11, 23., quo Schechinam domini (כְּבוֹד יְהוָה) ex urbe in montem versus orientem metropoleos profectam esse ibique substitisse dicitur; tum ex alio Zachar. 14, 4., quo pedes Schechinae in monte olivarum positum iri scribitur, quem utrumque de adventu vel abitu Messiae explicari moris erat." Schoettgen Hor. hebr. et talmud. II. p. 596. Veritatem narrationis istius mythicae post Flattium *Magaz.* VIII. 55 ff. denuo defendere conatus est G. L. Himly de Iesu in coelum ascensu. Argentor. 1811. V. quae contra monuimus, mythum historicum tuiti, in *Allg. Lit. Zeit.* 1812. N. 53. — Kaiser *Bibl. Theol.* I. 260 ff. *Briefe üb. d. Rationalism.* 238 ff. De Wette *Bibl. Dogmat.* 258. Planck *Gesch. des Christenthums.* Gött. 1818. II. 504 ff. — Quae de Christi ascensu in coelum nuper commentatus est (argumentis quidem usus exegeticis plane reiiciendis) J. A. Brennecke l. *Bibliſcher Beweis,*

dafs Jefus nach feiner Auferftehung noch 27 Jahre leibhaftig auf Erden gelebt, und zum Wohle der Menfchheit in der Stille fortgewirkt habe. Lüneb. 1819. 2. A. eod. a., in his refutandis multi fcriptores verfati funt, quos rec. Bretfchneider *Handbuch der Dogmat.* II. 212. Add. Mich. Weber *Gift und Gegengift* —. H. 1820.

Sectio 2.

DE OPERE IESU CHRISTI SALUTARI SECUNDUM MUNUS IPSI TRIBUTUM TRIPLEX AB EO PERACTO, S. DE BENEFICIIS ET MERITIS IESU CHRISTI.

§. 132.

Introductio.

Negotium (ἔργον, quod quidem Io. 4, 34. 17, 4. de opere in vita terreftri a Chr. peracto dicitur) illud falutare, cuius perficiendi caufa Iefum Chriftum in hanc terram miffum effe libri ff. docent, et quod ponitur in hominum falute reftituenda et promovenda (Io. 3, 16. 1 Io. 4, 9.), unde nomen σωτήρ = יְשׁוּעַ (ἰησοῦς) [a]) (Matth. 1, 21. Luc. 2, 11. Io. 4, 42. Phil. 3, 20. 1 Io. 4, 14.) ipfi inditum, appellatur *redemtio* (ἀπολύτρωσις), vel opus redemtorium f. *officium mediatorium* a voce μεσίτης (1 Tim. 2, 5. Hebr. 8, 6 ff. 9, 15. 12, 24. coll. Gal. 3, 19. 20. — 1 Cor. 11, 25. 2 Cor. 3, 6. 14.) de Chrifto ufurpata, quatenus novum foedus Deum inter atque homines fuo fanguine fanxiffe dicitur [b]). Idem munere triplici, *prophetico, facerdotali* et *regio*, nominibus e rebus facris Iudaeorum repetitis [c]) opus illud abfolviffe perhibetur; quae partitio, quamvis argumentis haud levibus impugnata fit [d]), tamen ita comparata eft, ut, quae ad illuftrandam Iefu provinciam a doctoribus eccleſiaſticis proferri ſolent, haud incommode illi poffint fubnecti. Ceterum divifio ifta magis eft philologica quam logica, magis verborum quam rei ipfius, quippe quum tria illa nomina, fi modo veram

eorum significationem in libris ſſ. exhibitam indagaveris, ad unam eandemque fere notionem facillime revocari poſſint.

a) H. Planck Pr. Quid conſenſus et differentiae inveniatur apud auctores N. T. in perſona Chriſti τοῦ σωτῆρος adumbranda quaeritur. Gott. 1823. 4.

b) De varia μεσίτου et μεσιτείας notione cf. J. W. Schmid Prr. III. Jen. 1785 ff. Morus Commentt. in epit. II. 102 ff. Heinrichs Exc. II. in ep. ad Hebr. de voc. διαθήκη, μεσίτης, ἔγγυος cet. Henke *Mag.* VI. 1. *Von d. Abſichten d. Todes Jeſu aus der Grundidee eines Bundesopfers.* Foedus Dei cum hominibus dicitur promiſſio *unilateralis* ſ. promiſſio bonorum cum conditione. Morus Epit. 160.

c) Geſenius *Commentar üb. den Ieſaias.* I. 79. In verſione Ieſaiae, inprimis c. 53. Chaldaica, quae ipſa aetate Chriſti confecta eſſe videtur, munus illud triplex Meſſiae tribuitur.

d) Poſt Socinianos (cf. Baumgarten *Pol.* II. 254 f.) ab J. A. Erneſti de officio Chr. triplici. Opuſcc. theoll. 413 ff. Gruner Theol. dogm. 408 f. 428. 438. Zachariae *Bibl. Theol.* III. 559. Doederlein Inſt. Theol. Chr. II. 552 ff. Plurimi vulgarem ſcholae rationem, a Gerhardo primum accuratius deſcriptam (Loc. theol. III. 577 ff.), Patribus nonnullis (v. c. Euſeb. Dem. ev. IV. 15. VIII et IX. paſſim, Ei. Hiſt. Eccl. I. 3. Cyrill. Catech. X. 14. XI. 1. Auguſt. de civ. D. X. 6.), et Scholaſticis (e. c. Thom. Aquin. v. Cramer — Boſſuet. VII. 591 ff.), iam probatam, itemque a Calvino (Inſt. l. II. c. 15.) acceptam, defenderunt, prae ceteris Quenſtedt Theol. did. pol. III. 212 ff. Michaelis *Dogm.* §. 130 ff. Morus Epit. 178. Eckermann *Handb. d. Chr. Gl.* III. 548 ff. Ammon Summa Th. Chr. 194 ff. Beck Commentt. 512 f. — Alii, ut Hutterus in Comp. theol., duplex I. Chr. officium ſtatuerunt, propheticum ſacerdotali includentes.

Ad munus propheticum refertur *amiſſae ſalutis oblatio*, ad m. ſacerdotale eiusdem *acquiſitio*, et ad m. regium *collatio amiſſae ſalutis.*

§. 133.

§. 133.

A. De munere prophetico.

Doctrina eccleſiaſtica cum epicriſi.

Munus Ieſu Chriſti *propheticum* [a]), quo ſecundum utramque naturam in ſtatu exinanitionis *immediate* functus eſſe et in ſtatu exaltationis *mediate*, per doctores nimirum ab ipſo conſtitutos, in perpetuum fungi traditur, doctores eccleſiaſtici in eo poſuerunt, quod doctrinam moralem atque evangelicam (*legem* et *evangelium* ſ. doctrinam de ſalute per ipſum impetranda), unctus ſpiritu ſ. ad hoc doctoris munus ſubeundum (Act. 10, 38.) cum hominibus communicaverit [b]). (Matth. 4, 17. c. 5—7. 11, 27. Luc. 4, 18—21. Io. 1, 18. 3, 2. 3. 4, 34. 6, 45. 63. 9, 5. 14, 6. 17, 3. 18, 37. 1 Cor. 1, 30.) Addunt alii, quod et miracula patravit ad doctrinam iſtam commendandam (Matth. 11, 18 ff. Io. 5, 36. 10, 25.), et quod vaticinia, quorum eventus divinam ipſius muneris auctoritatem comprobarent, aequalibus edidit [c]). (Matth. 12, 40. 17, 22. 20, 19. 24, 6 ff. Luc. 13, 32. Io. 13, 36. 21, 18.) Quodſi propoſitiones iſtae, myſtico et mythico, quo involutae cernuntur, velamine exuuntur (§§. 44. 49. 50.), earum ſumma ad hoc recte referri poteſt: Ieſum cognitione et viribus admirandis Deo providente inſtructum, religionis doctrina ab ipſo allata et propagata, cui omni iure vis quaedam divina et veritas tribuitur (Io. 7, 17. Rom. 1, 16. 1 Cor. 1, 24. Eph. 1, 13. Col. 2, 3. 1 Theſſ. 2, 13.), de genere humano optime et immortaliter meritum eſſe. Atque hoc quidem inſtitutionis beneficium non modo ipſe Ieſus, quum in hac vita verſaretur, ita largitus eſt, ut melioris doctrinae inſtitutionem animi morumque exemplo, quod imitandum hominibus propoſuit (Io. 13, 15.), praeſtantiſſimo, egregie illuſtraret; verum etiam, qui poſt ipſius diſceſſum evangelium atque eccleſiae inſtitutum

propagarent, doctores constituit, huic muneri aptos, ad quod strenue auspicandum illi singulari quodam eventu excitati perhibentur (Act. 2, 1 ff.), in quo explicando ac diiudicando in diversas partes abiisse theologos constat [d]).

a) Iesus, tanquam doctor, appellatur προφήτης Matth. 13, 57. Luc. 4, 24. 24, 19. Io. 4, 44. 6, 14., διδάσκαλος Io. 3, 1. 2. 13, 13., φῶς Io. 8, 12. 12, 46.

b) Calov. Syst. loc. th. VII. 443 ff. Gerhard L. th. III. 577 ff. Baumgarten *Glaubensl.* II. 180.

c) Walch Breviar. theol. dogm. 440 ff. Seiler Theol. dogm. pol. 306 ff. Ammon Summa Theol. Chr. 195.

d) Diversas interpretum sententias recenset Ch. Th. Kuinoel Commentar. in ll. N. T. hist. Vol. IV. L. 1818. ad h. l.

§. 134.

B. De munere I. Chr. sacerdotali eiusque partitione.

Doctrina ecclesiastica.

Munus *sacerdotale*, et *mediatorium* sensu angustiore dictum, Christo tribuitur, quia ab auctore epistolae ad Hebraeos summi sacerdotis nomine (ἀρχιερεύς) (c. 2, 17. 3, 1. 4, 14. 15. 5, 10. 6, 20. 7, 24—26. 8, 1. 9, 11. cf. Levit. 16.) appellatus et quia ab aliis quoque scriptoribus sacris negotia ipsius formulis officia sacerdotum Hebraeorum proprie significantibus denominata sunt (v. c. Rom. 3, 24. 25. 5, 10. 11. 11, 15. 2 Cor. 5, 18. 19. 1 Io. 2, 2. — 1 Petr. 1, 2. — Ibid. 2, 22. 1 Io. 1, 7. 3, 5. al.). Munus sacerdotale ea operis Christi pars dicitur, qua θεάνθρωπος partim morte sua se ipsum pro genere humano tanquam sacrificium Deo obtulit, ut peccatorum remissionem hominibus pararet [*expiatio* [a]) hominum s. peccatorum hominum Hebr. 9, 12. 10, 10 ff.] hominesque Deo ita reconciliavit, ut novae cuiusdam expiationis vel sacrificii qua-

liscunque inſtituendi neceſſitas prorſus tolleretur (Hebr. 7, 27. 9, 12.); partim vi huius oblationis *interceſſione* i. e. pro hominibus redemtis apud patrem deprecando et merita ſua urgendo, ſalutis acquiſitae eos participes reddit. (Rom. 8, 34. Hebr. 5, 7. 7, 24 ff. 1 Io. 2, 1.) [b]). Tertium negotium ſacerdotale muneri illi a nonnullis additur *benedictio*, quae non ſolum in precatione verbis facta, ſed in efficaciſſima omnis ſalutis expiatione partae oblatione et collatione ponitur, e locis (Marc. 10, 16. Luc. 24, 50.) non recte intellectis repetita [c]). Discernitur praeterea in tractanda de munere Chriſti ſacerdotali doctrina duplex eius *obiectum*, alterum *perſonale*, i. e. omnes omnium temporum et locorum homines (Rom. 8, 22 — 25. 1 Tim. 2, 6.), alterum *reale* ſ. omnia cuiuslibet hominis peccata. (Rom. 8, 1. 1 Io. 1, 7.) Neque tamen praetereundum eſt, Ieſum ipſum nunquam dignitatem iſtam ſacerdotalem ſibi attribuiſſe, eamque non niſi in epiſtola, argutiarum Iudaicarum pleniſſima, in ipſum conferri [d])

a) *Expiare* iuxta Moſaicam legem et uſum loquendi Iudaeorum eſt, adminiſtrare rem in facto poſitam, a Deo praeſcriptam, ritum certum, ut conſtitutam conditionem veniae peccatorum. Morus Epit. 156. Venia ſ. remiſſio ſ. condonatio peccatorum autem ſenſu biblico in univerſum ſignificat poenam ſublatam ſive liberationem a poena, tanquam beneficium Dei cum homine in gratiam redeuntis. Cf. J. W. Schmid Commentt. III., quibus remiſſionis peccatorum notio biblica indagatur. Jen. 1795 — 97. 4. Flatt *Mag.* St. III. N. 6. St. IV. N. 3. C. Ch. Flatt *Philoſ. exeget. Unterſuchung üb. d. Lehre von der Verſöhnung der Menſchen mit Gott.* Th. I. Gött. 1797. Th. II. Stuttg. 1798. I. 113 ff. II. 1 ff. Beck Commentatt. 427 f. De Wette *Bibl. Dogmat.* 262 f.

b) Calov. Syſtem. VII. 499 ff. Quenſtedt Theol. did. pol. II. 323 ff. Gerhard L. th. III. 578.

c) Baumgarten *Glaubensl.* II. 207. 227. Seiler *Ueb. d. Verſöhnungstod Jeſu Chriſti.* 1782. Ei. Theol. dogm. pol. ad h. l. Add. Baumgarten *Polem.* II. 306.

d) Ziegler *Einleitung in den Brief an die Hebräer.* Gött. 1791. Ammon *Bibl. Theol.* III. 17 ff.

§. 135.

a. De expiatione.

Doctrina ecclesiastica.

Expiationem illam quum *satisfactione* [a]) *vicaria* ab Iesu Christo absolutam esse contendunt, ipsum innocentem et iustum a Deo omnium hominum loco fuisse constitutum docent ad ferendas poenas, non a se promeritas, sed alienas, quas peccatores, tum pro culpa originis, tum pro omnibus actualibus peccatis, ferre debebant; hancque substitutionem factam esse eo consilio, ut, infinita huius personae dignitate totius generis humani dignitatem longe superante, huic ipsi generi humano omnia, quae solus praestitit Christus, Dei gratia imputari, et unicuique hominum, dummodo certa animi fiducia tantum beneficium amplexus fuerit (Rom. 3, 22. 25. Gal. 6, 7. Tit. 2, 14.), salva Dei sanctitate et iustitia, peccata remitti s. peccantes a peccati poena liberi a Deo declarari possint. Satisfactio igitur vicaria s. *meritum* Christi, sensu angustiore dictum, est complexus eorum omnium, quae Christus nostro loco fecit et passus est ad avertendas a nobis peccatorum poenas, et haec satisfactio hominum vice Deo praestita duabus continetur partibus, altera *obedientia* Iesu Christi *activa*, s. perfectissima legis impletione ac virtute (Matth. 3, 15. Rom. 5, 19. Gal. 4, 4. Phil. 3, 9. Hebr. 10, 7.), qua sanctitati divinae satisfecit (satisfactio *legalis*), altera *obedientia passiva*, qua luendis poenis peccatorum hominum, quae ipsi innocenti a Deo imputata sunt [b]), inprimis morte sua vicaria, iustitiae divinae hominum loco satisfecit (Ies. 53, 4. Io. 1, 29 s. Matth. 20, 28. Rom. 5, 6—9. 2 Cor. 5, 19. 21. Gal. 3, 13. Phil. 2, 8. 1 Petr. 2, 24. al.) (satisfactio *poenalis*). Omnino autem meritum illud *unum* (1 Petr. 3, 18. 1 Tim. 2, 5. Hebr. 10, 18.), *perenne* (Hebr. 7, 26. 9, 12. 25 ff. 10, 12. 14.), et *universale*, ratione ha-

bita et temporum et hominum et peccatorum, eorumque et poenae et culpae [c]) (Io. 3, 16—18. 1 Tim. 2, 6. 1 Io. 2, 2 f. 2 Petr. 2, 1. Hebr. 2, 9. 2 Cor. 5, 14. 19. Rom. 3, 23. 5, 12—21. 1 Io. 1, 7.), recte dici contendunt.

Conf. Aug. art. IV. 10. „Filius Dei — vere passus, mortuus — (est), ut reconciliaret nobis Patrem, et hostia esset, non tantum pro culpa originis, sed etiam pro omnibus actualibus hominum peccatis." Apolog. art. VI., inprimis 184 ff. XII. 253 ff. Catech. min. et mai. Art. II. Form. Conc. Epit. III. 584. Sol. decl. III. 684 f. „Iustitia illa, quae coram Deo fidei, aut credentibus, ex mera gratia imputatur, est obedientia, passio et resurrectio Christi, quibus ille legi nostra causa satisfecit et peccata nostra expiavit;" cet. 85.

Chemnitz Loc. th. II. 313 ff. Cotta Diss. do redemtione ecclesiae sanguine Iesu Chr. facta; in sua loc. th. Gerhardi ed. IV. 81 ff. Quenstedt II. 323 ff. Hug. Grotii l. de satisfactione Socinianis oppositus, cum Ioach. Langii additamentt. H. 1730. J. D. Michaelis *Gedanken üb. d. Lehre der h. Schrift v. Sünde u. Genugthuung.* Gött. 1779. 2. *A.* G. F. Seiler *Ueb. d. Versöhnungstod Jesu Christi.* 2 Thle. Erl. 1782. 2. *A.* Aliorum hac de re scripta rec. Bretschneider *Entwickl. d. dogmat. Begr.* 2. *A.* 605 ff. Ei. *Handb. d. Dogmatik.* II. 2. *A.* 228 ff.

a) Conf. Aug. art. IV. 10. (Chr.) „sua morte pro nostris peccatis satisfecit." Apolog. art. III. 93. VI. 190. VII. 201. Catech. mai. art. II. 495. „Ad haec passus, mortuus et sepultus, ut pro me satisfaceret, meamque culpam, quae mihi luenda fuerat, persolveret." Form. Conc. Sol. decl. III. 696. „Obedientia Christi — est perfectissima pro humano genere satisfactio et expiatio, qua aeternae et immutabili iustitiae divinae (quae in lege revelata est) satis est factum." — Verbo *satisfacere*, cui nullum in libris ff. respondet, Tertullianus (de pudicit. c. 9. 13., de patientia c. 2., de cultu femin. I. c. 1.) primus usus est, tum de „Christo peccata hominum omni satisfactionis habitu expiante", tum de iis, quae hominibus facienda sint ad Deum placandum; alio quidem sensu, quam quo apud scriptt. Romanos, cf. Cic. Verr. I. 31. Tacit. de mor. Germ. 21. et inde a sec. XI. apud theologos usurpatur. Vid. Münscher *Dogmengesch.* II. 240.

b) Conf. Aug. eiusdemque Apol., Catechismi et Artt. Smalcaldici Christum sua morte i. e. obedientia tantum passiva pro pecca-

tis hominum satisfeciſſe ſimpliciter docuerunt. Addidit Formula Conc. Sol. decl. III. 684 ſ.: „Iuſtitia illa, quae coram Deo fidei, aut credentibus, ex mera gratia imputatur, eſt *obedientia*, paſſio et *reſurrectio* Chriſti, quibus ille legi noſtra cauſa ſatisfecit, et peccata noſtra expiavit. Quum enim Chr. non tantum homo, verum Deus et homo ſit, in una perſona indiviſa, tam non fuit legi ſubiectus, quam non fuit paſſioni et morti (ratione ſuae perſonae) obnoxius; quia dominus legis erat. Eam ob cauſam ipſius obedientia, non ea tantum, qua Patri paruit in tota ſua paſſione et morte, verum etiam, qua noſtra cauſa ſponte ſeſe legi ſubiecit eamque obedientia ſua implevit, nobis ad iuſtitiam imputatur: ita, ut Deus propter totam obedientiam, quam Chr. *agendo* et *patiendo*, in vita et morte ſua, noſtra cauſa Patri ſuo praeſtitit, peccata nobis remittat, pro bonis et iuſtis nos reputet et ſalute aeterna donet." Diviſionem eam obedientiae Chriſti non eſſe ſatis exquiſitam monuit Quenſtedt Theol. did. pol. III. 244.: „quia ob. *paſſiva activam* non excludit, ſed includit, utpote quae in media etiam morte Chriſti mirifice ſeſe exſeruit." Nonnulli ob. activam in N. T. libris tradi negarunt v. J. A. H. Tittmann Pr. de obedientia Chr. ex Ap. Pauli ſententia. L. 1812. 4. Alios rec. Bretſchneider *Entwickl. d. dogmat. Begr.* 3. *A.* 627 ſ.

c) Apol. Conf. Aug. II. 80. „Totius mundi peccatum abstulit (Chr.), ſicut teſtificatus eſt Iohannes Io. 1, 29." XII. 264. „Oportuit enim ſanctos in V. T. iuſtificari fide ex promiſſione remiſſionis peccatorum, donandae propter Chr., ſicut et ſancti in N. T. iuſtificantur. Omnes ſanctos ab initio mundi ſentire oportuit, hoſtiam et ſatisfactionem fore pro peccato Chriſtum. — Quum igitur in V. T. ſacrificia non mererentur reconciliationem, niſi ſimilitudine quadam (merebantur enim reconciliationem politicam), ſed ſignificarent venturum ſacrificium: ſequitur, unicum eſſe ſacrificium Chriſti applicatum pro aliorum peccatis." Ad obiectiones, quae contra eam *univerſalitatem* meriti Chr. propoſitae ſunt e locis, in quibus *πολλοί* (quod quidem ſaepius cum v. *πάντες* permutatur) memorantur (Matth. 20, 28. 26, 28. Rom. 5, 15—19.), aut oves (Io. 19, 15.), ſic reſponderunt: Mortuus eſt Chriſtus pro omnibus *τελικῶς* ſ. finaliter h. e. Chr. effecit, ut omnibus peccata condonari *poſſint*; mortuus eſt pro multis, non pro omnibus, *ἐκβατικῶς* ſ. eventualiter, quia peccata non niſi poenitentibus et ad frugem redeuntibus condonantur. Attamen ipſo praeeunte Auguſtino (cf. Walch *Ketzergeſchichte.* V. 180. 268. Wundemann *Dogmengeſch.* II. 146.), haud pauci, non pro

omnibus Christum esse mortuum statuerunt, id quod saepius impugnatum est, a Semipelagianis (cf. Faustus de grat. I. 4.), Pontificiis, Nostris, Arminianis; damnatum etiam a Clemente XI., defensum contra a Calvinianis Particularistisque et Ianseniistis. Baumgarten *Polem.* II. 198. Grapii Theolog. rec. controversa. III. 30 f. Marheinecke Institutt. symb. 140. — Sententiam in II. symbolicis traditam, servatorem poenas ab hominibus promeritas tuliſſe, theologi postea ita accuratius definiverunt, ut eum *intensive*, non *extensive* poenas infernales luisse docerent. Calov. VII. 657. Hollaz III. 247.

§. 136.

Doctrina biblica.

Quodsi fontem dogmatis illius, notiones de sacrificiis, quae apud Hebraeos [a]), sicut apud alios populos incultiores, sacerdotum maxime studio commendatae et propagatae, reperiuntur [b]), et dicta scriptorum ſſ., ad dogma illud probandum allata, accuratius examinaveris, haud dubitabis, notionem illam de symbolica quadam ac vicaria peccata expiandi ratione Israelitis mature iam fuisse cognitam [c]) (Levit. 4, 3 ſſ. 15—21. 5, 11—13. 16, 21. 17, 11. cf. 1 Reg. 21, 29. 2 Reg. 24, 1—4.), quamvis haec ipsa Davidi et prophetis nonnullis ad peccatorum veniam obtinendam non omnino sufficere visa sit (Pſ. 32, 1—5. 40, 7 ſſ. 50, 8—15. Ies. 1, 11—17. 66, 1—3. Ezech. 18, 21. 28. Hos. 6, 6. coll. Matth. 9, 13. Mich. 7, 18 ſſ.). Neque vero sententia ea, cuius apud omnes fere gentes incultiores vestigia reperiuntur [d]), quod Deus, salva iustitia, poenam ipsumque supplicium a reo in alium quendam eundemque innocentem transferre possit, apud Iudaeos incognita fuit (Ex. 20, 5. Ios. 7, 1 ſſ. 2 Sam. 12, 15—18. 21, 11—14. 24, 10—25. Ies. 43, 3. 53, 4—8. 10. 65, 7. Dan. 11, 35.), licet expiationis, Messiae morte perficiendae, notio in V. T. libris nondum significata sit. Nihilominus haec sententia, celeberrimo illo vaticinio (Ies. 53, 5.) [e]) in Iesum translato (Luc. 22,

37. Marc. 15, 28. coll. Ieſ. 53, 12. — Io. 12, 38. Rom. 10, 16. coll. Ieſ. 53, 1. — 1 Petr. 2, 22—25. coll. Ieſ. 53, 5. 6. 9. — Act. 8, 28—35. — Marc. 9, 12. Rom. 4, 25. 2 Cor. 5, 21. 1 Io. 3, 5. — Matth. 8, 17. verba Ieſ. 53, 4., alieno quidem ſenſu iis ſubiecto, ad Ieſum transferuntur), ab omnibus fere ſcriptoribus ff., quippe qui odium et ignominiam ſupplicii Ieſu Chriſto illati eo removere ſtuderent, maxime a Paulo *f*), ita aſſumta atque expoſita eſt, ut mortem Ieſu Chriſti tanquam expiatoriam eandemque vicariam, velut poenam peccatorum hominum omnium (1 Io. 2, 1. 2.) ab ipſo ſuſceptam (Matth. 20, 28. Io. 1, 29. Rom. 5, 6—9. 2 Cor. 5, 21. Gal. 3, 13. 1 Petr. 2, 24. 1 Tim. 2, 6. Hebr. 9, 28.), proponerent, et Ieſum, tanquam agnum purum et immaculatum (1 Petr. 1, 18 ff. 2, 24. coll. Ieſ. 53, 7.) a patre ipſo morti quaſi victimam piacularem traditum fuiſſe (Io. 1, 29. Rom. 3, 24 ff. 5, 8—10. 2 Cor. 5, 14. 15. 21. Gal. 3, 13. Eph. 1, 7. 5, 2. Col. 1, 20. 1 Tim. 2, 5.), ſanguine ſuo peccata mundi abluentem (1 Io. 1, 7. 2, 1 ff.), docerent ipſique obedientiae ſive virtuti Ieſu vim quandam vicariam tribuere viderentur (Rom. 5, 18. 19. 1 Petr. 1, 19. 3, 18. 1 Io. 2, 1. Hebr. 9, 14.); epiſtolae vero ad Hebraeos auctor quaecunque ad ſacrificia piacularia pertinent, a Chriſto in templo coeleſti peragi ſibi fingeret (4, 14 ff. 6, 20. 7, 27. 8, 1 ff. 9, 13 ff. 10, 1—10.). Iidem diſerte affirmant, ob hanc ſolam Ieſu Chriſti mortem vicariam, quam ad ſummum Dei erga homines amorem referunt (Io. 3, 16. 1 Io. 4, 9. 10. Rom. 3, 25 ff. 4, 25. 5, 6—19. 9, 31 ff. 1 Cor. 1, 18. 2, 2. 5, 7. 2 Cor. 5, 19. Gal. 2, 20. 3, 13. Eph. 1, 7. 2, 4 ff. 16—18. 5, 2. 25. Col. 1, 14. 20. 22. 1 Theſſ. 1, 10. 1 Tim. 2, 6. Tit. 2, 14.), veniam peccatorum hominibus, nullo ipſorum facto aliave cauſa intercedente, a Deo concedi. (Rom. 3, 19 ff. Gal. 2, 21. Eph. 2, 8. Tit. 3, 5. al.) Aliis tamen locis, mortem Chriſti iis tantum vere ſalutarem fore, qui fiduciam in Chriſto collocaverint (Rom. 3, 25. Tit. 2, 14.), atque veniam pec-

catorum, morte Chriſti paratam, homines ſtrenuo animum emendandi ſtudio obſtringere (Rom. 6, 10. 2 Cor. 5, 14. 15. 1 Petr. 1, 17 ff. Hebr. 9, 14.), haud obſcure ſignificatur. Venia autem peccatorum a ſcriptoribus ff. in eo ponitur, quod Deus poenas a peccantibus promeritas ſ. mala peccantibus propter legem violatam infligenda auferat atque eluat, eosque a peccati poena immunes declaret (Pſ. 32. Matth. 9, 2. Marc. 2, 5. Luc. 5, 20.). Ceterum poena, a qua per ſupplicium Ieſu Chriſti liberati ſumus, mors aeterna fuiſſe perhibetur (Io. 3, 14—16. 36. 5, 24. 8, 51. Rom. 5, 12. 17. 18. 8, 10. 1 Cor. 15, 21 ff. 54. 1 Theſſ. 5, 10. 2 Tim. 1, 10. 1 Petr. 1, 3. Hebr. 2, 14.), quo loco poſtremo Chriſtus morte ſua etiam diaboli poteſtatem fregiſſe dicitur.

a) Vitringa Obſervatt. ſacr. 909 ff. Sykes *Ueb. d. Natur, Abſicht u. den Urſpr. d. Opfer, mit Anmerk. von* Semler. 1778. Michaelis *Moſaiſches Recht.* IV. §. 187 ff. Flatt *Magaz.* St. III. N. 6. IV. 3. Bauer *Beſchreibung d. gottesdienſtl. Verfaſſung d. alten Hebräer.* L. 1805. I. 139 ff. De Wette Commentat. de morte Ieſu Chr. expiatoria. 15 ff.

b) Cf. Herodot. II. c. 39. 46. Iul. Caeſ. de bell. Gal. VI. 16. Ovid. Faſtor. VI. 162. „Hanc animam vobis pro meliore damus." — Pfanner Syſt. theol. gent. c. 15. Meiners *Allg. krit. Geſch. d. Relig.* II. 6. — Eadem apud gentiles aeque ac Iudaeos de peccatis expiandis obtinuit ſententia: *Χωρὶς αἱματεκχυσίας οὐ γίνεται ἄφεσις (τῶν ἁμαρτιῶν).* Hebr. 9, 22.

c) Flatt *Magazin.* III. 222. VI. 49. Stäudlin *Dogm. u. Dogmeng.* 375 ff. Ammon *Bibl. Theol.* II. 131 ff. De Wette *Bibl. Dogm.* 101. Geſenius *Commentar üb. d. Jeſaias.* T. II. L. 1821. ad Ieſ. 53, 10. p. 189 ff.

d) Meiners *Krit. Geſchichte d. Relig.* II. 68 ff. Kaiſer *Bibl. Theol.* II. 126 ff.

e) De variis interpretum ſententiis ſuper hoc loco vid. Eichhorn *Allg. Bibl. d. bibl. Lit.* VI. 6. — Roſenmüller (*Leiden u. Hoffnungen der Propheten.* Ieſ. 52. 53.; in Gabler *Neueſt. th. Journ.* B. II. St. 4. 1799.), De Wette (Comment. de morte I. Chr. expiat. 23 ff. 98 f.) et Geſenius (II. p. 11 f.), עֶבֶד יְהוָה nomen eſſe collectivum prophetarum exilio Babyl. oppreſſorum et civitate per Cyrum reſtituta, a contemtu et

contumelia vindicandorum laetiorique sorte beandorum, argumentis gravissimis demonstrarunt; coll. Ies. 42, 1 ff. 49, 7. 50, 6. Act. 8, 34. Locus Ies. 53., ubi homo calamitosus se praebuisse dicitur piacularem victimam genti suae, cuius culpam ipse solus sustinuisset, quod voluerunt Martini (Commentatio in loc. Ies. 53. Rostochii. 1791. p. 67.) et De Wette (de morte Iesu Chr. expiatoria. p. 31. 32.), *figurate* (*symbolice*), *tropice* vel *allegorice* non est ita interpretandus, quasi prophetae eatenus tantum pro popularium salute se devoverint, quatenus docendi munere religiose administrando invidias, vexationes mortemque adeo sibi contraxerint; sed ita potius accipiendus, ut vicaria culpae alienae expiatio et insontium pro sontibus oblatio ad placandam divinam iustitiam ultricem cogitetur, et vera substitutionis vicariae notio huic loco insit, quod quidem placuit Rosenmüllero et Gesenio l. l. Cf. Ioseph. de Maccabaeis. §§. 6. 17. Namque 1. imbecillitas antiquorum hominum, non putans esse divinae iustitiae, quemquam hominum sine culpa plectere, quodvis malum habebat pro poena aut proprii, aut alieni peccati, quod iudex in alium detulerit luendum, cf. Io. 9, 2. 2. Identidem in loco illo (v. c. c. 4. 5. 10.) dicitur vicarius reus nostrae culpae causa puniri, nostros ferre dolores, pro nobis piaculi loco sese praebere. 3. Quanquam vero auctor huius loci, quemadmodum reliqui prophetae, rectius omnino statuit de externo Dei cultu aestimando, tamen haud est mirabile, eum artis disciplinaeque omnis ignarum, retinuisse et sui et aliorum populorum opinionem, qua Deus, nihil non expiari cupiens, cuiuscunque peccati poenam necessariam et inevitabilem, ab insontibus adeo, dicitur repetere. Quam opinionem adeo a N. T. scriptoribus, etsi antiquatis iamiam sacrificiis, conservatam et in mortem Iesu translatam esse, posteaque fingendis martyrum sanctorumque meritis, quae pro bene facto maleficis imputari posse creduntur, occasionem dedisse constat. 4. Ista opinio de vicaria peccatorum expiatione in V. T. ll. ff. frequenter sese nobis offert. Ex. 20, 5. patrum delicta in liberis castigantur. 2 Sam. 21, 1—14. poena antea neglecta a posteris repetitur. 2 Sam. 24, 10—25. Davidis crimen peste per tres dies grassante et LXX hominum millibus interfectis expiatur. 2 Sam. 12, 15—18. Davidis impudicitia infantis morte luitur. Ios. 7, 1 ff. ob praedam ex opibus Iehovae dicatis ab Achane ablatam totus Iosuae exercitus hostibus caedendus conceditur. Quin etiam Ies. 65, 7. in hominibus scelestis et ipsorum et patrum culpa simul punitur. Etiam Dan. 11, 35. pii, scilicet Maccabaei et Hasidaei, dicuntur insectationibus succubituri,

ut reliqui purgentur et Deo quaſi dedicentur, i. e. illorum morte vicaria liberentur a culpa. Ieſ. 43, 3. Aegyptus, Aethiopia et Saba tanquam redemtionis pretium pro Israelitis offeruntur, ſcilicet ut Dei iuſtitia, cui Israelitis in exſilium miſſis nondum eſſet ſatisfactum, expleatur. 5. Quos De Wettius ad ſuam ſententiam ſtabiliendam (p. 22.) affert locos, Prov. 21, 18., ubi, vocabula כֹּפֶר non proprie intelligendo, impii pios aerumnis perferendis excipere dicuntur, cf. Ieſ. 43, 3. 57, 1., hi nullius fere ſunt ponderis. Plerique enim ex Hebraica gente lectores, ſacrificiorum et vicariae mortis cogitationibus aſſueti, nihil fere niſi hoc in explicando loco iſto memorabili Ieſ. 53. ante oculos habere potuerunt; atque eadem huius loci interpretandi ratio Apoſtolos quoque ad amplectendam de piaculari morte Ieſu opinionem adegiſſe videtur. Quapropter et ipſe Ieſus ſimili ratione, locum illum reſpiciens mortem ſuam *λύτρον ἀντὶ πολλῶν* Matth. 20, 28. dixiſſe putatus eſt. Rectius tamen haec formula e ſeriori quodam ſententiae alicuius a Chriſto pronunciatae interpretamento, mortem Chr. piacularem adumbrante (cf. Matth. 26, 28. et Eph. 1, 7. Col. 1, 14. uſus vocis *ἀπολύτρωσις*), repeti videtur. Neque vero praetereundum eſt, vocabulum *λύτρον* nec apud Graecos nec in Verſ. Alex. proprie de piaculis, ſed de pretio quodam redemtionis dici, neque etiam Hebraica כֹּפֶר et פִּדְיוֹן hoc ſenſu uſurpata legi. De Wette l. l. 98. Sententia de Meſſia, qui morte ſua peccata hominum expiaturus eſſet (§. 120. b. not. *a.*), plurimis Iudaeis et ipſis Apoſtolis, quippe qui Ieſum de morte ſibi inſtante loqui aegerrime ferrent, ante ſupplicium ab ipſo toleratum plane ignota fuiſſe videtur, cf. Matth. 16, 22. Marc. 9, 32. Luc. 18, 34. Io. 12, 34. De Wette l. l. 96 ff. *Allg. Lit. Zeit.* 1813. Nr. 117.

f) Böhme *Die Religion Jeſu Chriſti aus ihren Urkunden dargeſtellt.* H. 1825. p. 40 ff.

§. 137.

Continuatio.

Quanquam e locis iam commemoratis clariſſime patet, doctrinae eccleſiaſticae fundamenta et ipſa momenta potiora in librorum ſſ. effatis nonnullis vere contineri *a*), haud tamen praetermittendum eſt, in iisdem libris alias quasdam hac de re formulas deprehendi ab illa ſupra propoſita plane abhorrentes, vel ei repugnan-

tes. Sic gratiam Dei remiſſionemque peccatorum Matth. 6, 12. 14 ſſ. animo placabili precibusque, et Act. 26, 18. fide Ieſu Chriſto habita obtineri edocemur. Chriſtus ſuapte ſponte peccata remittit (Matth. 9, 2. 6.) eandemque poteſtatem vel Apoſtolis tribuit. (Io. 20, 23. coll. Matth. 16, 19.) In aliis locis venia peccatorum ſimul e reſurrectione Ieſu repetitur (Rom. 4, 25. 8, 34. 1 Cor. 15, 17.), tanquam eventu illo ſolenni, quo Deus expiationem a Chriſto praeſtitam confirmari voluerit (Rom. 5, 10. 1 Petr. 1, 21. 3, 21. 22.); uno loco (Act. 5, 31.) ab exaltatione Chriſti ad dextram Dei, et tribus aliis ab interceſſione Ieſu pro hominibus coram Deo derivatur (Rom. 8, 34. Hebr. 7, 25. 1 Io. 2, 1.). Omnibus his doctrinae formulis illa praeferenda eſt, ſecundum quam, praeeuntibus V. T. ſcriptoribus (Pſ. 32, 4. Ieſ. 1, 10—19. 43, 25. 55, 7. 58, 3 ſſ. 59, 12 ſſ. Ier. 31, 34. Hoſ. 6, 1—6. coll. Matth. 9, 13. 14, 2—10. Mich. 6, 6—8. Ioel 2, 12. Prov. 21, 3.), qui Deum peccatorum poenas ob reditum ad meliorem frugem remittere ſimpliciter docent, et in N. T., ab Ioanne baptiſta (Matth. 3, 8. Marc. 1, 4.), a Chriſto ipſo (Matth. 4, 17. 6, 12. 9, 2. 22. Marc. 2, 5. 5, 34. 12, 33. Luc. 7, 47. 10, 25 ſſ. c. 15. 18, 14. 24, 47. Io. 8, 11.) et ab Apoſtolis (Marc. 6, 12. Act. 3, 19. 22, 16. 26, 18. Hebr. 10, 18. 1 Io. 3, 7.) fides et reſipiſcentia, cuius velut ſymbolum baptisma aliquot locis adiicitur (Luc. 3, 3. Mc. 1, 4. Act. 2, 38. 10, 35.), tanquam unica remittendorum peccatorum conditio, requiritur, nulla quidem expiationis cuiusdam mentione adiecta [b]). Accedit, quod cum natura atque indole univerſae religionis doctrinae ab Ieſu ipſo propoſitae ſententia de morte eius expiatoria haud bene conciliari poſſe videtur [c]). Namque reiectis quibusvis ritibus expiatoriis (Io. 4, 24.), Ieſus ipſe ſupplicium nondum perpeſſus, quod quidem ſtatim ab initio muneris in ſe ſuscepti minime praeſagiviſſe videtur (Matth. 23, 13. 37. Luc. 19, 42. 23, 28.) [d]), iam ſe *opus perfeciſſe* vitae ipſius terreſtri

(ἐπὶ τῆς γῆς) a patre iniunctum, diſerte annunciavit (Io. 17, 4. 6.), et mortem adeo reformidavit. (Matth. 26, 39. 42. Marc. 14, 36. Luc. 22, 42. Add. Matth. 23, 37. 26, 24. Luc. 19, 42. 23, 28.) Poſt reditum autem in vitam ſola μετανοίᾳ veniam peccatorum impetrandam eſſe a diſcipulis tradi voluit (Luc. 24, 27.). Neque minus ſortem beatam in vita futura exſpectandam ab animo pio proboque et ſervatis morum praeceptis (Luc. 10, 25—28. Matth. 19, 17. Marc. 10, 19.), maxime a pie beneque factis pendere, ſine ulla exceptione docuit (Matth. 21, 43. 25, 31—46.). Diſcipuli igitur poſt fata demum doctoris divini nonnulla ipſius allegorice et improprie dicta de morte ſibi inſtante, quam ſe pro veritate et in gratiam ſuorum ſubire ait (Io. 6, 51. 10, 15. 17, 19.), in hanc ſententiam convertiſſe videntur, quum vel e V. T. locis quibusdam ſecundum morem docendi Hebraeis uſitatum *e*) et ex opinionibus tunc temporis apud Alexandrinos potiſſimum pervulgatis de λόγῳ ad inſtar ſacerdotis et interceſſoris homines cum Deo reconciliante *f*), mortem Ieſu explicarent, vel Iudaicam ſuperſtitionem, cui pars Chriſtianorum adhaerebat, de ſacrificiorum perennitate ac neceſſitate oppugnare vellent.

Ammon *Bibl. Theol.* III. 122 ff. Summa Theol. Chr. 188 f. *Bemerkungen üb. d. Nothwendigkeit des Todes Jeſu aus rationaliſtiſchem Geſichtspunct betrachtet*; in Gabler *Theol. Journ.* B. III. St. 3. Wachler *Verſ. einer Würdigung d. Lehre v. der Rechtfertigung.* Ibid. IV. 2. (Gubalke) *Darſtellung d. verſchied. Geſichtspuncte, aus welchen d. Tod Jeſu betrachtet werden kann.* 1803. De Wette *Bibl. Dogm.* 262 ff.

a) Literarum ff. teſtimoniis confirmari nequeunt ſententiae de culpa hominis *infinita*, de *valore infinito* paſſionis Ieſu Chr., de neceſſitate *abſoluta* paſſionis et mortis θεανθρώπου, de merito Chriſti hominibus condonato, de natura divina paſſionis participe facta, de ſatisfactione Deo praeſtita, de Chriſto eadem paſſo, quae homines pati debuiſſent, totam eius vitam expiatoriam fuiſſe. Bretſchneider *Handb. d. Dogmatik.* II. p. 291.

b) Cf. quae, adhibita artificiosa quadam locorum supra ll. interpretatione et posito discrimine, scriptoribus N. T. quidem nondum cognito, inter veniae peccatorum *causam meritoriam* et *conditionem sine qua non*, contra sententiam supra expositam in medium prolata sunt in Bretschneider *Handb. d. Dogm.* II. 2. *A.* p. 257 ff.

c) De Wette Commentat. 102.

d) Ammon *Bibl. Theol.* II. 578 ff.

e) Kaiser *Bibl. Theol.* 263. De Wette l. l. 96 ff. Ei. *Bibl. Dogmat.* 199 f. Sic dictum illud de morte Christi expiatoria, quod Io. 1, 29. exstat, ab aliis quidem aliter explicatum (cf. Gabler Meletemata in l. Io. 1, 29. IV. Jenae. 1808—11. 4. Paulus et Kuinoel ad h. l.), ab Ioanne bapt. plane alio sensu acceptum fuisse, quam qui ab evangelista post Iesu mortem, ab ipso pro expiatoria habitam (1 Io. 2, 2. Apoc. 5, 6. 9. 12.), illi tributus sit, facile intelligitur. Cf. Henke *Neues Magaz.* VI. 505 ff. *Einfluss d. Todes Jesu auf die Lehrart d. Apostel.*

f) Philo Quis rer. div. haer. 509. B. ed. Paris. *Ὁ δ' αὐτὸς (λόγος) ἱκέτης μέν ἐστι τοῦ ἀνηκόου κηραίνοντος ἀεὶ πρὸς τὸ ἄφθαρτον, πρεσβευτής τε τοῦ ἡγεμόνος πρὸς τὸ ὑπήκοον· ἀγάλλεται δὲ ἐπὶ τῇ δωρεᾷ, καὶ σεμνυνόμενος αὐτὴν ἐκδιηγεῖται φάσκων· κἀγὼ εἱστήκειν ἀνὰ μέσον κυρίου καὶ ὑμῶν* — Cf. 1 Tim. 2, 5. Rom. 8, 34. Hebr. 7, 25. — *Ἐγὼ ἐπικηρυκεύσομαι τὰ εἰρηναῖα γενέσει παρὰ τοῦ καθαίρειν πολέμους ἐγνωκότος εἰρηνοφύλακος ἀεὶ θεοῦ.* Cf. Rom. 5, 1. De profugis. 466. *Λέγομεν γὰρ, τὸν ἀρχιερέα οὐκ ἄνθρωπον ἀλλὰ λόγον θεῖον εἶναι, πάντων οὐχ ἑκουσίων μόνον ἀλλὰ καὶ ἀκουσίων ἀδικημάτων ἀμέτοχον.* Cf. Hebr. 7, 26. De vita Mos. II. 673. Add. III. 669. E. Quod Deus sit immut. 312 f. D.

§. 138.

Historia dogmatis.

Omnino quatuor constitui possunt numinis expiandi subsidia, inde a generis humani primordiis usque adhuc inter homines solita, quibus tum benevolentiam eiusdem sibi conciliare, tum eius iram averruncare posse sibi videbantur, scilicet sacrificia Deo oblata, apud Iudaeos et gentiles usitata, cruciatus corporis, inter anachoretas monachosque omnium gentium variis modis

suscepti, bona, quae putabant ac vocabant, opera in ecclesiae et clericorum commodum facta, inde a rei Christianae primordiis a Christianis falso iactata, et vitae morumque emendatio, ab Iesu Christo in hunc usum commendata (Luc. 15. al. §. 137.) atque sola cum recta cognitione de morali hominis Deique natura conciliandа. Quemadmodum vero scriptores ss. inprimis mortem Iesu Christi cum sacrificiis vario modo comparatam ad veniam peccatorum parandam valuisse docent, repudiata quacunque in explicando modo atque ratione dogmatis subtilitate et forma artificiosa: ita et antiquiores ecclesiae catholicae doctores, conservata dictionis illius figuratae, in N. T. conspicuae, ambiguitate [a]), haud diligenter anquisiverunt, quo potissimum sensu piaculi instar Deo patri oblati mors Christi esset habenda, neque unum quoddam primarium vel consilium vel effectum eius commemoraverunt [b]). Quanquam non morte solum, sed etiam docendis hominibus et ad Deum revocandis Christum omnino meritum esse de genere humano praeclare compluribus locis ostenditur [c]); haud pauci tamen Patrum eccl., quippe qui daemonologiae studiosissimi essent, in eo convenerunt, ut Iesu θανάτου [d]) mortem debitum aliquod redemtionis hominum pretium fuisse existimarent, quod, quum esset diabolo persolutum, ab eius imperio et potestate itemque a morte aeterna illos liberaret [e]). Inde a sec. IV et V, de causa et necessitate mortis Iesu Christi aliis aliter statuentibus, plerique Deo pretium redemtione solutum esse censuerunt [f]); qua de re tamen sec. adhuc XII inter Petr. Abaelardum et Bernhardum Claraevallensem disceptatum est, illo quidem posteriorem, hoc priorem eamque antiquiorem de hominibus per mortem Christi e potestate diaboli redemtis sententiam defendente. Etsi satis mature iam formulae antiquae e re sacra repetitae cum formulis e re forensi depromtis, ad illas proxime accedentibus, coniunctae vel commutatae fuerant, et ipsa notio satisfactio-

nis morte Iesu Christi Deo praestitae Patrum sententiis huc referendis plus minusve substructa erat *g*); tamen sec. XI demum Anselmus Cantuariensis primus subtiliorem illam de satisfactione, totius generis humani loco, iustitiae divinae praestita eiusque necessitate absoluta doctrinam proposuit *h*), quae, nullo quidem decreto publico sancita, paullatim ita invaluit, ut plurimis probata videretur. Doctores Scholastici, quorum plerique Anselmum secuti sunt, neque de vi neque de modo satisfactionis Deo praestitae omnino consenserunt, sic, ut alii, Thomistae inprimis et Dominicani, *satisfactionem superabundantem*, alii, Nominales, Scotistae et Franciscani, *acceptationem gratuitam* defenderent *i*); unde longa diffidia inter Thomistas et Scotistas eorumque asseclas exorta sunt, et usque ad Sacrorum instauratorum fere tempora continuata.

Hug. Grotius de satisfact. Iesu Chr. c. 10 ff. Petavius Dogmat. theol. l. 12 et 13. 81 ff. T. VI. Cotta Hist. doctr. de redemtione ecclesiae sanguine Iesu Chr. facta, diss. III. praemissa Gerhardi L. th. T. IV. 81 ff. Ziegler Hist. dogm. de redemtione s. de modis, quorum unus iam satisfactionis nomine haesit, inde ab eccl. primordiis usque ad Lutheri tempora. Gott. 1791. 4. rec. in Velthusen, Kuin. et Rup. Commentatt. theoll. V. 227 ff. Münscher *Dogmengesch.* II. 219 ff. Wundemann *Dogmengesch.* II. 349 ff. Beck Commentt. 531 ff. Stäudlin *Dogm. u. Dogmeng.* 394 ff.

a) Exempla proposuit Beck l. l. 533.

b) Plurimi varia mortis Iesu effecta complectuntur (v. c. Iren. II. 20. IV. 2. Orig. c. Cels. VII. 342. ed. Spencer. August. de trin. l. IV.), vel alia aliis locis (v. Beck l. l. 533 f.) commemorant.

c) Iustin. dial. c. Tryph. 228 ff. ed. Col. Iren. II. 14. Clem. Strom. V. 647. VI. 769. Orig. c. Cels. I. 29. 32. 43. Lactant. IV. 11. 13 f. — Orig. c. Cels. III. 465. Tatian. Or. c. Graec. 147 f. ed. Col. — Heubner Diss. hist. antiquior dogmatis de modo tenendae salutis et institicationis seu veniae pecc. a Deo impetr. instrumentis. Vit. 1805. 4.

d) De *Patripassianis*, qui ipsum patrem, a quo λόγον non discernerent, mortem passum statuisse dicuntur, vid. Walch *Ketzer-*

Ketzergeſch. I. 545 f. II. 35., et de *Theopaſchitis*, qui trinitatem paſſam eſſe dixiſſe feruntur, v. Cotta IV. 118 f. Adverſus hoc *Deum* (non deitatem) *in carne* ſ. θεάνθρωπον et corpore et anima pertuliſſe omnes cruciatus, in eccl. cathol. decretum eſt. Cf. Io. Damaſc. de fid. orth. III. 26. — Commenta aliorum populorum, v. c. Indorum, Aegyptiorum de Diis mutilatis, vel occiſis v. in Meiners *Krit. Geſch. d. Rel.* I. 342. Kaiſer *Bibl. Theol.* I. 270.

e) Grüner Dogm. 253 ff. 262 f. Beck l. l. 535 f. Wiggers *Pragmat. Darſtell. d. Auguſtinismus u. Pelagianismus.* B. 1821. p. 354.

f) Cf. prae ceteris Io. Damaſc. de fid. orth. III. 27.

g) Semler *Einleit. zu* Baumgarten *Polem.* III. 282.

h) Lib. I. cur Deus homo. c. 9—25. Opp. ed. Pariſ. 1721. 74 ff. Schröckh *Kirchengeſch.* XXVIII. 377 ff.

i) Satisfactionem *ſuperabundantem* i. e. non modo vere ſufficientem, ſed etiam peccata humana eorumque poenas ſuperantem ex *infinito* pretio ſanguinis Chriſti repetierunt, praeeuntibus Auguſtino, Serm. 114., et Alex. Hales Summa univ. th. P. III. qu. 1. 4—7. Cramer-Boſſ. VII. 122. Io. Duns Scotus eumque ſecuti negarunt *infinitam* redemtionem, qua ne opus quidem fuerit, et ſanguinem Chriſti, quem *ſui gratia* patri obtulerit, non *ex ſe* ſed *ex divina acceptatione*, quam *acceptilationem* etiam vocarunt, ſuffeciſſe ſtatuerunt. Cramer l. l. VII. 598. Beck l. l. 539.

§. 139.

Continuatio.

Lutherus ceterique ſacrorum emendatores ſeculi XVI, quo certius et fortius foedis iſtis de vi et efficacia expiationum et indulgentiarum *a*) erroribus, iam inde a rei Chriſtianae primordiis, in ſummum verae religionis detrimentum, per publicam eccleſiae diſciplinam quam maxime divulgatis, occurrerent, eo gravius ſatisfactionem illam ab Ieſu Chriſto praeſtitam redimendis et expiandis hominibus ſufficere contenderunt *b*). Eorum vero ſententiae in libris ſymbolicis hac de re propoſitae ſeculo demum XVII exeunte per

theologos, Anſelmi potiſſimum et Thomiſtarum decreta ſecutos, redactae ſunt in ſubtiliorem formam (§. 135.); quae deinde per univerſam fere Proteſtantium eccleſiam probata et contra Socinianos [c]), Arminianos [d]) aliosque [e]), aſſumtis ex ipſa philoſophia Wolfiana adminiculis [f]), acriter defenſa eſt. Inde autem a medio ſeculo ſuperiore plures eccleſiae evangelicae doctores accuratius eam examinaverunt, et graviſſimis argumentis denuo impugnatam [g]), alii alia ratione informare conati ſunt. Nonnulli igitur *mediate*, ut dicitur, veniam peccatorum morte Ieſu Chriſti parari cenſuerunt [h]), quatenus eadem, vel tanquam pignore ſ. evento in ſenſus cadente benignum Dei conſilium peccata hominibus condonandi declaratum, vel poenae exemplum conſtitutum ſit, vel varia per hoc ſupplicium a Chriſto toleratum ad virtutis ſtudium incitamenta hominibus oblata ſint [i]). Alii *ſymbolice* peccatorum remiſſionem hac morte adumbrari maluerunt, variis rationibus uſi [k]). Alii denique, qui probe intellexiſſent, notionem mortis Chriſti vicariae e libris ſſ. interpretationis ope penitus removeri non poſſe, in quo quidem efficiendo nonnulli fruſtra elaborarunt [l]), omnem hanc doctrinam accommodationi, vel ab Ieſu eiusque diſcipulis [m]), vel ab ipſo Deo neceſſitatibus et deſideriis illorum temporum benigne conſulente, ſapienter adhibitae [n]) tribuerunt. Ceterum ii quoque theologi, pauciores quidem, qui formulam dogmatis eccleſiaſticam preſſius ſibi ſequendam eſſe iudicaverant, ſingula huius doctrinae capita duriora variis modis mitigare haud dubitaverunt [o]).

a) Paulus *Geſchichtl. u. rechtl. Prüfung des Jubeljahr-Ablaſſes, enthaltend zwei Jubelj. u. Ablaſsbullen vom P. Benedict XIV. u. Leo XII.* — Heidelb. 1825.

b) Planck *Geſch. d. proteſt. Lehrbegr.* I. 291 ff. 319 ff. Flatt *Magaz.* I. 219 ff.

c) *Sociniani* mortis Chr. vim in ſola doctrinae confirmatione virtutumque commendatione poſuerunt. Socini Disp. de Ieſu

Chr. ſervatore. T. II. bibl. FF. Pol. Ei. Praelect. c. 15—29. Opp. T. II. Catech. Racov. 707 ff. — Praeter Hug. Grot. Defenſio fidei catholicae de ſatisfactione Chr. adverſus Fauſt. Socinum. Lugd. Batav. 1617. cf. Gerhard L. th. VII. 32 ff. Cotta Diſſ. 129 f. Baumgarten *Polem.* II. 174 ff. Flatt l. l. I. 96 ff.

d) *Arminiani* acquieviſſe iuſtitiam divinam in morte Chriſti, non exacte ei ſatisfactum eſſe, docuerunt, *acceptilationem*, nec aequalitatem valoris meriti Chr. et poenae luendae ſtatuentes. Curcellaeus Inſt. rel. Chr. V. 19. 14 f. Limborch Theol. Chr. III. 20 f. Hugo Grotius l. l. primus ad iuſtitiam Dei *rectoriam* provocavit, ita quidem, ut ſatisfactionem Deo, non peccatis hominum offenſo, ſed ordinis rerum moralis ſummo moderatori legisque divinae ſanctitati praeſtitam eſſe doceret; ad quam ſententiam, *acceptationis* notione iuridica confirmatam, theologorum recentiorum nonnulli plus minusve acceſſerunt. Cf. Bretſchneider *Handb. d. Dogm.* II. 2. A. 332 ff. Ei. *Entw. d. dogm. Begr.* 3. A. §. 107.

e) *Latitudinarii* in Anglia dicti. Henke *Kircheng.* IV. 459 f. *Anabaptiſtae*, *Mennonitae*, *Quakeri*, Dippel, Poiret mortem Chriſti ad emendandos homines potiſſimum valuiſſe primi docuerunt. Cotta l. l. 131 f.

f) C. Carpov Oeconomia ſalutis N. T. ſ. theol. revel. dogmat. methodo ſcientifica propoſ.; Canz Compendium theol. purioris; Schubert Inſtitt. theol. dogm. ad h. l.

g) Cotta Diſſ. IV. 109 ff. Gerhard l. l. VII. 65 f. Henke *Kirchengeſch.* III. 447 ff. (Töllner) *D. thätige Gehorſam Chriſti unterſucht.* Bresl. 1768. *Zuſätze zu ſ. Unterſuchung d. thät. Geh.* Berl. 1770. *Nachleſe* — in *Verm. Aufſätze.* II. 2. Eberhard *N. Apologie d. Socrates.* II. 310 ff. Schlegel *Kirchengeſch. des 18ten Jahrh.* I. 280 ff. II. 435 ff. — Nuper doctrinam de ſatisfactione impugnarunt Löffler *Zwei Abhandlungen üb. d. kirchl. Genugthuungslehre.* Züllich. 1796. recuſ. in ei. *Kleine Schriften.* Weim. 1817. 244 ff. (Venia morte Chriſti parata ad peccata refertur a Chriſtianis primis, antequam Chriſto nomen dederant, commiſſa, cui ſententiae obſtant 1 Io. 2, 1 2. Hebr. 7, 24 ff. 9, 12. Rom. 5, 12—21. 1 Cor. 15, 21. 22. al.), auctor libri: *Chriſtus u. d. Vernunft.* 541 ff. coll. *Krit. Theorie d. Offenb.* 289 ff. Hardmeier *Sechs letzte Predigten in Baireuth, oder letzte unverkennb. Bemühung, ſeine bisherigen Zuhörer zur allein wahren ewigen Rel. d. Vernunft zu führen.* 1800. Cannabich *Krit. alter u. neuer Lehren.* 97 ff.

h) Eberhard *N. Apol. d. Socrates.* I. 82 ff. II. 248 ff. Steinhart *Syſtem der Glückſeligkeit.* 118 ff.

i) Morus Epit. 152 f. C. A. Schwarze *Ueb. d. Tod Jeſu.* L. 1795. 197 ff. C. Chr. Flatt *Philoſ. exeg. Unterſuchungen üb. d. Lehre v. d. Verſöhnung.* I. 224. Ammon *Chriſtl. Religionsvorträge.* II. 85 ff. Stäudlin *Dogmat. und Dogmengeſch.* 388 f. — Seiler *Ueb. d. Verſöhnungstod Jeſu Chriſti.* 2. A. 1782. — Nitzſch Pr. de conſilio mortis Chriſti ſummo. Vit. 1796. Ei. Proluff. II. de mortis a Ieſu Chr. oppetitae neceſſitate morali. Vit. 1810. J. W. Schmid *Ueb. Chr. Relig.* 310 ff. — (Gubalke) *Darſtellung d. verſchiedenen Geſichtspuncte, aus welchen d. Tod Jeſu betrachtet werden kann.* Brieg. 1803.

k) Flatt l. l. I. 102 ff. Stäudlin (*Gött. Bibl. d. theol. Lit.* I. p. 233 ff.) ſymbola iuſtitiae et benignitatis div., humanaeque emendationis propoſuit; Kantius (*Relig.* 94 ff.) ſymb. ſubſtitutionis ſ. permutationis veteris novique (indoli filii Dei ſimilis) hominis. Cf. Eckermann *Theol. Beitr.* III. 3. p. 199 ff. Flügge *Ueb. d. Einfluſs d. Kant. Philoſ.* II. 354 ff. — Krug *Der Widerſtreit d. Vernunft mit ſich ſelbſt in d. Verſöhnungslehre dargeſtellt u. aufgelöſet.* Züll. 1802. Ei. *Eufebiologie.* Königsb. 1819. p. 244 ff. — De Wette *Dogmat. d. Luther. Kirche.* 2. A. p. 143. Schleiermacher *Der Chr. Glaube.* II. 297. „*Wohl kann man Chriſtum — unſern genugthuenden Stellvertreter in dem Sinne nennen, daſs er einestheils vermöge ſeiner urbildlichen Würde die Vollendung der menſchl. Natur darſtellt, anderntheils vermöge unſeres Einsgewordenſeins mit ihm Gott die Geſammtheit der Gläubigen nur in ihm ſieht und würdigt.*"

l) Henke Lin. fid. Chriſt. 152. Eckermann *Handbuch.* III. p. 624 ff.

m) Eckermann *Theol. Beitr.* I. II. 3. Cf. Geſs *Briefe über einige theol. Zeit-Materien, beſ. üb. d. Accommodations-Grundſ.* Stuttg. 1797. *Br.* 1. 4. 6.

n) Schott Epit. Th. Chr. Ed. 2. p. 222.

o) Morus l. l. 170. Seiler *Ueb. Sündenvergeb.* 1798. Storr *Chriſtl. Dogm.* 599 f. 608. Reinhard *Dogm.* 401 ff. Schott l. l. p. 216 ff. Bretſchneider *Handb. d. Dogm.* II. §. 158. 2. A. p. 291 ff.

§. 140.

Epicriſis.

Ad diiudicandam univerſam de vi mortis Ieſu Chriſti expiatoria doctrinam ante omnia inveſtigetur neceſſe eſt iuſta, quae rectae rationi probetur, veniae peccatorum a Deo impetrandae notio. Si quis autem originem ſententiae vulgaris de remiſſione peccatorum, qua poenae peccati originalis peccatorumque actualium aeternae poſitivae a Deo omnino tolli dicuntur, altius indagaverit; eam *Anthropopathiam* prae ſe ferre ſ. ab hominum vel moribus vel erroribus et ab humanae iurisdictionis ratione ad Deum, ſummum hominum iudicem immutabilem et iuſtiſſimum, haud apte translatam eſſe, neminem fugiet. Venia ſ. condonatio peccatorum, ex vulgari et biblica dicendi conſuetudine, eſt abolitio poenae peccatis contractae et reſtitutio benevolentiae divinae erga peccatorem. Qui poenarum abolitionem ſtatuunt proprie ſic dictam, nituntur potiſſimum 1. *benignitate* Dei. At benignus eſſe Deus non poteſt, niſi ſimul ſit iuſtus; alioquin enim non perfectus, ſed imbecillis et pravus eſſet. Et quanquam multa nobis praebet beneficia immerita, tamen in tanta eius iuſtitia fas eſt putare, fore, ut aliquando, quod in hac terra fieri nequit, impar felicitatis et dignitatis ratio exaequetur; 2. *iuſtitia* Dei. Scilicet Deum non poſſe punire peccatores emendatos, propterea quod emendando animo deſierint eſſe digni poena. Veruntamen quoniam factum infectum fieri non poteſt et prioris vitae delicta in ipſorum hominum voluntate poſita ſunt, reditus ad virtutem mitigat quidem, ſed non tollit antecedentem culpam. 3. Sine condonatione poenarum negant, animos erigi poſſe ad vitam emendandam et honeſtatem amplectendam. Veruntamen, qui dilata animi emendatione culpam, maturata mercedem ſuam augeri cogitaverit, multo magis incitabitur ad virtutis ſtudium, legemque moralem multo auguſtiorem et

maiore obſervantia dignam putabit, quam qui ea violata ſubterfugere poenas, Deumque, legis auctorem, interdum a ſuis ipſius legibus et a iuſtitia deſciſcere poſſe opinatur. Praeterea experientia docet, perſuaſionem hominum de peccatorum remiſſione abſoluta a nequiſſimo quoque facillime obtinenda, maximum ſemper verae virtuti et probitati detrimentum attuliſſe. Nihilominus notio veniae peccatorum, dummodo certis quibusdam limitibus reſtricta fuerit, cum iuſtitia divina bene conciliari ſanaeque rationi optime probari poſſe videtur. Deus iuſtiſſimus (§§. 70. 71.), quemadmodum cum virtutis ſtudio bona, ita cum pravis conſiliis factisque, quippe nullo modo a Deo ipſo infecta reddi poſſunt, lege irrevocabili mala coniungit. Quicunque e vita turpi, qua poenas ſibi contraxit, ad virtutem emerſerit, is eadem ratione ac proportione, qua iam in virtutis ſtudio progreſſus fuerit, in gratiam cum Deo reverſus, ab eodem praemiis dignus iudicabitur. His autem praemiis ſumma poenarum et culpae in vita prava contractarum minuetur atque elevabitur, et Deus, quem pro iuſtitia ſua virtutis ſtudium, quod vires humanas excedat, nequaquam poſtulare imbecillitatique eius innatae ultro condonare recte ſtatuimus, non e ſingulis quibusdam vitae momentis ac ſingulis quibusdam bene factis, ſed ex totius vitae tenore hominum dignitatem moralem aeſtimans, peccatori reſipiſcenti ſortem aeternam iuſta lance ponderatam et conſtitutam tribuet, atque, prout vera virtus et cum hac ſimul conſcientia melioris Deoque probatae conditionis in animo peccatoris creſcent, ita, poenarum futurarum metu mitigato, fiducia et ſpes laetioris ſortis ei reſtituentur [a]). Venia igitur peccatorum recte ponitur in converſione gratiae divinae ad peccatorem reſipiſcentem et poenae imminutione pro ratione dignitatis moralis in univerſum iuſtiſſime definita. Probe tamen notandum eſt, peccatorem, qui ad meliorem frugem redierit, nullo modo ad eum beatitatis gradum pervenire poſſe,

quem occupaturus erat, ſi legibus divinis pro virili parte ſemper obtemperaſſet. Sententia iam propoſita de peccatorum remiſſione non modo cum idea Dei ſanctiſſimi iuſtiſſimique et ipſis literarum ſſ. teſtimoniis confirmata (Rom. 2, 6 ff.) (§§. 22. 72 f.) bene convenit, verum etiam tantum abeſt, ut virtutis nervos incidat, ut omnem legis moralis, ad quam ſolam omnis hominis culpa eiusque meritum diiudicari poteſt, ſeveritatem peccatori ob oculos ponat, quo citius et diligentius ſaluti ſuae conſulens I. Chr. tanquam ſervatorem, morali quidem ſenſu homines Deo reconciliantem, pie amplectatur (Eph. 4, 22—24.) *b*).

a) Quae Bretſchneiderus V. V. contra hoc argumentum propoſuit (*Handb. d. Dogm.* II. 519.) e peccato originis repetita, plane concidunt, hoc dogmate ex idea Dei iuſtiſſimi ac ſapientiſſimi diiudicato. V. §§. 117. 118.

b) Löffler *Ueb. die Entbehrlichkeit des Glaubens an eine unmittelb. Offenbarung. Magazin.* VII. 32. *Kl. Schriften.* II. „*Der Zweck des Chriſtenthums kann doch nur Freude an Gott, Zufriedenheit mit ſeiner Regierung in Abſicht der Gegenwart und Zukunft, und Heiligung des Herzens ſeyn. Aber jene wird gewiſs, wie auch die Erfahrung lehrt, ſehr ſicher bewirkt durch die Lehre von einem ewigen, allmächtigen, allweiſen, gerechten und wohlwollenden Geiſt, dem Schöpfer, Erhalter, Regierer der Welt und Vater der Menſchen; und dieſe, kann ſie kräftiger geweckt und ſichrer geleitet werden, als wenn der Menſch, ohne Rechnung auf ein fremdes Verdienſt, nur zum Fleiſs in der Heiligung und zur Strenge gegen ſich ſelbſt aufgefordert, und wenn davon ſein Werth oder Unwerth in den Augen Gottes abhängig gemacht wird?*“ *Allg. Lit. Zeit.* 1817. N. 144. „*Mögen die, welche die blutige Verſöhnungstheorie feſt halten und predigen, noch ſo ſehr zur Beſſerung, als dem unerläſslichen Acceſſorio des ſeligmachenden Glaubens ermahnen, der Menſch, wie er iſt, wählt das Leichtere und läſst das Schwerere im Geſetz dahinten, und iſt dabei als Chriſt nicht beſſer, als der Hindu, der ſich den ſchrecklichſten Expiationsceremonien ſeiner Religion mit fanatiſchem Eifer unterzieht ohne ſelbſt auf ſeinen moraliſchen Charakter nur den geringſten Einfluſs zu geſtatten.*“

§. 141.

Continuatio.

Doctrina de venia peccatorum per satisfactionem vicariam morte Iesu Christi Deo praestitam hominibus parata in gravissimas recentiore potissimum aetate incurrit reprehensiones, partim ex origine dogmatis, partim ex idea numinis recte constituta, partim ex iustis reatus et poenae notionibus atque ex ipsa experientia petitas. *Primum* enim haud perperam observatum est, omnem hac de re sententiam comparatione niti de sacrificiis piacularibus, aevi rudioris commentis, apud omnes fere gentes incultiores, inprimis apud Hebraeos, usitatis, iam ab ipso Iesu Christo reiectis (Io. 4, 23. coll. Ps. 51, 18. 19. Mich. 6, 6—8.), unde hunc ipsum dogma illud non tradidisse recte concluditur (§. 137.). *Deinde* non intelligitur, quomodo pater coelestis voluntate iustissima, eademque benignissima, ad poenas infligendas ductus omnisque irae atque offensionis expers, nisi sanguine et morte victimae commoveri non potuerit, ut liberos suos, humanae quidem imbecillitati obnoxios, at pia mente ipsi fidentes, morte aeterna, alioquin ipsis destinata, exsolveret; et quomodo homines, natura quippe *finita* praediti, peccando *infinitam* culpam in Deum contraxerint, quae, nisi piaculo infinito, elui non potuerit. Neque magis liquet, cur Deus ipse, secunda scilicet in Deo persona, innumerorum systematum solarium summus moderator, induto corpore humano, in hanc tellurem, tam exiguam mundi partem, descendere decreverit, ut cruci affixus ab Iudaeis, fatali quadam necessitate ductis, ipse sese sibi, tanquam piaculum *infinitum*, offerret; et cur Deus, quo tempore ipse sui expiationem parare cupiens cernetur, non iam pro vere placato haberi possit. *Tum* per se patet, reatus et poenae sicut meriti notiones necessario inhaerere *subiecto* peccanti atque bene merenti, ita, ut nec alterius culpa in alterum

quemquam, praesertim innocentissimum, nec virtus et dignitas moralis, qua unus aliquis insignis fuerit, in reliquos peccatores transferri possit. Poena enim est malum cum peccato coniunctum, quod ipsi homini peccanti infligitur, et malum, quod innocens sentit, perperam poena dicitur. Accedit, quod poenae post vitam praesentem secuturae, sicut poenae naturales iam in hac vita peccata saepissime sequentes, per mortem Christi minime sublatae sunt, atque etiamnum, salva iustitia divina, fors tristissima post mortem peccatorem in vitiis perseverantem manet. (Rom. 2, 9.) Sin autem obedientiam Christi passivam ad tollendas solas peccati originalis poenas positivas valuisse statuimus [a]), haec sententia iisdem, quibus dogma de peccato originis, premitur difficultatibus. (§. 117.) Longa *denique* experientia ostendit, quantum fiducia in piaculis qualibuscunque collocata emendandi studio virtutisque severitati et verae pietati nocuerit, quippe quae hominem non nisi in suo ipsius pectore salutem suam quaerere iubeat.

Eberhard *N. Apologie d. Socrates.* II. 248 ff. (Bahrdt) *Apologie d. Vernunft, durch Gründe d. Schrift unterstützt, in Bezug auf d. Christl. Versöhnungsl.* Bas. 1781. Kant *Religion innerh. d. Grenzen d. bloßen Vern.* 1794. 260 ff. Löffler *Von d. kirchl. Genugthuungslehre.* Herder *Von Rel., Lehrmeinungen u. Gebräuchen.* 297 ff. Tieftrunk *Religion d. Mündigen.* I. 337 ff. Niemeyer *Briefe an Christl. Religionslehrer.* II. 181 ff. F. Köppen *Darstellung d. Wesens der Philosophie.* 209 f.

a) Bretschneider *Handb. d. Dogm.* II. 2. A. p. 291.

§. 142.

Continuatio.

Ratione habita argumentorum illorum (§. 141.), hoc quidem dubitari nequit, *primum* doctrinam scriptorum ff. de morte Iesu Christi peccata hominum expiante opinionibus aequalium (Hebr. 9, 22.) multis de

cauſis accommodatam et ad commendandum novae religionis inſtitutum tunc temporis aptiſſimam fuiſſe, unde hanc ipſam doctrinae formam, providentia divina ſapienter permittente, ab evangelii doctoribus exhibitam eſſe, facile tibi perſuaſeris; *deinde* eandem et noſtris quoque temporibus fructum aliquem ſalubrem ad animum tranquillandum iis praeſertim afferre poſſe, qui inde a tenera aetate iſto *παιδείας τρόπῳ* religioſe imbuti, vel conſuetudine, vel aetatis provectioris trepida haeſitatione, vel aliis rationibus a liberaliore purioreque numinis cogitatione rectaque legis moralis a Deo omnium conſcientiae inſitae perceptione prohibentur[a]). Verum quum ipſi ſcriptores ſſ. doctrinam iſtam ita tradiderint, ut primis tantum elementis religionis divinae (*τοῖς στοιχείοις τῆς ἀρχῆς τῶν λογίων τοῦ θεοῦ* Hebr. 5, 12. 13.) eam adiunxiſſe animosque per inſtitutionis figuratae atque ſymbolicae umbras ad purioris cognitionis lucem evehere voluiſſe videantur (Io. 4, 23 ſſ. Eph. 4, 13 ſſ. 1 Petr. 2, 5.); et quum alium quendam doctrinae typum et intellectu faciliorem et omnibus omnium temporum hominibus accommodatum, nobis propoſuerint, quo, reiectis iudaicis iſtis commentis, ſimpliciter fidei et reſipiſcentiae veniam peccatorum concedi edocemur (§. 137.): eo libentius hunc amplectimur, quo magis cum idea numinis ex ipſis librorum ſſ. effatis recte conſtituta (§§. 69—71.), cum indole hominis morali et cum rectae rationis praeceptis et theoreticis et practicis conciliari poteſt. Qua ratione ſuppoſita, ad hancce tantum ſententiam dogma illud de expiatione recte revocatur: per religionis doctrinam a Chriſto propoſitam et ipſius morte ſancitam, hominibus, dummodo illius praeceptis omni, quo par eſt, ſtudio obſequantur, veram commonſtrari viam et rationem, qua, repudiatis quibusvis ſacrificiis aliisque caerimoniis numinis divini placandi cauſa inſtitutis, Deo probari poſſint[b]). Attamen, ne, animis fortioribus bene conſulendo, imbecilliores offendamus, ſententiam de

morte Ieſu Chriſti expiatoria, praeeuntibus ipſis ſcriptoribus ſſ., etiam ſymbolica quadam ratione adumbrare licebit [c]), ita, ut mors Chriſti proponatur tanquam ſymbolum, quo, ſublatis qualibuscunque ſacrificiis, reconciliatio hominis cum Deo ſignificata et venia peccatorum peccatori cuivis vere emendato ſolenni ritu confirmata ſit; vel tanquam ſymbolum inaugurationis novae religionis, quam auctor, quaſi novum foedus inter Deum hominesque initum, ſanguine ſuo ſanxerit (Matth. 26, 28. Hebr. 9, 18—21. coll. Exod. 25.) [d]), vel tanquam ſymbolum amoris erga homines, tum Dei, quippe qui mortem innocentiſſimi pro hominum ſalute toleratam non prohibuerit, tum Ieſu Chriſti ipſius, qui hominibus a ſuperſtitione atque vitioſitate liberandis redimendisque vitam devovere non dubitaverit. Ceterum ad alios quoque fines, qui morte Ieſu Chriſti, quam ipſe haud cupide expetiit (Matth. 23, 37. Luc. 19, 42. 23, 28.), ſed officii cauſa fortiter ſubire haud recuſavit [e]), in ſcriptura ſ. tribuuntur (v. c. Io. 10, 15. 17, 19. — Io. 11, 51. 52. Eph. 2, 13—19.), recte explicandos in inſtitutione publica erit reſpiciendum. Omnino vero doctores Chriſtiani ſedulo caveant, ne nimium iactando vim ſanguinis Chriſti expiatoriam, quo Deus Molochi inſtar innocentis quippe ſanguinem ſitientis (Ier. 32, 35.) placatus ſiſtatur, conſcientiae improborum, praeſertim morti propinquorum, quaſi veternum obducant [f]); hoc potius agant, ut peccatorem quemvis ſevere adhortando excitent, ad vitam ocius citius emendandam et ad damna, quae peccando et aliis hominibus et ſibi ipſi attulerit, quantum fieri poteſt, reparanda.

a) Reinhard *Geſtändniſſe* —. 106 f.

b) Müller *Vom Wahren u. Gewiſſen.* II. L. 1822. p. 221 ff. „*Es giebt keine Erlöſung, die nicht der Menſch in ſich ſelbſt bewirkt, gehoben und getrieben von dem göttlichen Geiſte, der in Chriſto war, und auch in uns herrſchen ſoll. Col. 2, 10. So auch giebt es keine Seligkeit, zu welcher nicht der Menſch ſelbſt*

sich tüchtig macht durch Verähnlichung mit Gott und Christus, welche, obwohl unter göttlicher Leitung und Begünstigung, doch immer nur das Werk jedes Menschen selbst seyn kann und soll."

c) Stäudlin *Dogmat. u. Dogmeng.* 588 f. — Cf. De Wette *Rel. u. Theol.* 218 ff.

d) (Gabler) *Kurze Entwickl. der neutest. Begriffe v. d. Absichten des Todes Jesu aus d. Grundidee eines Bundesopfers*, in Henke *Mag.* VI. 1 ff. De Wette *Bibl. Dogm.* 199 ff.

e) Notetur discrimen inter *mortem voluntariam* officii causa oppetendam et inter *suicidium*, *αὐτοχειρίαν*.

f) Kant *Religion innerh. d. Gr. d. Vern.* 105.

Cf. quae de dogmate eccl. in institutione populari sapienter tractando monuerunt: Schlegel *Ueb. d. nächsten Zweck des Todes Jesu, u. wie derselbe noch zu unserer Zeit zur Beruhigung d. Menschen in d. Vergebung der Sünden anzuwenden sey*, in Henke *N. Mag.* II. 118 ff. Döderlein *Religionsunterr.* XI. 118 ff. Niemeyer *Popul. u. prakt. Theol.* 6. A. 315 ff. Böhme *Wer trachtet seine eigene Gerechtigkeit aufzurichten?* in Schuderoff *N. Jahrbücher f. Religiös. Kirchen- u. Schulw.* B. VIII. H. 2. 1825. p. 150 ff. — Marezoll *Pred.: Die Erlösung d. Menschen durch Jesum;* in Ammon *Mag.* IV. St. 2. p. 103 ff. Röhr *Predigten.* II. Bd. Neust. 1823. *Pred. am Charfreit.* „*Wie sehr die rechte Feier des Todestages unsers Herrn von einer richtigen Ansicht seines Todes selbst abhänge.*" p. 70 ff.

§. 143.

b. De intercessione.

Doctrina ecclesiastica cum epicrisi.

Ad munus Iesu Christi *sacerdotale* praeter expiationem morte vicaria peractam secundum aliquod officium peculiare referri solet, *intercessio* s. *deprecatio*, qua meritis suis nixus apud patrem hominum causam agere dicitur et quasi patrocinari, ut salutis ab ipso comparatae participes fiant (§. 134.). Distinguunt doctores ecclesiastici intercessionem *generalem*, pro omnibus hominibus (Luc. 23, 34.), et *specialem*, pro

ſolis fidelibus (Io. 17, 9. Rom. 8, 34. 1 Io. 2, 1.) ſuſceptam; *terreſtrem*, in ſtatu exinanitionis et quidem *oralem* (Io. 17, 9. Luc. 23, 34.), et *coeleſtem*, in ſtatu exaltationis (Io. 14, 16. 16, 26 ff.) [a]), quam ipſam quoque oralem eſſe nonnulli ſtatuerunt, repugnantibus aliis ipſamque ad *regium* munus referentibus [b]). Dogma illud, quod e N. T. locis nonnullis (Rom. 8, 34. Hebr. 7, 25. 9, 24. 1 Io. 2. 1.) haud inepte repetitum et a noſtris contra Pontificiorum decreta de Sanctorum deprecatione ſtrenue defenſum eſt [c]), cum notionibus Iudaeo-Chriſtianorum de λόγῳ et de Ieſu Meſſia, Dei quaſi internuncio et adminiſtro eiusque ſacerdote ſummo, in adyto templi coeleſtis pro hominibus deprecante (§. 136.), arctiſſime quidem cohaeret, ſed proprie acceptum doctrinae puriori de numinis natura et efficacia (§§. 22. 27. al. cf. Io. 16, 26. 27.) prorſus repugnat. Sufficiat igitur, remotis allegoriis et imaginibus Iudaicis anthropopathicis, hoc tantum tenere: ſcriptorum ff. effatis, quae interceſſorem Chriſtum praedicant, ſymbolica quadam ratione amorem illum ſignificari tenerrimum, quo Ieſus Chriſtus ſemper ſuos amplectatur. De *benedictione*, tertia quadam muneris ſacerdotalis parte, ex Act. 3, 26. haud commode repetita, iam ſupra (§. 134.) ſatis dictum putamus.

a) Libri ſymbolici, v. Apolog. art. IX. de invocatione Sanctorum. p. 229., hac ipſa reiecta, omnino „fiduciam in Chriſti interceſſionem collocandam eſſe," docent, „quia haec ſola habeat promiſſionem Dei." 227. „Si rex conſtituerit certum interceſſorem, non volet ad ſe cauſas per alios deferri. Ita quum Chriſtus ſit conſtitutus interceſſor et pontifex, cur quaerimus alios?" — Chemnit. de duabus natt. Chr. c. 24. (Chr.) „oſtendit vultui Dei, quae ſtigmata pro redemtione noſtra acceperit." Similiter Calov. T. VII. 533. — Gerhard L. th. III. 578. IV. 183. Quenſtedt II. 372. Baumgarten *Glaubensl.* II. 224.

b) Baumgarten *Polem.* II. 287 ff.

c) Gerhard l. l. XVIII. 106 f. 116 f. Bretſchneider *Entw. d. dogm. Begr.* 3. A. 602 f.

§. 144.

C. De munere Iesu Christi regio.

Doctrina ecclesiastica cum epicrisi.

Regium munus (Matth. 2, 2.), quo Christus ad dextram Dei sublatus (Act. 2, 33. 7, 56.) fungi dicitur, complectitur omnes illos actus, quibus ad patrem reversus, summa in terra coeloque potestate instructus (Matth. 28, 18. Io. 17 2. Phil. 2, 9. Col. 1, 17 f. Hebr. 1, 4. 13. 2, 8.), ecclesiam potissimum ita gubernat (Eph. 1, 22. 5, 23.), ut impios et incredulos ad saniorem mentem revocare non desinat, pios autem et fideles in fide conservet ac post mortem vitae beatae participes reddat. Alterum negotium regium, quod Christo tribuitur, iudicium est novissimum (§. 196.). Regium munus dividitur, minus apte quidem, quum primum divisionis membrum reliqua non excludat, in tria regna, 1. regn. *naturae* s. potentiae, i. e. consortium imperii, quod Deus in totam exercet rerum creatarum universitatem; 2. regn. *gratiae,* imperium, quo ecclesiam gubernat; 3. regn. *gloriae,* quo homines pios vita defunctos sempiternae felicitatis participes reddit [a]). In iudicandis illis decretis et formulis Iudaeorum de Messia notiones atque sententias vulgares (cf. 1 Cor. 15, 24.) facile agnoscimus [b]). Neque tamen praetereundum est, hac de re quoque alium quendam doctrinae typum in literis sacris nobis offerri sanae rationi optime convenientem, secundum quem Iesus regis ipsiusque Christi titulum saepe aversatus (Io. 6, 15. Matth. 16, 20.), regnum tantummodo sibi ipse vindicasse spirituale s. morale traditur [c]) (Io. 18, 36. Matth. 6, 10. Luc. 22, 25 ff. [§. 120. b. *f.*]). Confirmatur ea sententia partim idea numinis summi recte informata (§. 59.), exsistentiam et efficaciam Dei alicuius vicarii, qualem Iudaei nonnulli Messiam fingebant (§. 82.), plane secludente, partim universa ecclesiae historia, siquidem permulta N. T., apocalypseos maxime Ioan-

neae loca (v. c. 1, 7. 3, 3. 16, 15. 20, 4. 5. 22, 7. 12. 20. coll. Pſ. 90, 4. 2 Petr. 3, 8.), de regno aliquando in his terris per Chriſtum conſtituendo vanas et fanaticas pepererunt opiniones [d]), et, tum odii ſacri alendi, tum dominationis affectandae ipſis eccleſiarum doctoribus patrocinium aliquod praebuit iſta Chriſti cum rege civitatem ſuam gubernante comparatio [e]). Quibus bene perpenſis, etiamſi recte ſtatuamus, omne munus Chriſti regium in propheticum prorſus reſolvi et in prophetae ſ. doctoris divini nomine totum ſervatoris opus ineſſe [f]); nemo tamen dubitabit, cum Paulo Apoſtolo (Eph. 1, 22. 4, 15.) Ieſum Chriſtum, inſignem regni veritatis amplificatorem auctoremque coetus ab ipſo denominati (Act. 11, 26. 26, 28. 1 Petr. 4, 16.) [g]) huic in perpetuum bene cupientem, omni, qua par eſt, pietate venerari.

a) Calov. Syſt. loc. theol. VII. 588 ff. Quenſtedt II. 379 ff. Buddeus Comp. Th. dogm. 569. Baumgarten *Glaubenſl.* II. 236 ff. Cf. Reinhard *Dogm.* 435 f.

b) Bertholdt Chriſtol. Iud. §§. 22. 30. 37. 38. 46. 49.

c) Ammon *Bibl. Theol.* II. 336 ff. — De ſapiente a Stoicis rege appellato v. Diog. Laert. in vita Zenonis. c. I. §. 64. Stobaeus Eclog. phyſ. et ethic. l. II. c. 7. Ed. Heeren. 122. 206. 222.

d) Cf. prae ceteris Corrodi *Krit. Geſchichte d. Chiliasmus.* 2. A. 1794. 4 Thle. Münſcher *Entwickl. d. Lehre v. tauſendjährigen Reich in den 3 erſten Jahrhunderten*, in Henke *Magazin.* VI. 233 ff. Beck Commentt. 568 ff. Bertholdt l. l. 193 ff.

e) Henke Lin. fid. Chr. 188.

f) Ammon Summa Th. Chr. 198. Praeiverat eandem ſententiam J. A. Erneſti in diſſ. de officio Chr. triplici. in Opuſcc. theoll. Lipſ. 1773. 421.

g) De Chriſtianorum nomine haud doctrinae, ſed ſectae nomine v. Lactant. Inſtitt. div. IV. c. 7. et praeter Buddei, Heumanni aliorumque Commentatt. de origine nominis Chriſtiani ll. a Fabricio in Biblioth. Antiq. 162. J. E. G. Schmidt *Bibliothek für Kritik u. Exegeſe des N. T.* I. 86 ff. Pott ad 1 Petr. 4, 16.

Caput III.

DE MODO SALUTIS PER CHRISTUM CONSEQUENDAE.

Sectio 1.

QUA ILLUSTRANTUR DEI DECRETA DE SALUTE PER CHRISTUM PARATA HOMINIBUS IMPERTIENDA.

§. 145.

A. De praedeſtinatione.

Doctrina biblica.

Deus etſi pro benignitate ſua (§. 72.) omnibus ac ſingulis hominibus felicitatem vult largiri, et beneficia ab Ieſu Chriſto repetenda omnibus deſtinaſſe dicitur (1 Tim. 2, 4—6.), plurimos tamen hac ſalute per Chriſtum parata carere paſſus eſt; neque enim notitia huius ſalutis ad omnes pervenit, neque omnes bene illa uſi ſunt. Prodiit inde dogma *praedeſtinationis* (προορισμός a verbo προορίζειν Rom. 8, 30., quod verſio Vulg. *praedeſtinandi* verbo reddidit) nomine in eccleſia inſignitum, ſive ſententia de decreto illo divino ab Apoſtolo Paulo (Rom. 8, 30. 9, 8—24) [a]) commemorato, quo ante orbem conditum Deus homines alios ſaluti, alios miſeriae ſempiternae deſtinaſſe dicitur. Efficitur iſta ſententia e permultis ſcriptorum ſſ. effatis, quibus Deus Israelitas, et poſtquam propter Iudaeorum plurimorum contumaciam evangelium repudiantium hoc ipſum paganis oblatum erat (Matth. 8, 11. 12. 21, 43. 22, 1—14. Rom. 11, 23—32.), Chriſtianos, iam inde ab aeterno elegiſſe [b]) (Deut. 7, 6—8. Matth. 24, 31. Luc. 8, 10. 18, 7. Io. 6, 44. Act. 4, 12. 13, 48. Rom. 8, 29 ſſ. 9, 11. Eph. 1, 4. 5. 11. 2, 8—10. Phil. 4, 3. 2 Theſſ. 2, 13. 14. 1 Petr. 1, 2.); multos homines vero improbitati deditos obduraſſe vel ad mala facta incitaſſe et reprobaviſſe traditur. (Ex. 4, 21. 7, 3.

Ieſ.

Iesaiae 6, 9 ff. 29, 10. Matth. 13, 14 ff. Marc. 4, 12. Luc. 13, 24. Rom. 9, 15 ff. Eph. 2, 2. 1 Petr. 2, 8. Iud. 4.) Huic sententiae, quae ex aevi rudioris perversis de efficacia divina opinionibus (§. 108.) et e *Particularismo* illo Iudaico, a quo ipsi Apostoli haud prorsus alieni fuisse videntur, prodiit, plane opposita sunt ea ff. ff. dicta, quae partim Deo benignissimo (§. 72.) miseriam peccatoris cuiusvis curae esse demonstrant (Ezech. 18, 21. 33, 11. 14. Matth. 9, 13. Marc. 2, 17. Luc. 15, 10. Act. 26, 18.), partim liberum hominis arbitrium supponendo (Eph. 4, 19.) ad salutem virtute parandam unumquemque adhortantur [c]) (Iesaiae 1, 16 ff. Matth. 4, 17. 5, 48. Rom. 12, 1 ff. Eph. 6, 10 ff. al.), vel etiam salutem per Christum partam, hominibus quibusvis annunciandam (Matth. 28, 19. 20. Io. 3, 16. 1 Tim. 2, 4. Tit. 2, 11 ff.), iis omnibus esse destinatam, qui Christo fidem essent habituri, diserte affirmant. (Matth. 8, 11. 12. 11, 28. Marc. 16, 16. Io. 10, 16. Act. 2, 38 f. Rom. 11, 32. 1 Tim. 2, 4 — 6. 2 Petr. 3, 9. al.) Quum autem evangelium ad plurimos homines non pervenerit, iuvat eam quoque doctrinae formulam in N. T. libris expressam intueri, qua omnium gentium homines, qui Deum revereantur ac probitati studeant, non habita ratione fidei eorum historicae (Rom. 2, 12 ff.), Deo acceptos esse (Act. 10, 34. — Matth. 12, 42. Luc. 13, 29. Rom. 2, 26.), et unumquemque, pro modulo facultatis et opportunitatis ad veram Dei cognitionem perveniendi ipsi concesso, a Deo olim iudicatum iri, evidenter docetur. (Matth. 25, 21. 24 ff. Luc. 12, 38. 47. 48. Rom. 2, 6. 11. Gal. 6, 7. 8.)

a) Argumentationi in locis supra ll. allatae vera haec sententia supposita esse videtur: hominem, quod ad religionem virtutemque eius attinet, a superiore rerum ordine pendere, et hominem Christianum prae ceteris beneficia per religionem Chr. ipsi concessa Dei gratiae accepta ferre debere (9, 16.), Dei consilia autem ad homines impios et obstinatos relata omnino inexplicabilia esse (11, 33 — 36.). Nihilo minus Apo-

ſtolus ardore disputandi a vera illa ſententia ad dicta *particularismum* ſapientia abreptus eſt, quibus et ipſe ſibi repugnavit (1 Tim. 2, 4.), et aliis effatis biblicis, v. c. Io. 3, 17. Iac. 1, 17. De Wette *Bibl. Dogm.* 2. *A.* §. 278. p. 250.

b) Verba ἐκλέγεσθαι = בָּחַר Deut. 7, 7. (ἔκλεκτοι, ἐκλογή) *deligere* e pluribus, ideoque *praeferre*, ὁρίζειν, προορίζειν, τάττειν, προετοιμάζειν, προγινώσκειν *decernere*, *conſtituere*, *praedeſtinare*, maxime ſignificant, ita, ut poſteriora in bonam partem quoque ſumta et de praedeſtinatione ad felicitatem aeternam uſurpata τῷ ἐκλέγεσθαι reſpondeant (Gerhard L. th. IV. 150 ff.), nec niſi neglecto ff. ff. uſu loquendi aliae ſignificationes, mitiores quidem, illis ſubſtitui poſſint. Verbum ἀποδοκιμάζειν = *reprobare* ſenſu ſupra definito nusquam in N. T. ll. legitur, apud LXX modo uſitatum pro מָאַס. Notio reprobationis alio modo enunciata eſt, cf. Io. 3, 18. 36. 1 Theſſ. 5, 9. Rom. 9, 22. 11, 2. 2 Tim. 2, 20.

c) Etenim, ſi facere *debemus*, colligitur, *poſſe* nos debita facere. Kant *Relig.* 62 ff. 296 ff.

§. 146.

Hiſtoria dogmatis.

Antiquiores eccleſiae doctores in eo fere conveniunt, quod, praetermiſſa duriore iſta de praedeſtinatione formula *in libris ff. ſignificata*, divinae gratiae adiumenta ad vitam emendandam hominibus concedenda omnemque eorum ad felicitatem aeternam deſtinationem a praeſcientia divina repetunt. Seculo demum IV de praedeſtinatione in eccleſia disputari coeptum eſt, quum Auguſtinus praedeſtinationis decretum Dei abſolutum, cum aliis ipſius placitis de peccato originali, de defectu liberi arbitrii i. e. facultatis ad veram pietatem Chriſtianam ſeſe aptandi, et de gratia divina ſupernaturali coniunctiſſimum, contra Pelagium defenderet [a]), qui vires et cognoſcendi et probandi faciendique honeſta quaevis ſicut facultatem contraria patrandi hominibus vindicans, eas a divina gratia tum conceſſas eſſe, tum naturali maxime modo adiuvari recte docuerat [b]), *meritum* tamen quoddam hominis in

comparanda sibi gratia divina nimium fortasse iactans [c]). Postea alii, *Semipelagiani* dicti, et hac in re mediam quandam viam tenentes, praedestinationem non a decreto absoluto, sed a gratia divina coniuncta cum studio humano pendere statuerunt [d]); alii vero Augustinum secuti vel duriora, quam ipse Augustinus, placita proposuisse dicuntur, unde seculis V, VI et IX *Praedestinatianorum* nomine singuli notati sunt [e]). Postquam sequentibus seculis Scholastici haud pauci ad Semipelagianorum opiniones deflexerant, sacrorum emendatores, commenta e placitis illorum profecta, velut de merito et thesauro bonorum operum al. strenue impugnando, ad Augustini, Petri Lombardi et Thomae Aquinatis sententias tam prope accesserunt, ut ipsi duriorem de praedestinatione formulam tueri viderentur [f]), quam a Zwinglio iam adumbratam [g]), a Calvino [h]) et Beza [i]) acriter defensam postea nostri, sibi ipsi quidem non omnino constantes [k]), deseruerunt. Variis inde exortis controversiis, quae seculi demum superioris ingenio mitiori cedebant, primum audita sunt nomina *Universalistarum* (*hypotheticorum* et *categoricorum* s. absolutorum), *Supralapsariorum* et *Infralapsariorum*, quorum decreta synodus Dordracena a. 1618 et 19 probavit, quum alii Reformatorum coetus, praesertim Arminiani, et Augustino et Calvino omnino adversati essent [l]). In ecclesia Catholica seculo XVII de praedestinatione aliisque doctrinae capitibus huc referendis magna fuere dissidia, quae ne Clementis XI quidem Bulla *Unigenitus* a. 1713 exstinguere potuit, ita, ut etiamnum Iesuitarum sive *Molinistarum* sententia Semipelagiana aeque ac doctrina *Iansenistarum*, Augustinum pressius sequentium, in ecclesia ista obtineat [m]). Doctrina de praedestinatione, quae recentiore aetate a theologis Lutheranis et Reformatis vel omnino non altius examinata, vel ad formulas quasdam universales easdemque mitiores revocata erat, novissime variis disputationibus ansam praebuit [n]).

Voſſii Hiſt. de controverſiis, quas Pelagius et eius reliquiae moverunt, libri VII. Ed. 2. Amſt. 1655. 4. Petav. de dogmatibus theologicis. T. III. 304 ff. Walch *Hiſt. d. Ketzereien.* Bd. IV. V. Cramer — Boſſuet VI. 645 ff. VII. 630 ff. Werdermann *Geſch. d. Meinungen v. Freiheit.* 99 ff. Wundemann *Dogmengeſch.* II. 91 ff. 119 ff. 150 ff. Münſcher *Dogmeng.* II. 283 ff. Wiggers *Verſ. einer pragmat. Darſtellung d. Auguſtinismus u. Pelagianismus.* B. 1821.

a) De praedeſtin. Sanctor. c. 9 f. Enchirid. ad Laurentium de fide, ſpe et caritate. c. 29. De civit. Dei. XV. 11. Contra Iulianum Pelagianum. V. 3. De correptione et gratia. c. 13 f. Ep. 107. „Liberum arbitrium ad diligendum Deum primi peccati granditate perdidimus." Cf. Contra duas epp. Pelagian. III. 8. „Sine gratia niſi ad peccandum valet liberum arbitrium, ad iuſtitiam niſi divinitus liberatum adiutumque non valet."

b) Auguſt. de gratia Chr. I. 3. 4. 7. Ep. ad Demetr. c. 2. 9. Symb. Pelag. apud Walch Bibl. S. V. 195 f. — Beck Commentt. 443.

c) Auguſtin. Ep. 90. „Id agebant iſti damnabilibus disputationibus ſuis, ut non defendendo, ſed potius in ſuperbiam ſacrilegam extollendo liberum arbitrium, nullum reliquerint locum gratiae Dei, qua Chriſtiani ſumus."

d) V. prae ceteris Walch *Geſch. d. Ketzereien.* V. 158 ff. 184 ff. Wundemann l. l. II. 190 ff.

e) Röſsler *Bibl. d. Kirchenv.* X. 245 ff. Schröckh *Kircheng.* XVIII. 157 ff. XXIV. 5 ff. 119 ff. Wundemann l. l. II. 236 ff. 293 ff.

f) Lutherus de ſervo arbitrio. Vit. 1525. Cf. Planck *Geſch. d. proteſt. Lehrbegr.* II. 111 ff. Melanchthon Loci comm. Ed. Auguſti. p. 38 f. „Homo per vires naturales nihil poteſt, niſi peccare. — Spiritus omnia neceſſario evenire docet iuxta praedeſtinationem." Planck II. 90 ff. In ipſa etiam Confeſſione Aug. ſententiae illius durioris plura reperiuntur veſtigia v. c. Art. II. „Vitium originis vere (eſt) peccatum damnans et afferens nunc quoque aeternam mortem his, qui *non renaſcuntur* per baptismum et *ſpiritum ſ.*" Art. V. „Spir. ſ. fidem efficit, *ubi* et *quando viſum eſt Deo*, in iis, qui audiunt evangelium" —. Vid. Mich. Weber Prolegg. ad Conf. Aug. a. 1807 ed. p. XVI ff. F. Th. Richter *Ueb. d. Dogma d. göttl. Prädeſtination*; in Schuderoff *N. Jahrbücher f. Relig., Kirchen- u. Schulweſen.* Bd. I. H. 3.

1822. p. 288. De controvv. *Flacianis* atque *Synergisticis* vid. Baumgarten *Polem.* II. 765 ff.

g) Ad illustriff. Cattorum principem Philippum sermonis de providentia anamnema. Tig. 1530. Fidei expositio ad Christianum regem. Cap. VI. Epistolarum edit. Basil. B. II. 108—10. al. J. F. Möller *Gesch. d. Bildung d. ref. Kirche u. ihres Lehrbegriffs*; in *Reformationsalmanach.* II. 95 ff.

h) Institut. rel. Chr. l. III. c. 21. „Praedestinationem vocamus aeternum Dei decretum, quo apud se constitutum habuit, quid de unoquoque homine fieri vellet. Non enim pari conditione creantur omnes, sed aliis vita aeterna, aliis damnatio aeterna praeordinatur. Itaque prout in alterutrum finem quisque conditus est, ita vel ad vitam, vel ad mortem praedestinatum dicimus." Omnino Calvino auctore *praedestinatio* est omnipotens Dei voluntas, qua, quidquid in rerum natura fit, immutabili consilio fieri id iussit, ita, ut cum Augustino consentiat, qui (Opp. T. IX. de praedest. p. 627.) „Dei voluntatem, ait, esse omnium rerum necessitatem." Reiecit itaque *putidam*, quam dicit, distinctionem divinae voluntatis ac permissionis, qua Deus recte putatur delicta quaedam non impedire, quamvis improbet, sic, ut nolente quidem eo, sed tamen concedente, fieri dicantur. Porro quaecunque fiunt, sine discrimine omnia, etiam male ac bene facta hominum, Deo auctore ac volente necessario fieri statuit ex summa eius potentia. Etsi enim *materiam* s. factum inobedientiae s. contumaciae oriri tradit ex Dei voluntate, *formam* vero peccati s. male faciendi propositum a cupiditatibus hominum procreari, tamen Deum, qui velit effectum, velle etiam causam, necessario ei concedendum erat. Calvino, qui „non ideo Deum elegisse quosdam, docet, quia praevidit, illos futuros esse sanctos, sed sanctos factos esse, quia elegit illos," adstipulata est Confoederatio Belgica art. 16. et Synod. Dordrac. can. 6. 7. 9. Gerhard L. th. IV. 222 ff.

i) Theod. Bezae ad sycophantarum quorundam calumnias, quibus unicum salutis nostrae fundamentum, i. e. aeternam Dei praedestinationem evertere nituntur, responsio. 1588.

k) Ipsa Form. Conc., quum in rebus spiritualibus deesse homini liberum arbitrium statuit, damnato quovis Synergismo, simul vero gratiam divinam universalem defendit, reiecto decreto absoluto, sibi non constat. Cf. 619 s. 621. 797 ff. ed. Rechenb. Planck l. l. VI. 807 ff. Münscher *Lehrb. d. Dogmengesch.* 191 f. Bretschneider *Handb. d. Dogm.* II. 100 ff.

l) Walch *Einl. in d. Geſch. d. Religionsſtreitigkeiten auſser der Luth. Kirche.* I. 451. III. 718 ff. Beck l. l. 457 f. — *Supralapſarii* abſolutum decretum, quod Deo adfingunt, ſupra lapſum hominum ponunt h. e. docent, Deum, ut ſummam ſuam libertatem et maieſtatem oſtenderet, pro arbitrio ſuo decreviſſe, ut alii homines ſervarentur, alii damnarentur, et propter hoc ipſum decretum arbitrarium lapſum hominum permiſiſſe, ut alios ſervare, alios damnare poſſet pro arbitrio. *Infralapſarii* decretum de permittendo hominum lapſu praeponunt, et decretum alios ſervandi alios damnandi poſtponunt, ſic docentes: Omnes facti ſunt peccatores ideoque poena digni per lapſum Adami, a Deo permiſſum. Deus pro iuſtitia ſua omnes poterat damnare, ſed pro benignitate ſua libera alios vult ſervare, alios damnare. Sic electis donat fidem, ut conditionem ſalutis, reprobatis denegat pro ſolo ſuo arbitrio, nec propter praeviſam eorum contumaciam.

m) Marheinecke Inſtitutt. ſymbolicae. 47.

n) Schultheſs *Exeget. theol. Forſchungen.* B. II. St. 1. *Evangel. Lehre v. d. freien Gnadenwahl.* Zür. 1818. In refutandis, quae contra Calvini ſententiam propoſuerat Bretſchneider *Aphorismen üb. d. Union d. beiden evang. Kirchen.* Gotha. 1819. acutiſſime verſatus eſt, eamque ſententiam, emendatiore ac mitiore quidem forma expoſitam, tanquam ſibi ipſi probatam commendavit Fr. Schleiermacher in *Theol. Zeitſchrift, herausgeg. von* Schleiermacher, De Wette *u.* Lücke. B. 1819. H. I. 1 ff. Cf. *Allg. Lit. Zeit.* 1820. Nr. 219. 220., et quae contra monuerunt Ammon *Ueb. d. Folgerichtigkeit d. evang. Lehrbegriffs v. d. ſittl. Unvollkommenheit des Menſchen u. ſeiner Erwählung zur Seligkeit.* L. 1820. Bretſchneider *Die Lehre Calvins u. d. ref. Kirche von d. göttl. Vorherbeſtimmung dargeſtellt u. nach d. neueſten Vertheidigung derſelben durch Hn. Dr. Schleiermacher beleuchtet*; in Schröter *u.* Klein *Oppoſitionsſchrift.* IV. 1 ff. 1820. Sartorius *Die Luther. Lehre vom Unvermögen d. freien Willens zur Sittlichkeit, nebſt einem Anhange gegen Hn. Dr. Schl.* Gött. 1821. Cf. De Wette *Ueb. d. Lehre v. d. Erwählung in Beziehung auf Hn. Dr. Schl's Abhandlung*; in *Theol. Zeitſchr.* Heft II. 1820. p. 83—131. Parow *Beurtheilung d. neuſten Streitſchriften üb. die Calviniſche Vorherbeſtimmungslehre*; in Böckel *Irenicon.* Bd. I. Heft 2. B. 1821. H. 3.

§. 147.

Doctrina ecclesiastica cum epicrisi.

Summa doctrinae, quae in ecclesia nostra, e Formula Concordiae, parum quidem in ea sibi constante (§. 146. *k.*), a theologis seculi XVII sensim stabilita est [a]), ad haec potissimum decreta referri posse videtur: *Praedestinatio* s. *electio*, quae non simul ad bonos et malos pertinet, sed tantum ad eos, qui ad vitam aeternam consequendam electi et ordinati sunt, est actus voluntatis divinae, quo homo peccator quivis per fidem in Christum emendatus, si modo fidem usque ad finem vitae servaverit, vitae aeternae ante secula destinatus est (Eph. 1, 4. Rom. 8, 30.), idque ex mera Dei gratia propter meritum Christi. (Eph. 1, 11. 2, 4 ff. 3, 11.) *Reprobatio* contra est actus voluntatis Dei aeternus, quo hominem ob meritum Christi suapte sponte reiectum, non ex decreto absoluto, mortis aeternae poena dignum iudicavit. (Matth. 25, 41. Rom. 2, 5.) Unde patet, ecclesiam nostram non nisi *conditionatum* et electionis s. praedestinationis et reprobationis decretum [b]) contra Calvinianos severiores defendere eiusdemque aeternitatem atque immutabilitatem adversus Socinianos [c]) tueri. Ad doctrinam istam illustrandam postea distinctio facta est inter voluntatem *antecedentem*, qua Deus vult omnes homines salvos fieri, et *consequentem*, qua simul rationem habet conditionis, a qua effectus voluntatis pendet, ab hominibus vel acceptae vel neglectae (§. 67.), itemque sententia de *praevisione fidei* tanquam conditione electionis divinae. Quanquam formula ea non omni fundamento biblico destituta et mitior est, quam sententia ista de decreto absoluto, aeque scriptorum ff. effatis nisa, quae quidem cogitari omnino nequit, nisi posito rerum ordine honestati prorsus repugnante (statuit enim, vitae rationes hominum reprobatorum a Deo ipso, sanctissimo scilicet, ita esse institutas, ut illi non possint non peccare eoque indigni evadere vita beata) [d]);

minime tamen convenit ideae Dei ſanctiſſimi benigniſſimique (§. 72.), qui homines quosque benivolentia ſua complectens, felicitatem vitae aeternae alligare non potuit perſuaſioni de rerum quarundam geſtarum a ſcriptoribus certis narratarum veritate, quas pro diverſo ingenio alii aliter animo informant; praeſertim quum earum notitia ad pauciſſimos tantum pervenerit. Accedit, quod ſententia ea de decreto Dei conditionato, ſi altius inveſtigetur, partim cum doctrina de peccato originali hominisque ἀδυναμίᾳ aperte pugnat, partim ad ſententiam iſtam duriorem de decreto Dei abſoluto eoque arbitrario omnino redit. Nam ſi homo ſalvus evadere nequit, niſi *reſiſtentia* eius *malitioſa* a peccato originis repetenda per ſpiritum ſ. devicta fuerit, is, qui reſiſtere pergit, non ſua culpa, ſed ob divinum auxilium ex arbitrio divino ipſi denegatum ſalute aeterna deſtituitur *e*). Acquieſcendum ideo videtur in eo doctrinae biblicae typo, ſanae rationis praeceptis optime conveniente, quo Deus non ſolum iis, quibus religionis Chriſtianae beneficium contigit, ſed etiam omnibus aliis omnium gentium hominibus pro opportunitate ad veram numinis cognitionem perveniendi ipſis conceſſa et pro dignitate ipſorum morali, ſalva tamen tum divina ſcientia, in quam temporis rationes omnino non cadunt, tum libero hominis arbitrio (§§. 65. 111.), ſortem aeternam deſtinavit (§. 145.) *f*). Verum enimvero hominis exſiſtentia et deſtinatio non ex huius vitae cancellis metienda et iudicanda eſt, et omnis divina praedeſtinatio, quae vox perperam in Deum translata eſt, quippe temporis plane exſortem, ſola cernitur facultate et opportunitatibus ad rationem excolendam aliis alio modo et gradu in hac vita tributis. Ceterum iis quoque, quos divina providentia in hac vita parum curaſſe videri poſſit, in vita futura novum animi excolendi ſpatium fore, dubitari nequit.

a) Form. Conc. Epit. XI. 617 ff. „Accurate obſervari oportet discrimen inter *praeſcientiam* et *praedeſtinationem* ſive aeter-

nam electionem Dei. Praescientia enim Dei nihil aliud est, quam quod Deus omnia noverit, antequam fiant — simul ad bonos et malos pertinet; sed interim non est causa mali, neque peccati, — peccatum enim ex diabolo et ex hominis prava et mala voluntate oritur. Neque causa est, quod homines pereant; hoc enim sibi ipsis imputare debent. — Praedestinatio vero s. aeterna Dei electio tantum ad bonos et dilectos filios Dei pertinet, et haec est causa ipsorum salutis. Etenim eorum salutem procurat, et ea, quae ad ipsam pertinet, disponit. — In eo (evangelio) perspicue docetur, quod Deus omnes sub incredulitatem concluserit, ut omnium misereatur, et quod nolit, quenquam perire, sed potius, ut omnes convertantur et in Christum credant. — Damnationis impiorum causa est, quod verbum Dei aut prorsus non audiant, sed contumaciter contemnant, aures obdurent, et cor indurent, et hoc modo Spiritui s. viam ordinariam praecludant, ut opus suum in eis efficere nequeat. Quod igitur pereunt, neque Deus, neque ipsius electio, sed malitia eorum in culpa est. — In Christo electio aeterna Dei patris est quaerenda. Is in aeterno suo consilio decrevit, quod praeter eos, qui filium eius Iesum Christum agnoscunt et in eum vere credunt, neminem salvum facere velit." Cf. 621. „Reiicimus — errores, quod — non sola Dei misericordia et sanctissimum Christi meritum, sed etiam in nobis ipsis aliqua causa sit electionis divinae, cuius causae ratione Deus nos ad vitam aeternam elegerit." Sol. decl. XI. 798 s. 800. 802 s. — Aug. Hunnii Tractat. de providentia Dei et aeterna praedestinatione. Frcf. 1603. Leon. Hutter ἔξέτασις theol. de voluntate Dei circa aeternum praedest. decretum. Viteb. 1605. 4. Gerhard L. th. IV. 215 ff. Calov. Syst. Loc. th. X. 607 ff. Quenstedt Th. did. pol. II. 22 ff. „Ex praevisa fide meritum Christi finaliter apprehendente ad vitam aeternam electi sumus. Aliud est, eligi propter fidem, ceu causam promerentem sive promoventem, et aliud eligi sub conditione fidei, ceu medio et organo *ληπτικῷ* s. receptivo meriti Christo ab aeterno praevisо et in tempore divinitus donato et admisso. Non prius, sed posterius adserimus." p. 52. Hollaz Examen theol. p. 604. „Praedestinatio est aeternum Dei decretum de conferenda salute aeterna omnibus et singulis hominibus, quos Deus in Christum finaliter credituros esse, praevidit." Add. Baumgarten *Glaubensl.* I. 863. Seiler Th. dogm. pol. 205 s. Reinhard *Dogm.* 439 ff.

b) *Praedestinationis* notio, licet in libris ff. saepissime ad solam *electionem* relata fuerit, apud Augustinum tamen simul *re-*

probationem complectitur. Vid. de civ. Dei l. XV. c. 11., ubi duas esse hominum societates contendit, alteram malorum, quos (Deus) praedestinaverit ad supplicium aeternum, alteram bonorum, quos praedestinaverit ad regnum aeternum. Neque etiam per rei naturam, electionis et reprobationis notionibus recte finitis, altera sine altera locum habere potest. Mosheim Dogmat. II. 243. „Quicunque enim eligit, is eodem etiam actu reprobat. Qui ex decem hominibus septem eligit, is reliquos tres reprobat. Patet ergo, decretum reprobationis in decreto electionis latere." Cf. tamen, quae in contrariam sententiam disputavit De Wette *Dogm. d. ev. luth. Kirche.* 133. 2. *A.* 114.

c) Socini Praelect. theoll. c. 13. Baumgarten *Polem.* I. p. 731 ff.

d) Kant *Vorlesungen üb. d. philos. Religionslehre.* L. 1817. 197. „*Ist die menschliche Seele als Intelligenz frei, denn als Erscheinung gehört sie allerdings in die Reihe der Naturdinge: so muss es auch von ihr abhangen, ob sie der Glückseligkeit würdig oder unwürdig seyn will. Die Lehre von der Prädestination setzt eine unsittliche Ordnung der Dinge voraus. Denn es wird dadurch behauptet, dass schon die Umstände des Lebens solcher Menschen auf die Art geordnet und zusammen gefügt wären, dass sie nicht anders als der Seligkeit unwürdig werden könnten. Wie verträgt sich das aber mit dem Begriffe von einem guten, weisen und heiligen Weltschöpfer und Regierer?*" Contra Calvinum haec potissimum moneri possunt: 1. Omnis eius sententia profecta est e falsa notione omnipotentiae divinae, qua Deus non pro sapientia sua omnia procreare, sed ipse per sese solus et aliunde non pendens ita agere dicitur, ut nullam summae suae potestatis particulam in naturam creatam ullo modo possit transferre. Veruntamen quoniam attributa Dei, nisi quatenus arctissime inter se cohaerent, summae virtutes putari non possunt; omnipotentia quoque a summa Dei sapientia, sanctitate atque iustitia non potest secludi. 2. Calvini sententia repugnat notioni iustitiae, a Deo in animis humanis insitae. 3. Repugnat eadem sanctitati Dei, quia Deum ipsum statuit esse necessariam cuiusvis delicti causam, qui tamen nihil aliud, nisi locum dedit delicto, cuius vera causa in voluntario motu ac consilio hominis quaeri debet, cui soli culpa potest assignari. Quod Schleiermacherus, cui adstipulatur De Wettius, negat, improbe factum quidquam esse coram Deo (i. e. si Dei solius rationem habeas), ac potius contineri ait in cogitatione hominis cuiusvis, qui

se desciviſſe ſentiat a ſummis Dei legibus; id quidem prorſus tollit ſanctitatem et iuſtitiam Dei; nam Deus non poteſt improbare aut punire id, quod non eſt, nec hac ratione improbitas ac poena poſſet ſecerni a probitate et felicitate. 4. Abducit eadem nos eo, ut divinam quandam fati neceſſitatem eſſe ſtatuamus, quo facto tollitur omne honeſtatis ſtudium omnisque culpae contrahendae facultas, confunditque phyſicam et moralem naturam Dei ac delet ſpontaneum agendi motum, ſine quo nulla eſt verae virtutis ſpecies. Discrimen enim, quod Calvinus eſſe vult inter Dei *praeceptum*, quod homines tanquam agendi regulam propoſitam eſſe ſciant et intelligant, et *voluntatem*, quam neque intelligant neque explorare debeant, nullum prorſus eſt, ſi vitam hominum ipſam per ſe ſpectaveris, in qua leges morales omnes ex voluntate Dei profectae videri poſſunt ac debent. Et ſi verum eſt, quod teſtantur libri ſſ., Dei voluntatem id agere, ut ſanctimoniae amore nos imbuat, non eſt credibile, eandem ſaepenumero contrarium facere et peccata iubere ac decernere. Occulta vero et incognita Dei voluntate poſita atque conceſſa, quae quasdam legum moralium exceptiones conſtituerit, nervi omnes virtutis inciduntur, animusque ad ſollicitationes obdureſcit et affligitur. 5. Homines, qui electos ſeſe eſſe opinantur, quos ipſe Calvinus concedit eſſe poſſe etiamnunc quibusdam vitiis obrutos, aut qui ad emendandum animum quidquam afferre ſe poſſe diffidunt, in virtute colenda reddunturignavi vel adeo ad ſummam rediguntur deſperationem. 6. Schl. quidem Calvini ſententiam ita temperat, ut omne genus humanum aliquando perventurum ſtatuat in unum quendam proborum ac beatorum coetum, in eumque recipi eos quoque, qui, quaſi perditi ac devoti, ex arbitrio Dei nobis videantur eſſe reprobati ac damnati; vitam enim futuram eſſe novum animi excolendi ſpatium, ſtatumque damnatorum nihil eſſe niſi ſeriorem in Chriſti regnum receptionem. Veruntamen ſimplex et abſoluta reprobatio vel neglectio naturae ſ. perſonae ratione praeditae, quae ipſa per ſe debet ſpectari, non aliarum rerum uſibus temere ſubiici, omnino cadere non poteſt in perfectiſſimum huius mundi rectorem. Vid. Bretſchneider *Die Lehre Calvins* —.

e) Bretſchneider *Handb. d. Dogm.* II. 104 f. Dubitationibus iſtis ut obviam irent Form. Conc. auctores, multa Dominum de hoc myſterio reticuiſſe et occultaſſe profeſſi ſunt, quae altius inveſtigare nobis non liceat. Sol. decl. 811. „Quicquid enim ſcriptum eſt (ut Ap. Rom. 15, 4. teſtatur) in doctrinam noſtram ſcriptum eſt, ut per patientiam et conſolationem

scripturae spem habeamus. Quodsi nobis per scripturam consolatio illa enervatur, vel eripitur; certo certius est, sc. contra sententiam et mentem sp. s. explicari et intelligi." E quibus satis intelligitur, Krausium Pr. de Rationalismo eccl. nostrae in doctrina de praedest. (Regiom. 1814. rec. in eiusd. Opusce. theoll. 1818.) differentem haud destitutum fuisse idoneis argumentis. Illi enim in diiudicandis et exponendis diversis iis doctrinae formulis, quae hac de re in N. T. ll. ss. deprehenduntur, obscuro recti sensu ducti eam sequendam putarunt, quae cum sana ratione maxime consentire videbatur.

f) Morus Epit. Th. Chr. 128 s. Praeiverat Muhammedes Coran. Sur. II, 62.: Iudaei, Christiani et Sabaitae, si in Deum crediderint et diem novissimum, rectumque fecerint, mercedem habebunt apud dominum suum sine tristitia et timore. — „Hunc humanitatis sensum utinam omnium Christianorum systemata spirarent!" Ammon Summa Th. Chr. 208.

§. 148.

B. De gratia divina.

Doctrina biblica.

Ut homines salute per Christum oblata vere potiantur, Deus ipse, testantibus scriptoribus ss., eos adiuvare decrevit, quod favori et gratiae, qua voce vario modo usi sunt *a*), singulari attribuunt. Quemadmodum enim V. T. scriptores omnem animi emendationem sensusque pios et quae inde proveniunt, recte facta atque ipsas virtutes, a Deo auctore repetunt (Ps. 51, 12. Ps. 119. Ies. 11, 2. 32, 15. Ier. 31, 33. 32, 39. Ezech. 11, 19. 36, 26. 27. Ioel 3, 2 ss. Provv. 2, 9. 20, 27. 30, 7—9. Sap. 7, 21 ss. 8, 4. 8. 9, 13 ss. 10. Sir. 1, 7 ss. *b*); ita N. T. scriptores docent, homines Christianos, et Deo ipsi et Iesu Christo (2 Thess. 2, 16. 17. 3, 3—5.) eiusque spiritui (Rom. 8, 9. Gal. 4, 6. Phil. 1, 19.) et spiritui s. (§. 86.) varia in animos suos effecta salutaria debere, scilicet religionis Christianae cognitionem eamque profitendi consilium (Io. 6, 44. Act. 16, 14. 1 Cor. 1, 4—6. 12, 3. 2 Cor. 4, 6. Eph. 1,

17 ff. Phil. 1, 3—6.), *praeterea* animi immutationem evangelii praeceptis convenientem (Io. 3, 5. 1 Cor. 6, 11. Eph. 2, 5. Phil. 2, 13. 2 Tim. 2, 25. Tit. 3, 4—6.), *tum* perseverantiam in fide evangelio praestanda atque in virtute perficienda conspicuam (1 Cor. 1, 8. 3, 6. 6, 19. 2 Cor. 1, 21. Eph. 3, 16 ff. Phil. 1, 9. Col. 1, 10. 1 Thess. 5, 23. 2 Tim. 1, 14. 1 Petr. 5, 10.), singulas *denique* virtutes (Gal. 5, 22 ff. 1 Petr. 1, 22. 4, 14.) animique sensus et motus pios. (Rom. 8, 26. Eph. 5, 18 ff.) Etsi scriptores ff. de efficacia illa, quam nusquam subtilius explicuere, tanquam de *immediata* quadam et mirifica loquuntur (Rom. 8, 9—16. 1 Cor. 3, 5—9. Phil. 2, 12 ff. 1 Thess. 5, 23.), prout consuetudo fert hominum incultiorum, causas secundas et praesidia, quibus Deus utitur, haud respicientium: multis tamen locis, quibus vel Deum per doctrinam evangelicam operari (Luc. 8, 11 ff. Act. 20, 32. Rom. 10, 17. Iac. 1, 18. 1 Petr. 1, 22—24. 2 Petr. 1, 3.), vel usos libero arbitrio homines efficaciae illi divinae saepius obniti dicunt (Matth. 23, 37 ff. Act. 7, 51. Hebr. 3, 8.), vel cohortationes ad vitam emendandam fidemque servandam afferunt gravissimas (§. 145.), *mediatam* tantum et *naturalem* operandi rationem intelligere videntur.

a) Voc. χάρις = חֵן tum ipsum Dei favorem indicat (v. c. Luc. 2, 40. Eph. 1, 6. 7. 2, 7.), sicut Christi (2 Cor. 8, 9. 13, 13.), tum eius effectus, beneficia divina (Io. 1, 16. 17. Rom. 3, 24. 5, 20.); inprimis de religionis Chr. regnique Messiani instituto dicitur, tanquam favoris singularis erga homines Christo fidem habituros documento (Rom. 5, 17. 6, 14. Gal. 2, 21. 5, 4. Tit. 2, 11. 1 Petr. 5, 12. Act. 13, 43. Hebr. 12, 15. 13, 9.), cuius doctrina ὁ λόγος τῆς χάριτος appellatur (Act. 14, 3. 20, 32. coll. 24.), de munere Apostolorum (Rom. 1, 5. 12, 3. 6. Gal. 2, 9. Phil. 1, 7.) et dotibus cum eo coniunctis (1 Petr. 4, 10.).

b) Cf. Philonis hac de re sententiam in Stäudlin *Gesch. der Sittenlehre Jesu.* I. 499 f. 502 f. 507 f. uberius expositam.

§. 149.

Hiſtoria dogmatis.

Ex ſimplici hac doctrina, quam priorum quatuor ſeculorum Patres eccleſiae fere omnes profeſſi ſunt, ita quidem, ut vim quandam Dei ſpiritusque divini adiutricem in fide virtuteque comparanda homini conceſſam agnoſcerent, neque tamen vires homini proprias liberumque eius arbitrium plane omitterent [a]), inde a ſeculo V artificioſa quaedam et ſterilis doctrina efficta eſt, cui ſubtilius informandae Auguſtini atque Pelagii controverſiae occaſionem praebuerunt; quum ille, licet ambiguis et contrariis ſaepe formulis uſus ſit, hominem facultate omni et voluntate recte faciendi deſtitutum per ſolam vim ſpiritus divini, modo ſupernaturali operantis, ad bonam frugem redire poſſe [b]), contra Pelagium acriter contenderet, qui, varias quidem gratiae divinae eiusdemque ſupernaturalis formas eſſe ſtatuens, eam tamen ad vires hominis naturales doctrinaeque evangelicae efficaciam maxime referebat [c]). Quo graviter oppugnato, inprimis in concilio Carthaginenſi a. 418 h., placita Semipelagianorum, qui initia emendationis e viribus animo humano inſitis, progreſſum vero e gratiae divinae auxiliis repetere maluerunt [d]), haud paucis per multa ſecula probata fuerunt. E Scholaſticis alii Auguſtinum ſecuti ſunt, novis finitionibus ac diſtinctionibus, v. c. de gratia gratis data, gratum faciente, de merito *congrui* et *condigni* [e]), decreta eius amplificando, alii, ut *Scotiſtae*, ad Pelagium propius acceſſerunt [f]). Sacrorum emendatores Auguſtini ſententiam amplexi primo in eo fere omnes conſenſerunt, quod hominem peccato originali (§. 115.) prorſus depravatum atque in mala quaevis pronum niſi per ſpiritum ſ. iuſtitiam ſpiritualem conſequi non poſſe docerent [g]), ita quidem, ut contra Fanaticos et Enthuſiaſtas eiusmodi ſpiritus ſ. operationes cum doctrina divina ſemper et perpetuo coniunctas eſſe ſtatuerent [h]);

cui fundamento theologi ſeriores ſubtiliorem ſuam doctrinam de ſingulis gratiae divinae effectis et certo eorum ſalutisque ordine ſuperſtruxerunt. Poſtquam vero ipſe Melanchthon [i]) aliique eum ſequentes *ſynergismum*, qui varias controverſias movit [k]), tuiti erant, Formulae concordiae auctores non omnino ſibi conſentientes, qualicunque hominis *συνεργείᾳ*, de qua et in eccleſia Catholica lites exortae ſunt nondum compoſitae (§. 146.) [l]), prorſus reiecta, gratiam divinam, *reſiſtibilem* quidem, gratiae *irreſiſtibili* a Calvinianis defenſae oppoſitam, in ſpiritualibus omnino omnia operari et Deum homines emendandos trahere diſerte docuerunt [m]); nec niſi aetas recentior ad ſaniora iudicia theologos revocavit [n]). Ceterum haec doctrina omni fere aevo varia Fanaticorum [o]) et Myſticorum [p]) commenta peperit atque ſuſtentavit.

a) Dicta Patrum eccl. huc referenda rec. Münſcher *Dogmengeſch.* II. 287 ff. Add. Gerhard L. th. V. 118. 122. VI. 231. Stäudlin *Dogm. u. Dogmeng.* 350 ff. Beck Commentt. 625 ff. A. Hahn *Ephraëm der Syrer üb. d. Willensfreiheit d. Menſchen, nebſt d. Theorien d. Kirchenlehrer bis zu ſeiner Zeit, welche hier beſ. Berückſichtigung verdienen*; in Ch. F. Illgen *Hiſt. theol. Abhandlungen.* II. L. 1819. N. 2.

Quod antiqui quidam doctores Graeci τὸ αὐτεξούσιον ſ. προαίρεσιν ἐλευθέραν nominarunt, Latini dixere *liberum arbitrium* (Tertull. de anima c. 21.), quo vindicari homini voluerunt facultatem, bona malave ſponte et ſine coactu eligendi, ex uſu bene latino et civili, quem Tertullianus potiſſimum ſecutus eſt. Doederlein Inſt. Th. Chr. II. 737.

b) De gratia Chriſti. I. 10 ff. De peccator. meritis et remiſſ. II. 4 ff. Ep. 217. Lib. de dono perſeverantiae. Auguſtinus, qui *prior* ita praeceperat: „Noſtrum eſt credere et *velle*, illius autem dare credentibus et volentibus facultatem bene operandi per ſpiritum ſ." (Expoſitio quarundam propoſitionum in ep. ad Rom. c. 60. 61.), poſtea demum ad ſententias duriores progreſſus eſt v. c. in l. de gratia Chriſti. 24.: „non lege et doctrina forinſecus, ſed interna atque occulta mirabili ac ineffabili poteſtate operari Deum in cordibus hominum non ſolum veras revelationes, ſed etiam bonas *voluntates*."

Contra 2 epp. Pel. III. 8. „Sine gratia nisi ad peccandum valet liberum arbitrium, ad iustitiam non nisi divinitus liberatum adiutumque non valet." — Walch *Gesch. der Ketzereien.* IV. 765 ff. V. 181 ff. Münscher *Dogmeng.* IV. 196 ff. Wiggers *Pragmat. Darstellung d. Augustinismus u. Pelagianismus v. d. Anfange d. Pelag. Streitigkeiten bis zur 3ten ökumen. Synode.* B. 1821. p. 244 ff.

c) Walch l. l. IV. 755 ff. Wiggers l. l. 220 ff.

d) Walch l. l. V. 161. Wundemann *Dogmeng.* II. 195 ff.

e) Meritum *de congruo* vocatur, quando homo suo arbitrio edit huius modi actiones, quibus aequum est et congruit, Deum moveri et flecti, ut vicissim benefaciat; meritum *de condigno* autem tribuitur iis, qui prima gratia et spiritu s. adiuti bonis operibus salutem et praemia a Deo promereri dicuntur. Thom. Aquin. Sent. I. 2. 9. Art. 3. Cf. Winer *Comparative Darstell. des Lehrbegr. d. verschied. chr. Kirchenpartheien.* L. 1824. p. 49. „*Ueber die Heilsordnung sprechen sich die kathol. Symbole nicht bestimmt aus. Vergleicht man aber ihre Sätze mit den Bestimmungen der rechtgläubigen Dogmatiker, so ergiebt sich folgender Lehrtropus: Der h. Geist regt den Ungebesserten zuerst an; dieser giebt sich ihm willig hin und beginnt durch eigenes Mitwirken ein neues Leben* (iustificatio prima, meritum congrui); *dadurch bewogen flösst Gott dem Menschen die Gerechtigkeit ein* (iustificatio secunda); *nun vermag derselbe gute Werke* (meritum condigni) *zu thun und erwirbt sich dadurch das ewige Leben.*"

f) Cramer — Bossuet VII. 639 ff. Schröckh *Kirchengesch.* XXIX.

g) Aug. Conf. art. XVIII. Apol. I. 58. „Lutherus, volens magnitudinem peccati originalis et humanae infirmitatis declarare, docuit, reliquias illas peccati originalis non esse sua natura in homine ἀδιάφορα, sed indigere gratia Christi, ne imputentur, item spiritu s., ut mortificentur. Quanquam Scholastici utrumque extenuant, peccatum et poenam, quum docent, hominem propriis viribus posse mandata Dei facere." VIII. 219. Praeterea in multis Lutheri libris ἀδυναμία illa spiritualis defenditur. Discernunt *iustitiam civilem*, carnalem s. operum, s. *iust. rationis* (Apol. II. 64.), cui homo a natura est aptus, et *iustitiam Dei*, spiritualem s. fidei. Form. Conc. Sol. decl. II. 672. „Verum est, quod homo, etiam ante conversionem, sit creatura rationalis, quae intellectum et voluntatem habeat: (intellectum autem non in rebus divinis et vo-

voluntatem, non ut bonum et salutare aliquid velit); sed tamen ad conversionem suam (ut saepe iam est dictum) prorsus nihil conferre potest." Aliis tamen locis non omnem hominis cooperationem in sua ipsius conversione diserte reiiciunt. Cf. Apolog. III. 83. „Fides *affert* spiritum s. et parit novam vitam in cordibus. — Spiritus s. accipitur fide. 85. Quum autem audito evangelio ex remissione peccatorum fide erigimur, concipimus Spiritum s., ut iam recte de Deo sentire possimus, et timere Deum et credere ei." 92. 122.

h) Conf. Aug. art. V. 11. „Per verbum et sacramenta, tanquam per instrumenta, donatur spiritus s., qui fidem efficit, ubi et quando visum est Deo, in iis, qui audiunt evangelium scilicet, quod Deus non propter nostra merita, sed propter Christum iustificet hos, qui credunt, se propter Christum in gratiam recipi."

i) Melanchthon inde a secunda edit. Locor. th. a. 1535. typis expr. et in seqq. scriptis, praeter verbum et spiritum s., voluntatem etiam hominis, ut tertiam quandam emendationis causam cum illis concurrentem, admisit, Luthero palam non dissentiente. Idem in Conf. Aug. var. art. XX. haec profess est: „Efficitur spiritualis iustitia in nobis, quum *adiuvamur* a spiritu s. Porro spiritum s. concipimus, si verbo Dei *assentimur*." Planck *Gesch. d. prot. Lehrbegr.* IV. 554 ff.

k) Planck l. l. IV. 568 ff.

l) Ecclesiae Cath. doctores plurimi, decretis Concil. Trident. accommodate (Sessio VI. c. 5 f.), gratiam tantum cooperantem esse statuerunt. Doederlein Instit. Th. Chr. 740 ff. Marheinecke Institt. Symb. 44 f.

m) Form. Conc. Decl. art. II. 654 ff. 660. 667. 670 f. 678 f. Epit. 579. Cf. Quenstedt Theol. did. polem. II. 185 f. Bretschneider *Handb. d. Dogm.* II. 554 ff.

n) Nuper sententiam duriorem prae ceteris impugnaverunt Eberhard (*Apologie d. Socrates.* I. 190. II. 587 ff.), Junckheim (*Von d. Uebernatürlichen in d. Gnadenwirkungen.* Erl. 1775.), Spalding (*Vom Werth d. Gefühle im Christenthume.* L. 1784.), Cannabich *Kritik alter u. neuer Lehren.* 95 ff. — Bretschneider l. l. 595 ff.

o) De Schwenkfeldii erroribus cf. Form. Conc. 581. 668. 678. vid. Planck V. P. I. 203.

p) Morus Comm. in epit. II. 424 ff. 439. Beck l. l. 642 f.

§. 150.

Doctrina eccleſiaſtica.

Distinguunt in ſcholis theologicis, praeeunte ſcriptura ſ., *gratiam* Dei *in univerſum* (§. 73.) et gratiam *ſalutarem*, quae ad generis humani ſalutem per Chriſtum reſtitutam refertur (Tit. 2, 11.), gr. *affectivam* ſ. voluntatis divinae propenſionem ad homines felices reddendos et gr. *effectivam* ſ. ipſam Dei efficaciam, qua homines felices reddit. Quum autem vera hominis felicitas ſine animi emendatione prorſus eſſe nequeat, gratia effectiva ſenſu quodam peculiari de divina ad homines emendandos efficacia dicitur, quae vel *univerſalis* (cf. Act. 14, 16. 17. 17, 24 — 29. Rom. 2, 14. 15.), vel *particularis*, i. e. cum doctrina evangelica coniuncta eſt [a]). *Operationes gratiae* ſive ſpiritus ſ. appellantur effecta ſingula, quibus Deus aut ſpiritus ſ. modo *ſupernaturali* (operationes *ſupernaturales*, immediatae, internae) et *naturali* (opp. *naturales*, mediatae, externae) per media gratiae homines adducit, ut ſalutem ipſis oblatam cognoſcant, accipiant atque conſervent [b]). *Media* vero *gratiae* ſunt adminicula ea, quibuscum coniuncta eſſe putatur ſpiritus ſancti ad emendandos hominum animos efficacia, doctrina ſcilicet evangelica et ſacramenta. Omnes operationes gratiae ad quadruplex ſpiritus ſ. officium referuntur: *elencticum* (ἐλεγκτικὸν) ſ. epanorthoticum (ἐπανορθωτικόν), quo ſpiritus hominem vitioſitatis convincit (Io. 16, 8. 2 Tim. 3, 16.); *didaſcalicum* (διδασκαλικόν), quo de modo et conditionibus peccatorum veniae conſequendae homines edocet (Io. 14, 6. 16, 13 — 15.); *paedeuticum* (παιδευτικόν), quo ad animum emendandum hominis excitat (Rom. 8, 14. 2 Tim. 3, 16.); *paracleticum* (παρακλητικόν), quo homines emendatos, miſeria oppreſſos, ſpe vitae aeternae erigit. (Rom. 8, 16. 26.)

Conf. Aug. V. p. 11. Form. Conc. 809. 818. Calov. Syst. X. Gerhard L. th. I. 513 ff. Baumgarten (qui quidem, repugnante Form. Conc., facultatem sese applicandi ad gratiam homini tribuit) *Glaubensl.* II. 617 ff. 665 ff. 376 ff. Doederlein Institt. Th. Chr. II. 678 f. Seiler Theol. dogm. polem. 221 ff. — Storr de Spir. S. in mentibus nostris efficientia, in Opusc. th. A. Tittmann de opere Spir. S. salutari, in Opusc. th. L. 1803. Bretschneider *Handb. d. Dogmat.* II. 543 ff.

a) Gratia *effect.* particularis nominari solet gr. *effectrix*, applicatrix, medicinalis, discernenda a gr. *forensi*, s. illo Dei actu, quem iustificationem appellant.

b) Libri symbolici, praeter Form. Conc., modum, quo Sp. S. operari dicitur, haud describunt; cf. Aug. Conf. Art. XX. p. 18. „Quia per fidem accipitur Sp. S., iam corda renovantur et induunt *novos affectus*, ut parere bona opera possint." Form. Conc. Sol. decl. 673. 680. *tractum* ex Io. 8, 44. et *agitationem* istam Sp. S. effectionem appellat eamque simul ad hominis intellectum et voluntatem refert; quam eandem pro immediata et supernaturali habitam fuisse recte concluditur ex pluribus locis v. c. Epit. p. 580. „Verbo adest *praesens* Sp. S. et corda hominum aperit, ut sicut Lydia Act. 16, 14. diligenter attendant, et ita convertantur sola gratia et virtute Sp. S." Sol. decl. 663. „Spir. S. donat intellectum et cor hominis aperit — dat poenitentiam, operatur fidem — aufert durum lapideum cor et donat novum." 668. „Male docetur, quum fingitur, hominem non renatum adhuc tantum habere virium, ut evangelion amplecti eoque se consolari cupiat, et hoc modo humanam voluntatem, qualis *natura* est, in conversione aliquo modo cooperari." 672. „De *praesentia*, operatione et donis Spir. S. *non semper ex sensu* — iudicari debet aut potest; sed — ex promissione Dei certo statuere debemus, quod verbum Dei praedicatum et auditum revera sit ministerium et organon Sp. S., per quod in cordibus nostris *vere* efficax est et operatur." 677 f.

§. 151.

Continuatio.

Ut *gratiae* vel *statui gratiae* oppoſuerunt *naturam* vel *statum naturae*, i. e. conditionem hominis nondum per ſpiritum ſ. converſi, in qua hominis indolem naturalem peccato originali vitiatam carere putarunt omni

libero arbitrio, ſ. viribus ad emendationem animi doctrinae evangelicae conſentaneam ſufficientibus (§. 115.) [a]: ita accuratius etiam discrimen conſtituerunt inter gratiam *praevenientem* (praecurrentem, praeparantem, incipientem, pulſantem, trahentem), quae impedimenta converſionis removeat primosque motus et ſenſus excitet ſalutares, gratiam *operantem*, quae converſionem ipſam efficiat et abſolvat, et gr. *cooperantem*, quae una cum voluntate et ſtudio hominis renati ſtatum animi converſi et renovati conſervet [b]. *Obiectum* gratiae praevenientis eſt homo convertendus, gr. operantis homo, qui convertitur, gr. cooperantis homo converſus, ſed ſanctificandus. *Actus paedagogicos* nominarunt iſtas naturales hominis actiones, quibus locum apud ſe dare poteſt efficaciae gratiae divinae praevenientis [c]; alii ad cunctas gratiae praevenientis operationes hoc nomen referre maluerunt. Ceterum gratiam eam eſſe *reſiſtibilem*, etſi non omnino *evitabilem* [d] eandemque ab hominibus, qui vitioſitati iterum indulgeant, amitti poſſe, contra adverſarios contenderunt [e].

a) Form. Conc. Epit. I. 536. Sol. decl. II. 656. „Credimus — quod homo ad bonum prorſus corruptus et mortuus ſit, ita, ut in hominis natura, poſt lapſum, ante regenerationem, ne ſcintillula quidem ſpiritualium virium reliqua manſerit aut reſtet, quibus ille ex ſe ad gratiam Dei praeparare ſe, aut oblatam gratiam apprehendere, aut eius gratiae (ex ſeſe et per ſe) capax eſſe poſſit, aut ſe ad gratiam applicare aut accommodare — poſſit. 662. Homo — naturalibus ſuis viribus in rebus ſpiritualibus et ad converſionem aut regenerationem ſuam nihil inchoare, operari aut cooperari poteſt; nec plus quam lapis, truncus aut limus."

b) Form. Conc. Ep. II. 580 ff. D. II. 666. „Quamvis autem renati eo usque progrediantur, ut bonum velint eoque delectentur, et bene agere atque in pietate proficere ſtudeant; tamen hoc ipſum non a noſtra voluntate, aut a viribus noſtris proficiſcitur, ſed ſpiritus ſ. operatur in nobis illud velle et perficere." 673 f.

c) Form. Conc. II. 671. „Hoc Dei verbum homo etiam nondum ad Deum converſus externis auribus audire et legere poteſt.

In eiusmodi enim externis rebus homo adhuc, etiam post lapsum aliquo modo liberum arbitrium habet, ut ad coetus publicos ecclesiae accedere, verbum Dei audire, vel non audire possit." Cf. dicta sub l. a allata et F. C. p. 651. — „pro insita sua rebelli et contumaci natura Deo et voluntati eius hostiliter repugnat." Bretschneider *Handb. d. Dogmat.* II. 555 ff. Baumgarten *Glaubensl.* II. 661. Seiler Theol. dogm. pol. 405. Reinhard *Dogm.* 485.

d) Form. C. II. 662. 672. „Homo Deo sua voluntate reluctatur, donec ad Dominum conversus fuerit. — Et hac in parte multa est deterior lapide aut trunco, quia repugnat verbo et voluntati Dei." 679. — Baumgarten *Polem.* II. 569. 588 ff.

e) Gerhard L. th. VIII. 168 ff.

§. 152.

Epicrisis.

Operationes gratiae *immediatas* et *supernaturales*, iam olim nonnulli recte monuerunt, nec diserte promissas esse in libris ff., nec necessarias, quum, quae ad animum emendandum valeant, omnia legibus naturae a Deo optime efficiantur, nec denique ita conspicuas, ut cognosci certo et intelligi possint. Accedit, quod libertatem et studium hominum impediunt, Mysticorum somnia fovent et Deum ipsum auctorem arguunt peccatorum ab hominibus non emendatis commissorum *a*). Verum quum ipsi scriptores ff. multis in locis mediatos et naturales gratiae divinae effectus significent aut commemorent (§. 148.), sana tantummodo ratione et experientia confirmatos, in ea sententia acquiescendum esse censemus, Deum non modo virium humanae mentis et legis moralis animo quasi inscriptae (Rom. 2, 15.) in universum, et modi, quo quisque his facultatibus instructus est, auctorem esse atque conservatorem, sed etiam fontem omnis illius efficaciae, qua Christiana religio primum intellecta ad recti studium animos excitat eosque spe ac solatio implet; denique ipsum Deum rerum physicarum aeque ac moralium summum auctorem

et moderatorem, ad quem homo vera pietate imbutus ſupra cauſarum intermediarum nexum exſurgens evehitur, largiſſime praebere opportunitates et incitamenta, quibus ſinguli hominis ad doctrinam illam cognoſcendam eiusque beneficiorum fructum percipiendum adducuntur [b]). Omnis igitur de gratia divina disputatio rectius ad doctrinam de providentia Dei ſingulari et concurſu refertur (§. 111.). Quod autem omni tempore tot homines non ſua culpa verae religionis Chriſtianae notitia vel plane caruerunt, vel manca atque imperfecta tantum imbuti, ac proinde etiam eius fructu deſtituti ſunt: eius rei cauſas Deus ſolus intelligit, quippe quem huius vitae cancellis animi humani efficaciam haud circumſcripſiſſe recte ſtatuimus. Quem quicunque pie veneratur, is, omiſſis quaeſtionibus quibusvis argutis atque inexplicabilibus, praeſentiſſimam quidem Dei vim et operam ſalutiferam in morali ſicut in phyſico rerum ordine exſpectabit, neque tamen ideo facultates et incitamenta ad animum emendandum ipſi ſuppeditata temere negliget; vel de iis optime ad uſum translatis, tanquam de ſingulari ſuo merito, gloriabitur [c]).

a) Iunckheim *Vom Uebernatürl. in d. Gnadenwirkungen.* Erl. 1775. Eberhard *Apol. d. Socrates.* I. 190 ff. II. 387 ff.

b) Henke Lin. fid. Chr. 216. Add. Niemeyer *Briefe an Chr. Religionslehrer.* III. Ep. 11 f. 21.

c) Niemeyer *Popul. u. prakt. Theol.* 6. *A.* p. 483 ff.

§. 153.

C. De iuſtificatione.

Doctrina biblica.

Quicunque ſaluti aeternae a Deo praedeſtinati et gratia ſalutari adiuti ad Chriſtum converſi ſunt eique fidem praeſtare coeperunt, eosdem Deus a peccatorum poenis immunes habere ac ſalutis aeternae participes

reddere decrevit, quod Dei consilium dicitur *iustificatio*, *δικαίωμα*, *δικαίωσις*. (Rom. 5, 16. 18) Pendet autem omnis haec doctrina e Pauli Apostoli maxime effatis, e vera *δικαιοσύνης θεοῦ* (Rom. 1, 17. 2, 22. 25 ff. 2 Cor. 5, 21.) et *δικαιοσύνης ἐκ πίστεως* (Rom. 9, 30. 10, 5 f.) significatione [a]). Qua indagata, Apostolus haec praecipue contra Iudaeos de stirpe sua deque suo erga legem Mosaicam obsequio temere gloriantes monere voluisse videtur: homines non propter genus ab Abrahamo ductum, nec propter obedientiam legibus Mosaicis praestitam (Rom. 3, 26. 27. Eph. 2, 8 ff.), nec ob sola facta qualiacunque (Rom. 4, 1—3. Eph. 2, 8. 9), sed propter fidem, i. e. fiduciam et obedientiam voluntati Dei eiusdemque promissis atque institutis habitam (Rom. 4, 5. 24 f.), praecipue morte Christi (Rom. 3, 25 ff.) firmiter nixam (Gal. 5, 5.) et cum animi emendatione atque amore coniunctam (Rom. 2, 13. 6, 4 ff. 8, 4—17. Gal. 5, 6.) [b]), iustos declarari, *δικαιοῦσθαι* i. e. sensu quodam forensi, tanquam Deo probatos a peccatorum culpa et poena absolvi (Rom. 4, 2 ff. coll. 3, 25. Act. 13, 38 f. 8, 33 f. coll. Matth. 12, 37.) eosque salute aeterna dignos pronuntiari. (Rom. 1, 17. 5, 9. 10, 9. Tit. 3, 5. 7.) [c]). Itaque iustificatio, quatenus a Deo proficiscitur, s. *obiective* consideratur, est declaratio, hominem per fidem Christo expiatori habitam a peccatorum poenis absolvi et felicitate aeterna beari; *subiective* si consideratur, est hominis persuasio certa de remissione ista peccatorum felicitateque aeterna vere obtinenda.

Ammon *Bibl. Theol.* III. 112 ff. Meyer *Entw. d. Paulin. Lehrbegriffs.* Altona. 1801. 212 ff.

a) De vario vocc. *δίκαιος* = צַדִּיק, *δικαιοῦν* = הִצְדִּיק (cf. Gesenius *Hebr. Wörterb.*) et cognatorum usu vidd. praeter Lexicogrr. N. T. Morus Commentatt. in Epit. II. 294 ff. C. G. Storr de v. *δίκαιος* in Opusce. Acadd. I. 188 ff. Koppe Excurs. IV. ad Ep. ad Gal. Ed. 3. cur. Tychsen. p. 112 ff. Ei. Excurs. C. ad Ep. ad Rom. Ed. Ammon. 385 ff.

b) Ammon Summa Th. Chr. 232. Morales notiones dogmaticis mixtas esse in apostolica τῆς δικαιώσεως doctrina, dubitatione prorsus carere videtur. Cf. F. E. Benecke *Vers. einer neuen Darstellung d. bibl. Erlösungs - u. Rechtfertigungslehre*, in Schröter u. Klein *Oppositionsschrift.* B. IV. H. 4. 535 ff. Auctor huius comm. demonstrare conatus est, τὴν δικαιοσύνην iustitia interna s. sanctitatis studio contineri et τὴν πίστιν Ἰησοῦ mentem ad Christi praecepta et mores accommodatam significare, quod quidem usui loquendi, qui in N. T. ll. obtinet, haud bene convenit.

c) Knapp Diatribe in locum Paulinum, ad Rom. 10, 4—11. et Mosaicum, Deut. 30, 11—14., quorum prior est de aeternae salutis spe in nemine extra Christum redivivum collocanda; in Script. var. argum. ed. 2. p. 541 ff. De Wette *Bibl. Dogmat.* p. 263.

§. 154.

Doctrina ecclesiastica.

Iustificationis notionem doctores ecclesiae nostrae, ad normam librorum symbolicorum [a]), sensu certo *forensi* Pontificiorum sententiae de iustificatione quadam *physica* s. *hyperphysica* [b]) oppositam, ita definiverunt, ut esset actus Dei quasi iudicialis, decretum scilicet, quo sola benignitate ductus, propter satisfactionem a Christo praestitam, peccatorem credentem poenis absolvit et salutis aeternae participem futurum pronuntiat. (Rom. 3, 24 ff. 5, 1 ff. 18. 8, 31. Eph. 1, 7. Col. 1, 14.) Commemorarunt porro iustificationis causam *efficientem* s. impulsivam internam, quae est Dei gratia *affectiva* (§. 150.) (Rom. 3, 24. 5, 8. Eph. 2, 8.), causam *meritoriam* s. impulsivam externam, quae ponitur in satisfactione Christi plenaria [c]) (Rom. 3, 25.) et causam *apprehendentem* (λητικήν), fidem in Christo, inprimis morte eius vicaria, collocatam (Rom. 3, 25. coll. 5, 9. — 3, 24. 4, 5. Gal. 2, 16. 3, 14. Eph. 2, 8. al.) (fides *salvifica* s. *iustificans*). Quanquam, discrimine posito inter iustitiam fidei s. externam et iustitiam vitae s. internam (§. 135.) [d]), sola fide, non operibus, ho-

mines iustificari, praeeunte Paulo Apostolo (Rom. 3, 9—31. 4, 1—5. 16—25. 11, 6. 7. Gal. 2, 16. 3, 6 ff.), docuerunt: tamen alia quadam doctrinae formula haud neglecta (Iac. 2, 21—26.), fidem genuinam virtutibus Christianis, tanquam fructibus mentis melioris, carere non posse, diserte professi sunt [e]) Praeterea iustificationem statuunt esse *perfectam, certam, gratuitam, aequalem* apud omnes et, neglecta fide, iterum *amitti* posse [f]), ita, ut *temporaria* propter fidem temporariam, nec nisi *plenaria* existat propter fidem *finalem*. Effectus denique iustificationis praedicantur tum *immediati*, quos nonnulli iustificationis *subiectivae* nomine complectuntur, in ea hominis conditione positi, qua fit, ut impetrata peccatorum venia gaudeat atque certa spe salutis sempiternae sustentetur, tum *mediati* s. remotiores, ad quos refertur ipsa vita beata aeterna [g]).

a) Aug. Conf. art. IV. p. 10. „Docent, quod homines non possint iustificari coram Deo propriis viribus, sed gratis iustificentur propter Christum per fidem, quum credunt, se in gratiam recipi et peccata remitti propter Christum, qui sua morte pro nostris peccatis satisfecit. Hanc fidem imputat Deus pro iustitia coram ipso." Apol. III. II. 70. „Fides non ideo iustificat, aut salvat, quia ipsa sit opus per sese dignum, sed tantum quia accipit misericordiam promissam." 125. „Iustificare vero hoc loco (Rom. 5, 1.) forensi consuetudine significat reum absolvere et pronunciare iustum, sed propter alienam iustitiam, videlicet Christi, quae aliena iustitia communicatur nobis per fidem." Art. IX. p. 226. „Merita propitiatoris — aliis donantur imputatione divina, ut per ea, tanquam propriis meritis iusti reputentur, ut si quis amicus pro amico solvit aes alienum, debitor alieno merito tanquam proprio liberatur." Form. C. Sol. decl. 684 ff. 688. „Fide nobis Christi iustitia imputatur, unde remissionem peccatorum, reconciliationem cum Deo, adoptionem in filios Dei et haereditatem vitae aeternae consequimur. Quare vera et salvans fides in iis non est, qui contritione carent, et proposito in peccatis pergendi et perseverandi habent. Vera enim contritio praecedit; et fides iustificans in iis est, qui vere, non ficte poenitentiam agunt. Et caritas fructus est, qui veram fidem certissime et necessario sequitur. — Neque (tamen)

contritio, neque dilectio, neque ulla alia virtus, sed sola fides est illud unicum medium et instrumentum, quo gratiam Dei, meritum Chr. et remissionem peccatorum — apprehendere possumus." Chemnit. Loc. th. II. 587 ff. 768 ff. Ei. Examen decrett. concil. Trident. P. I. l. VIII. Gerhard Loc. th. T. VII. Buddeus Comp. th. dogm. 644 ff. Baumgarten *Glaubensl.* II. 789 ff. Seiler Th. dogm. pol. 257 ff. Reinhard *Dogm.* 467 ff. — Planck *Gesch. d. protest. Lehrbegriffs.* I. 291 ff. 319 ff. II. 91. *Ueb. d. Bildungsgesch. unserer orthodox-symbolischen Lehrform v. d. Rechtfertigung*, in Flatt *Mag.* I. 219 ff. Eckermann *Handb. d. Chr. Gl.* IV. 35 ff. Heubner Hist. antiquior dogmatis de modo salutis tenendae et iustificationis. — Diss. p. I. et II. Vit. 1805. 4.

b) Apolog. III. 120. Form. Conc. 697. „Reiicimus — errorem, quod in Prophetarum et Apostolorum dictis, ubi de iustitia fidei agitur, vocabula iustificare et iustificari non significent a peccatis absolvere et remissionem peccatorum consequi, sed propter infusam (per spiritum s.) caritatem, virtutes et opera, quae inde promanant, reipsa et revera iustos effici." Iustificatio *physica* s. *hyperphysica* est actio Dei, qua hominem peccatorem ope verbi sui convertit, illuminat et emendat, dicitur et *infusio gratiae* s. sanctitatis inhaerentis, aut *habitus infusus*. Complectitur itaque praeter remissionem peccatorum simul sanctificationem et renovationem hominis. In iustificatione *forensi* mutatur hominis relatio versus Deum, in *physica* mutatur animus et emendatur. Chemnit. Exam. decrett. C. Tr. I. 127. Schleiermacher *Der chr. Glaube.* II. 316.

c) Opposita est haec sententia Pontificiorum commentis de *satisfactionibus*, *bonis operibus*, *absolutione*, *indulgentiis* ad hominem iustificandum valentibus. Planck l. l. 56 ff.

d) Iustitia *fidei* est immunitas a peccatorum culpa et poenis, ob fiduciam in Christo positam homini concessa; iust. *vitae* integerrimum hominis, veniam peccatorum adepti, studium emendandi animum ac vitam. Reinhard *Dogmat.* 474. — Baumgarten *Polem.* II. 613.

e) Conf. Aug. IV. 10. Apol. III. 100. Form. Conc. art. II. 684. 694 s. IV. 701. Gerhard Loc. th. VII. 242 ff. Negari tamen nequit, nostros saepius eo peccasse, quod fidem et virtutem nimium seiunxerint, de quibus coniungendis ipse Paulus, licet in locis nonnullis quamvis legem et omnis generis opera contemserit (Rom. 3, 20. 28. 4, 2 ff.), in aliis ab Iacobo Ap. haud multum dissensisse videtur, cf. Rom. 2, 7. Gal. 5, 6. Eph. 2, 9.

10. Col. 1, 10. 1 Tim. 6, 18. Iac. 2, 21 ff., adeo, ut πίστις ex mente Pauli Ap. non sola fiducia sit, sed simul voluntatis motum quendam illi consentaneum complectatur. Nihilominus Iacobo hoc propositum fuisse videtur, ut sententiam, non satis definite a Paulo interdum enunciatam, refutaret vel rectius constitueret. Cf. Iac. 2, 21—24. et Rom. 4, 1—5. Gal. 3, 6 ff. De Wette *Bibl. Dogm.* I. 2. *A.* 269. Cf. Knapp Scripta var. arg. Ed. 2. p. 411 ff. „De dispari formula docendi, qua Christus, Paulus atque Iacobus de fide et factis differentes usi sunt, item de discrimine ἔργων νόμου et ἔργων ἀγαθῶν, deque diffidio Petri et Pauli Antiocheno." — Gieseler *Ueb. d. Bedeutung d. Lehre v. d. Rechtfertigung durch d. Glauben f. d. Sittlichkeit*, in Gieseler u. Lücke *Zeitschrift f. gebild. Christen d. ev. Kirche.* H. 2. Elberf. 1825. p. 1 ff.

f) Seiler Theol. dogm. polem. 481 ff. Reinhard *Dogmat.* 477 f.

g) Ibid. 478 f.

§. 155.

Epicrisis.

De omni hac doctrina haud aliter ac de dogmate isto de expiatione et satisfactione, quocum arctissime cohaeret, iudicare licet (§. 140.). Prodiit enim sicut illud, e notionibus aevi incultioris *anthropopathicis* et e studio impugnandi atque refutandi opiniones certas, quae antiquandae videbantur; unde factum est, ut nonnulla contineat, quae tempori quidem, quo primum exortum, et illi, quo a sacrorum emendatoribus contra Pontificiorum decreta denuo defensum atque sancitum est, bene accommodata sunt, minime vero cum purioribus evangelii praeceptis, quae perpetuo et ubique valitura sint, conciliari possunt (§. 22. *e.*). Praeterea neminem fugit, servidiore hanc sententiam tuendi et accuratius constituendi studio factum esse, ut homines ad varios prolaberentur errores verae religioni quam maxime noxios. Non solum enim a multis, qui formulam iustificationis forensem defendebant, virtutis studium, sine quo nulla prorsus esse potest vera religio

(Matth. 7, 16. 22, 36—40. 25, 34 ff. Marc. 12, 33. coll. 1 Io. 5, 3. Ev. Io. 4, 24.), contemtum, imo damnatum eſt, verum etiam omne hominis Chriſtiani officium ad fidem hiſtoricam de Ieſu meritis nudamque eorum perceptionem prava multorum opinione revocatum eſt [a]). Quodſi vero in ſimpliciori illo doctrinae typo de venia peccatorum obtinenda, qui ſupra e libris ſſ. propoſitus eſt (§. 137.), acquieverimus; dogmatis de iuſtificatione ſumma, omiſſis quibusvis formulis anthropomorphiſticis de actu quodam Dei forenſi, de ſatisfactione Deo praeſtita al., praeeunte ipſa ſcriptura ſ., ad hancce ſententiam revocari poteſt: Homines non ſingulis quibusdam recte factis operibusque operatis, nec propter meritum quoddam iis attribuendum, ſed ſola vera fide i. e. animo ad Chriſti exemplum eiusdemque praecepta compoſito et ad Deum et ſanctiſſimum et benigniſſimum converſo, ita, ut omnia cogitata et facta ad Deum eiusque voluntatem ſanctiſſimam pie referant (§. 2.) (Io. 4, 23. 24. Act. 10, 35.), Deo vere probantur et benevolentiae Dei confiſi ſpe beatitatis futurae pro dignitate ipſorum morali iis concedendae certiſſima imbuuntur [b]). (Rom. 2, 6.) Veruntamen conſcientia tantum (Rom. 2, 15. 16. Gal. 6, 4.) de eiusmodi iuſtificatione certiores fieri poſſunt, et quo diligentius atque religioſius in animo emendando et ad Deum pie convertendo elaborare perrexerint, eo magis perſuaſio de Deo ſtudium ipſorum approbante illudque forte beata futura haud indignum iudicante laeta capiet incrementa. Ceterum doctrina de iuſtificatione iam expoſita non minus quam formula eius, doctoribus eccleſiaſticis olim probata, quibusvis commentis de venia peccatorum per opera operata vel quavis alia ratione obtinenda e diametro oppoſita eſt [c]).

a) Gerhard L. th. VII. 261. 301 ff. 330 ff. Grapii Theol. recens controverſa. IV. 35 ff. — Kant *Religion.* 311 ff. Cannabich *Kritik alter u. neuer Lehren.* 115 ff. Wachler *Verſuch einer Würdigung d. Lehre v. d. Rechtfertigung*, in

Gabler *Theol. Journ.* B. IV. 229 ff. Löffler *Predigt: Wodurch wird der Mensch gerecht vor Gott?* in *d. N. Predigten.* Gotha. B. III. 1815. 27 ff.

b) Idem fere docuit Melanchthon in Prima adumbratione locorum th., quam denuo ed. F. T. Friedemann. Wittenb. 1823. §. 13. p. 15. et Miscellan. Crit. ab ipso Seebodioque editorum V. II. P. 2. p. 368. „*Iustitia gentium*, quae in ev. *pharisaica*, a Paulo iustitia legis, seu *servitus legis*, vocatur, est, qua facimus *externa operum simulacra*, *repugnante affectu*. — *Iustitia Christiana* est, qua *ultroneo spiritu ad bona rapimur*, *etiamsi nulla esset lex* — affectuum compos est, quin semper ex oculis Χριστοῦ pendet." Locor. th. p. 91. ed. Augusti: „Fides non aliud est, nisi fiducia misericordiae divinae, promissae in Christo adeoque quocunque signo. Ea fiducia benevolentiae seu misericordiae Dei cor primum pacificat, deinde et accendit velut gratiam acturos Deo pro misericordia, ut legem sponte et hilariter faciamus." (Cf. Cic. in libb. de republ, nuperrime detectis. I. 2. T. XVI. P. III. p. 3. ed. Schütz.) „Xenocrates, interrogatus, quid consequerentur eius discipuli, respondisse fertur: ut id sua sponte facerent, quod cogerentur facere legibus." Senec. ep. 95. de benefic. IV. 21. „Omnium virtutum ad animum tota aestimatio redit. Hic si in officio est, quidquid defuit, fortuna peccat."

c) Cf. quae nuper proposuit ad denuo commendandam doctr. de *iustificatione* De Wette *Rel. u. Theol. 2. A.* p. 258., quae de puriore huius doctrinae formula recte intelliguntur.

Ad animi affectionem supra descriptam redit omnis verae religionis *subiectivae* summum momentum (§. 2.), quod non in eo ponere licet, quod quis aliunde se pendere omnesque vitae rationes extrinsecus suspensas habere sentiat *(Gefühl oder Bewusstseyn absoluter Abhängigkeit)*. Nam eiusmodi sensus etiam *atheo* esse potest, qui a naturae necessitate quadam omnino se pendere sibi persuaserit. Atque etiamsi quis a *Deo* se pendere sentiat, eidem non ob hunc solum sensum vera religio tribui potest, sed ea tantummodo huius virtus, quae animum demissum et humilem erga Deum prodit.

Sectio 2.

DE ORDINE SALUTIS.

§. 156.

De vocatione.

Doctrina biblica.

Modus, quo homines, Deo adiuvante, ſalutem aeternam per Chriſtum ipſis paratam conſequi poſſunt ac debent, et qui e librorum ſſ. dicendi formulis maxime tropicis et ſaepe promiſcue uſurpatis non ſatis commode deſcribitur, a theologis dicitur *ordo ſalutis*, cuius primum veluti gradum appellant *vocationem*, e variis N. T. verbi καλεῖν (קָרָא) ſignificationibus derivatam. Quo verbo ſcriptores ſſ. intelligi volunt tum ad vitám emendandam provocare (Matth. 9, 13. Mc. 2, 17. 1 Theſſ. 4, 17.), tum, quod ſaepiſſime fit, ad ſalutem regni Meſſiani (1 Theſſ. 2, 12. 13. 1 Petr. 5, 10. Rom. 8, 17. 29.), ſubinde cum epulis comparatam (Matth. 20, 16. 23, 3 ſſ.), vel omnino ad religionis Chriſtianae beneficia invitare (1 Cor. 1, 9. 1 Tim. 6, 12. 2 Tim. 1, 9. 2 Theſſ. 2, 14. 1 Petr. 1, 15.), tum ad hanc ipſam religionem profitendam perducere (1 Cor. 7, 17. 23. Gal. 1, 6. Eph. 4, 4. 1 Petr. 2, 21.), unde Chriſtiani dicuntur κλητοί (Rom. 1, 7. 1 Cor. 1, 2. 24.), κλῆσις autem in genere invitatio ad religionem Chriſtianam eiusque beneficiorum oblatio. (1 Cor. 1, 26. Eph. 4, 1. 4. 2 Theſſ. 1, 11. 2 Petr. 1, 10.) Praeterea Deus ipſe ad hanc ſalutem per Chriſtum invitare (1 Cor. 1, 9. 1 Petr. 1, 15. 5, 10.), et quidem omnes homines (Matth. 28, 19. Mc. 16, 15. Luc. 24, 47. 1 Tim. 2, 3. 2 Petr. 3, 9.), haud obſcure traditur. Omnino vero vocationis vocabulum ſenſu biblico eam denotat Dei efficaciam, qua homines quicunque ad religionem Chriſtianam profitendam eiusque beneficia amplectenda invitantur vel etiam perducuntur.

Ammon *Bibl. Theol.* II. 164 ff.

§. 157.

Doctrina ecclesiastica cum epicrisi.

In ecclesia vocationis notio, quae *appropriative* s. tanquam opus peculiare spiritui s. tribuitur, ita constituta fuit, ut actio sit spiritus sancti, qua homines invitentur et excitentur ad beneficia a Christo parta per fidem consequenda. (Io. 3, 15. 2 Thess. 2, 12.) [a]). Discrimen posuerunt inter vocationem *immediatam* (miraculosam, extraordinariam), cuiusmodi Paulo Apostolo contigisse perhibetur (Act. 9, 1 ff.) [b]), et vocationem *mediatam* (naturalem, ordinariam), per verbum Dei et sacramenta. Vocationis notione sensu quodam latiore, quam quem libri symbolici exhibent [c]), constituta, ita, ut quemcunque modum complectatur, quo Deus homines ad animi emendationem excitat, alii eam in *propriam*, quae cum religione revelata, et *impropriam*, quae cum eventibus naturalibus et religione naturali coniuncta est, diviserunt [d]). Vocationem, sensu angustiore dictam, *seriam*, *efficacem*, *inevitabilem*, sed *resistibilem* esse contenderunt [e]), nec minus *universalem* [f]). De vocationis *universalitate*, quae, ab aliis alio modo definita, variis disceptationibus ansam praebuit, hoc potissimum tenendum est: vocationem, nisi improprie sic dictam, universalem recte appellari non posse, quippe quum rationis et conscientiae, quamvis manca apud plurimos reperiatur, indoles ubicunque una eademque sit (Rom. 2, 14—16. 26.) et gentilium etiam salutem Deum curare (Act. 10, 34. 35. 17, 24—29. Matth. 12, 42. Luc. 13, 29.) eosdemque a iudicio divino haud exemtos fore doceatur (Rom. 2, 12 ff.); vocationem vero sensu biblico et ecclesiastico explicatam perperam dici universalem. Namque ipsi scriptores ss. *multos* quidem, neque vero omnes vocatos esse (Matth. 20, 16. 22, 14.) multosque populos sibi ipsis relictos fuisse (Ps. 147, 19 ff. Act. 14, 16. 17, 30.), id, quod historia omnium temporum confirmat, diserte

teſtantur. Ceterum iis', qui vere vocati ſunt, officium incumbit, hoc beneficium grata mente agnoſcendi idque ad alios nondum vocatos quam latiſſime, modo quidem idoneo atque ingeniis moribusque vocandorum accommodato, propagandi *g*).

a) Gerhard L. th. XI. 45. Calov. Syſt. Loc. theol. X. 1 ff. Quenſtedt Theol. did. pol. II. 662 ff. Seiler Theol. dogm. pol. 224.

b) Eiusmodi narrationes, quarum ſatis multae reperiuntur in ſcriptis Patrum eccl., vitis ſanctorum librisque aſceticis (vid. Arnold *D. Leben d. Gläubigen.* H. 1701. Duttenhofer *Geſch. d. Schwärmereien in d. chriſtl. Kirche.* Voll. III. Heilbr. 1796—99. Kanne *Leben merkw. erweckter Chriſten.* Voll. II. 1816. 17.), a phantaſiae vividioris ludibriis et ignorantia phyſices et pſychologiae recte repetuntur.

c) Conf. Aug. art. V. 11. „Per verbum et ſacramenta, tanquam per inſtrumenta, donatur ſpiritus ſ., qui fidem efficit, ubi et quando viſum eſt Deo, in iis, qui audiunt evangelium ſcilicet, quod Deus non propter noſtra merita, ſed propter Chriſtum iuſtificet hos, qui credunt, ſe propter Chr. in gratiam recipi." Form. C. Sol. decl. II. 670. „Viſum eſt Deo per hoc medium, et non alio modo, nimirum per ſanctum verbum ſuum, quum id vel praedicari auditur, vel legitur, et per ſacramentorum legitimum uſum homines ad aeternam ſalutem *vocare*, *ad ſe trahere*, *convertere*, *regenerare* et *ſanctificare*."

d) Schmidt *Lehrb. d. Chriſtl. Theol.* 290. Reinhard *Dogm.* 493 ff. Bretſchneider *Entwickl. d. dogmat. Begriffe.* 3. *A.* 672 f. — S. C. V. Wagner *Spuren d. Gottheit im anſcheinenden Zufalle. Wohlthätige Nahrung f. Zweifler u. Denker.* Voll. II. 2. A. B. 1818.

e) Reinhard l. l. 496 f.

f) Form. Conc. 804. „Non tantum praedicatio poenitentiae, verum etiam promiſſio evangelii eſt univerſalis, h. e. ad omnes homines pertinet." 618. „Chr. vero omnes peccatores ad ſe vocat et promittit illis levationem, et ſerio vult, ut omnes homines ad ſe veniant et ſibi conſuli et ſubveniri ſinant." 805. „Et hanc vocationem Dei, quae per verbum evangelii nobis offertur, non exiſtimemus eſſe ſimulatam." 807. „Promiſſionem evangelii Chr. generaliter proponi curat." Defendunt *univerſalitatem* vocationis *proprie* ſic dictae, argumentis quidem parum

parum idoneis, Gerhard IV. 185 ff. Calov. VIII. 168 ff. X. init. Quenstedt II. 662 ff. De Apostolis vel in America evangelium praedicantibus vid. Herm. Witsius Miscellan. sacr. Trai. 1700. II. 400 ff. Gerhard l. l. IV. 185 ff. Baumgarten *Pol.* II. 575 ff. Bretschneider *Handb. d. Dogm.* II. 2. *A.* 524 ff.

g) Scripta huc referenda rec. Ersch *Handb. d. deutschen Literatur.* I. *Literatur d. Theologie.* 2. *A.* L. 1822. 187 ff. *Gesch. der Missionen.* V. prae cett. J. G. Knapp, Freylinghausen, Schulze u. G. Ch. Knapp *Neuere Gesch d. ev. Miss. in Ostindien.* H. 74 St. 1770—1825. 4. Cf. Röhr *Krit. Prediger-Bibl.* B. IV. H. 4. 1825. p. 705 ff. *Ueb. d. Missionswesen.* Dubois *Briefe üb. d. Zustand des Christenth. in Indien, in welchen d. Bekehrung d. Hindus als unausführbar dargestellt wird. A. d. Engl. übers. mit Anmerk. v.* D. A. G. Hoffmann. Neust. 1824. Cf. *Fünfter Jahrsbericht des ev. Miss.-Vereins in Leipzig.* 1825.

§. 158.

De illuminatione.

Secundum in illo salutis ordine locum obtinet *illuminatio*, cuius notio in literis ff. nusquam accurate definita est. Promiscue enim usurpantur vocabula illa tropica φῶς, φωτίζειν, φωτισμός partim de institutione in universum, praesertim evangelica (Io. 5, 35. 8, 12. Act. 26, 23. 1 Cor. 4, 5. 2 Tim. 1, 10. Io. 1, 9. Eph. 3, 9.), partim vero de cognitione religionis Christianae salutari atque efficaci. (1 Io. 1, 7. Eph. 1, 13. 17. Col. 1, 12. 2 Cor. 4, 4—6. Hebr. 6, 4. 10, 32.) Itaque illuminationem theologi, sensu quidem *activo*, nam et *passive* intelligitur [a]), sic definiverunt, ut esset operatio spiritus s., qua tum salutaris doctrinae evangelicae cognitio, tum potestas et facultas eam perspiciendi et omnia ad eius normam exigendi in animo hominis *vocati* efficitur. (Io. 14, 21 s. 1 Cor. 2, 13. Eph. 1, 17.) [b]). Discernunt theologi illuminationem *ordinariam* (naturalem, mediam), quae sine miraculo efficitur per adminicula consueta, praedicationem nimirum et auditionem verbi divini, et *extraordinariam*

(ſupernaturalem, immediatam), qualis prophetis et Apoſtolis contigiſſe dicitur (§. 37.). Neque vero omnes eodem modo partes et rationes huius illuminationis interpretantur, ita, ut pari quaſi intervallo diſtet a vocatione et a converſione. Ceterum totum huius loci, cuius neceſſitas olim contra *Enthuſiaſtas*, lumen internum iactantes, ſtrenue defenſa eſt [c]), momentum eo redit: Deum hominibus opportunitates atque incitamenta ſuppeditare ad religionis cognitionem ſalutarem ſibi parandam.

a) Gruner Dogm. 487. Illuminatio *paſſiva* eſt hominis conditio ea, in qua illum. *activa* gaudet.

b) Simili ratione, ad dicta libror. ſymb. accommodate [cf. Catech. mai. art. III. p. 497. „— verbum, quod ſpiritus ſ. revelat et praedicat, et per quod pectora *illuminat* et accendit, ut verbum accipiant, amplectantur, illi adhaereſcant inque eo perſeverent." Form. Conc. Epit. II. 581. „Reiicimus Enthuſiaſtarum errorem, qui fingunt, Deum *immediate*, absque verbi Dei auditu et ſine ſacramentorum uſu homines ad ſe trahere, *illuminare*, iuſtificare et ſalvare." Sol. decl. 671. 808. (§. 45. *d*.) „Deus ordinavit, ut ſpir. ſ. electos per verbum vocet, illuminet atque convertat;"] illuminationem definiverunt Calov, Quenſtedt, Buddeus, Baumgarten, Seiler, Storr, Eckermann aliique; notionem eius latiorem, praeeunte Moro Epit. 210., affert Reinhard *Dogmat.* 499.: „illuminatio eſt ea Dei efficacia, qua hominem ad religionis Chr. cognitionem perducit." De disceptatione ea, utrum *irregenito* tribui poſſit *illuminatio*, vid. Baumgarten *Polem.* II. 667 f.

c) Artt. Smalc. P. III. Art. VIII. 333. „In hoc nobis eſt conſtanter perſeverandum, quod Deus non velit nobiscum aliter agere, niſi per vocale verbum et ſacramenta, et quod, quidquid ſine verbo et ſacramentis iactatur, ut ſpiritus, ſit ipſe diabolus." Form. Conc. epit. II. 581. Quibus poſitis, ipſa prophetarum inſpiratio in dubium vocari poteſt. — Walch *Religionsſtreitigk. auſser d. ev. Luth. Kirche.* V. 645 ff. — Qui his noſtris diebus ad ſenſum quendam internum tanquam divinitus ipſis ſuppeditatum (*innere Erfahrung*) provocant, vel ſingulari quadam Dei revelatione ſibi praediti videntur, qua qui non ſint *illuminati* religionem revelatam recte intelli-

gere nequeant (*Allg. Kirchen-Zeitung.* 1826. Nr. 6. p. 53 ff.), horum portentorum notas certas sanae rationi probare non potuerunt, et sacrarum literarum testimoniis perspicuis destituti (§§. 148. 152.), Enthusiastis adnumerandi sunt, qui Deum *immediate* homines illuminare fingunt. Jochmus *Gesch. der Kirchenreformation zu Münster und ihres Untergangs durch die Wiedertäufer.* Münst. 1825. Röhr *Krit. Pred. Bibl.* Bd. VI. H. 4. 1825. p. 656 ff. „*Alle — Gründe gegen das Treiben der W. suchten diese, wie alle christl. Schwärmer, durch das Gewicht von Bibelstellen niederzuschlagen, bei denen sie dieselbe Auslegungsweise anwandten, die uns neuerlich von Seiten unserer mystischen Frömmler und namentlich von Olshausen, Stier u. a. wieder empfohlen worden ist, und wenn man gegen sie die Sprache der Vernunft führte, so antworteten sie: — man müsse, um zur rechten christlichen Einsicht in die verhandelte Sache zu kommen, die ganze h. Schrift buchstäblich nehmen und dabei den Eingebungen des Geistes Gottes, den die Gläubigen, nicht aber die Ungläubigen (Gegner der W.) hätten, offen seyn.*" — Apol. Conf. Aug. VII. 202.

§. 159.

De conversione.

Illuminationem in ordine salutis excipit *conversio* s. *poenitentia*, sensu latiore dicta. Vocabulorum ἐπιστρέφειν, ἐπιστροφή (Act. 3, 19. 9, 35. 11, 21. 2 Cor. 3, 16. 1 Thess. 1, 9. al.), μετανοεῖν (pr. *post* factum *sapere*), μετάνοια (Marc. 1, 15. Act. 2, 38. 17, 30. Luc. 24, 47. — Matth. 3, 2. 12, 41. Luc. 15, 7. 10. 16, 30. Rom. 2, 4. al.), quae tum conversionem ad religionem Messianam, tum animi emendationem frequenter indicant, significatione arctioribus circumscripta limitibus, conversionem eam esse volunt immutationem, qua homo, dolorem sentiens propter peccata commissa, eorum veniam per fidem Christi meritis habitam exspectat [a]). Duas in ecclesia nostra constituerunt conversionis partes, alteram *contritionem* [b]) (Ps. 51, 19. 147, 3. Is. 66, 2.), quae et *agnitionem* peccatorum et sensum *poenitentiae* stricte sic dictae complectitur [c]), alteram *fidem salvificam* [d]) i. e. certam illam persuasio-

nem de peccatis propter Chriſtum nobis remiſſis vitaque beata poſt mortem futura (§. 154.), quae fides tanquam *ſpecialis* ſupponit aliam *generalem*, qua univerſae religioni Chriſtianae aſſenſum praebemus eamque ſequimur. (Act. 10, 43. 13, 2. 14, 22. 15, 9. Rom. 1, 8. 16. Col. 1, 4. Eph. 2, 8. 4, 13. al.) Quum vero *fidei* vocabula parum definite in literis ſſ. uſurpentur, theologi nimiam poſuerunt operam in natura fidei, partibus, generibus et rationibus ſubtilius conſtituendis *e*), quo factum eſt, ut ἀκρίβεια logica et iudicium usquequaque ſibi conſtans in finitionibus ipſorum deſideretur *f*). Quanquam Ieſus ipſe et Apoſtoli (Io. 3, 15 f. 5, 38. 40. 11, 25 ff.) fidem ſoli auctoritati ipſorum tribuendam (§. 6.) poſcere videntur, noſtri tamen aliis eorum effatis inniſi (Matth. 6, 22. 23. 7, 22—27. 13, 11—25. Luc. 8, 18. Io. 6, 63. 7, 17. 1 Theſſ. 5, 21. 1 Io. 4, 1.) fidem *explicitam* contra Pontificios, fidem *implicitam* ſ. *informem* i. e. cognitione deſtitutam nec niſi, quae ab eccleſia putantur vera, coeco aſſenſu amplexam tuentes, acriter defenderunt, tribus eius partibus conſictis, *cognitione*, *aſſenſu* atque *fiducia* *g*). Ceterum fides iſta, quae ſola auctoritate Ieſu Meſſiana atque eccleſiaſtica nititur, incultioribus quidem etiamnum ſalutaris eſſe poteſt, usquedum purioris inſtitutionis capaces reddantur; verum, ipſa teſte ſcriptura ſ. (Io. 12, 36. 44.), a fide rationali in Deum, tanquam ſapientiae et ſanctitatis archetypum per Ieſum nobis propoſitum (Matth. 5, 48. 1 Petr. 1, 15 ff. Luc. 6, 36. 18, 18 f.), ſenſim ſeiungatur neceſſe eſt, ſiquidem ea tanquam conſtans animi ad Deum eiusque voluntatem ſtrenue ſequendam converſi habitus ſimul verus et unicus virtutis et ſalutis adiunctae fons in N. T. indicatur. (Hebr. 11, 6. Rom. 14, 23. Gal. 5, 6. 13—25. Iac. 2, 14 ff.) Quo magis autem omnis ſapientiae atque virtutis conſtantia et felicitas hominum interna (Rom. 1, 17. 15, 13.) a vera firmaque pendet fide, quae lucem non fugit, ſed quaerit, honeſte factis voluntatem divi-

nam colendo (Io. 8, 20. 21. 8, 32.); eo magis cavendum est, ne incredulitatis eius (1 Cor. 2, 14.), quam ipsi scriptores ff. tanquam vitiositatis et miseriae humanae originem describunt (Ps. 14, 1. Rom. 2, 8. Tit. 1, 15.), scopulis illidamur [h]).

a) Conf. Aug. art. XII. 12. „De poenitentia docent, quod lapsis post baptismum contingere possit remissio peccatorum, quocunque tempore, quum convertuntur. — Constat autem poenitentia proprie his duabus partibus: altera est contritio, seu terrores incussi conscientiae, agnito peccato. Altera est fides, quae concipitur ex evangelio, seu absolutione, et credit propter Christum remitti peccata, et consolatur conscientiam, et ex terroribus liberat. Deinde sequi debent bona opera, quae sunt fructus poenitentiae." Apol. 165 f. Artt. Smalc. P. III. art. III. 316 ff. Form. Conc. decl. 679. 711. Cf. Gerhard L. th. V. 204. Baumgarten *Glaubensl.* III. 393 ff. Ratione habita Dei convertentis et hominis convertendi discrimen posuerunt inter conversionem *transitivam* s. activam et *intransitivam* s. passivam. Reinhard *Dogmat.* 519. — Vid. quae monuimus *Art. Busse* in Ersch *u.* Gruber *Encyklopädie.* Vol. XIV. p. 143 ff.

b) Ecclesia Romana, praeeuntibus Scholasticis, *contritionem* ab *attritione* ita distinguit, ut *attritio* sit dolor maxime ex poenarum infernalium metu servili conceptus, ideoque imperfectus; *contritio* dolor cum detestatione peccati et proposito non peccandi. Conc. Trid. Sess. XIV. c. 4. Alii aliter statuerunt. Gerhard l. l. VI. 273 ff.

c) Varie disputarunt de poenitentia *subita*, *quotidiana* et *sera*, unde lis *terministica* ineunte sec. superiore exorta (Von Einem *Kirchengesch. des 18ten Jahrh.* II. 737 ff.), quae quidem rectius ad morum doctrinam referuntur. Bretschneider *Handb. d. Dogm. 2. A.* II. 538 ff.

d) Conf. Aug. IV. 10. „Docent, quod homines — gratis iustificentur propter Christum per fidem, quum credunt, se in gratiam recipi et peccata remitti propter Chr., qui sua morte pro nostris peccatis satisfecit." Apol. Art. III. p. 87. „Accipimus remissionem peccatorum neque per dilectionem, neque propter dilectionem nostram, sed propter Christum, *sola* fide." — Melanchthonem (Loc. th. 433.) secuti nonnulli tertiam conversionis partem, *novam obedientiam*, addiderunt, permittente ipsa Apolog. Conf. Aug. 164. Vulgaris sententia

ecclesiae nostrae opposita est Romanae, hasce tres poenitentiae s. conv. partes statuenti: *confessionem oris*, *contritionem cordis*, *satisfactionem operis*. Cf. Confess. Aug. XII. Artt. Smalc. III. 321 ff.

e) Lutheri opp. T. XXII. 706 ff. Apolog. 68 ff. „Illa fides, quae iustificat, non est tantum notitia historiae, sed est assentiri promissioni Dei, in qua gratis propter Christum offertur remissio peccatorum et iustificatio." Form. Conc. Epit. III. 583 ff. Decl. III. 682 s. IV. 701. Chemnit. L. th. II. 654 ff. Gerhard l. l. VII. 163 ff. Calov. Syst. X. 301 ff. Quenstedt Theol. did. polem. II. 787 ff. Hollaz Examen theol. acroamaticum. 1157 ff. Reinhard *Dogmat.* §. 140 ff. Add. C. Chr. Flatt *Exeget. dogm. Bemerk. üb. d. Begriff von πίστις in den Br. an d. Römer u. Galater*; in *Untersuchungen üb. d. Lehre v. d. Versöhnung.* II. 223 s. Omnino fidei notio universalis in ll. ff. tradita eo recte refertur, ut homo imbecillitatis suae sensu quodam ductus effatis a Deo repetitis assensum et obsequium praestet. Baumgarten-Crusius *Einleit. in d. Dogmat.* 68.

Cf. Leonh. Usteri *Entw. d. paul. Lehrbegriffs.* Zür. 1824. p. 47 ff. Paulus *Der Denkglaubige.* I. 1825. p. 169 ff.

f) Sic cognitio non recte dicitur pars fidei salvificae, neque haec ipsa fides conversionis s. poenitentiae. Schott Epit. Th. Chr. Ed. 2. p. 257.

g) Gerhard L. th. VII. 78 s. 91 s. Baumgarten *Polem.* II. 613 ff. — *Fiducia* recte distinguitur a *fide*, praeeunte Melanchthone Loc. 425.: „fiducia est motus in voluntate, necessario respondens assensioni." Consentiunt Chemnit. II. 676 ff. Gerhard VII. 73 ff. Ammon Summa Theol. Chr. p. 211. Aliter Toellner *Theol. Untersuchungen.* I. 1. 112 ff. cf. Storr *Dogmat.* Ed. Flatt. 758 ff. Cf. Petr. Lombard. l. III. sentt. dist. 23. „Fides est *virtus*, qua creduntur, quae non videntur." Conc. Trid. Sess. VI. c. 8., fide scilicet implicita praecepta, hoc decrevit: „Fides *virtus* theologica princeps vocatur."

h) Ammon *Der Unglaube in seiner wahren Gestalt*; in *den Predigten zur Beförderung eines moralischen Christenthums.* T. III. Erl. 1802. 253 ff. Ei. Summa Th. Chr. 216. Not. c.: „Meditationes mere historicae in ipsa theologia positiva semper aliquid dubitationis relinquunt. Neque enim, ut Heynius monet egregie, si subtiliore iudicio utaris, ulla firmitas satis idonea inest argumento, quod vulgo adfertur, *per totam an-*

tiquitatem aliquid creditum esse; videndum enim est primo loco, *sitne recte creditum* (ad Homeri Il. T. VIII. L. 1802. p. 771.). Recti autem regula *rationi* inest, non *historiae*. Mirari itaque haud subit, vel Lutherum (l. l. 753 ff.) saepius de fidei suae infirmitate conquestum esse. At enimvero secutus erat vel in hac doctrina vestigia Augustini sui, qui, praeter historicam fidem, noverat nullam: *quod credimus*, docens, *debemus auctoritati*, *quod intelligimus*, *rationi*. De ordine l. II. c. 5."

§. 160.

De sanctificatione.

Conversionem in ordine salutis sequitur *sanctificatio* et *renovatio*, quas una eademque notione indefessi Deo probatae virtutis studii e conversione oriundi comprehensas (sanctificationem *transitivam* et *intransitivam*) [a]) fidei effectum *subiectivum* appellant, sicut iustificatio (§. 154.) fidei effectus *obiectivus* nominatur. Alii vero alteram ab altera ita differre statuunt, ut sanctificatio sit seria hominis voluntas virtutem vere Christianam sibi comparandi, renovatio autem s. obedientia nova sit confirmatio atque perfectio virtutis comparatae (*poenitentia quotidiana* s. *stantium*) [b]), a qua *regenerationem* nonnulli distinguunt, tanquam fidei et virium sancte vivendi donationem [c]). Libri symbolici ecclesiae nostrae, praeeuntibus libris ss. (cf. vocabula ἁγιάζειν 1 Cor. 6, 11. Eph. 5, 26. 1 Thess. 5, 23., ἁγιασμός Rom. 6, 19. 1 Thess. 4, 3., ἁγιωσύνη 2 Cor. 7, 1., ἅγιος 1 Petr. 1, 15., ἀνανεοῦσθαι Eph. 4, 23., ἀναχαινίζεσθαι Tit. 3, 5. Rom. 12, 2. — Col. 3, 10. Eph. 4, 24. — 2 Cor. 5, 17. Gal. 6, 15., παλιγγενεσία Tit. 3, 5. coll. Io. 3, 3 ff. al.), voces huc spectantes promiscue usurpant, ut veram animi immutationem atque emendationem sensu religionis Christianae praeceptis accommodato significent [d]). Effecta sanctificationis in ll. symbolicis bona dicuntur opera, i. e. facta hominis fide salvifica imbuti ex amore Dei et studio voluntati divinae

obsequendi profecta *e*), et probe distinguenda ab operibus mercenariis et operatis (Rom. 3, 28. 4, 5.) et operibus *supererogationis*, quae e *consiliorum evangelicorum* (cf. Matth. 19, 11 f. 21. 1 Cor. 7, 7. 38. 9, 12.) observatione nasci *f*), iam satis mature creditum est *g*). Latius patet in s. s. usus verborum ἔργα ἀγαθά s. καλά, quibus tum omnia recte et honeste facta (Matth. 5, 16. 26, 10. Rom. 2, 7. Eph. 2, 10.), tum inprimis actiones e pietate Christiana profectae eamque referentes (2 Thess. 2, 17. 1 Tim. 2, 10. Iac. 2, 17—20. Hebr. 13, 21. al.), interdum etiam opera benefica (Act. 9, 36. 2 Cor. 9, 8.) significantur. Quo magis inde ab aevo medio potissimum opinio ista divulgata erat de merito bonorum operum atque de absoluta eorum ad salutem assequendam necessitate, quod utrumque, formulis quidem maxime ambiguis enunciatum *h*), saepius in controversiam vocatum est *i*): eo acrius sacrorum emendatores aliique eos insecuti contra Pontificios, Socinianos, Arminianos aliosque suam defenderunt sententiam *k*): Opera bona s. debita minime esse salutis aeternae causam efficientem eiusque conditionem proximam, quippe quae sola fide salvifica comparetur; quum autem ex hac debeat prodire constans pietatis ac virtutis studium, opera quoque bona ad salutem requiri. (§. 154.) Ex omnibus istis disceptationibus et ieiunis verborum concertationibus iam ea persuasio prodeat necesse est: quum sanctitatis studium verae fidei (§. 155.) fundamentum sit firmissimum, hac ipsa fide invicem illud optime adiuvari atque confirmari, nec, nisi utroque arctissime coniuncto, veram religionem animo, quasi spiritus divini templo (1 Cor. 3, 16. 6, 19.), vere inesse posse. (§. 3.) *l*).

a) Hollaz III. 506. „Actus gratiae, quo Spir. s. hominem iustificatum expulsis vitiis sanctitate inhaerente donat." Baumgarten *Glaubensl.* II. 878 ff. Seiler Theol. dogm. pol. 268. Reinhard *Dogm.* §. 143. Schott Epit. Th. Chr. 169 ff.

b) Reinhard l. l. 532.

c) Buddeus Comp. Theol. dogm. 599 ff. Eckermann Comp. Th. Chr. 228 ff.

d) Cf. Conf. Aug. art. XX. 18. Apol. III. 68. „Fides — quia in poenitentia consolatur et erigit corda, regenerat nos et affert spiritum s., ut deinde legem Dei facere possimus, videlicet diligere Deum, vere timere Deum, vere statuere, quod Deus exaudiat, obedire Deo in omnibus afflictionibus, mortificat concupiscentiam etc." 83. 90. 91. V. 168 ff. Catech. mai. III. 496 ff. 500 ff. Form. C. Epit. 589. Decl. 699.

e) Conf. Aug. XX. fin. Apol. III. 113. 121. 137 f. Form. Conc. Epit. 588 ff. Decl. 698 ff. 701. „Eorum operum, quae revera bona sunt, mater et fons est ipsa fides." Vid. quae docte et acute hac de re disputavit G. Ch. Knapp in Commentat. de dispari formula docendi, qua Christus, Paulus atque Iacobus de fide et factis differentes usi sunt — in Scr. var. argum. ed. 2. p. 412 ff.

f) Apol. 276. Gerhard L. th. VI. 159 ff.

g) Münscher *Dogmengesch.* II. 277 ff.

h) Cotta ad Gerhard. VIII. 149. Beck Commentt. 629.

i) De controvv. *interimisticis* vid. Planck *Gesch. d. Bildung des protest. Lehrbegr.* IV. 167 f. 480 ff., de controvv. *syncretisticis* vid. Walch *Einl. in die Rel. Streitigk. d. Luther. Kirche.* IV. 708 ff. Bibl. theol. II. 691 ff., de c. *pietisticis.* Von Einem *Kirchengesch. des XVIII. Jahrh.* II. 354 ff.

k) Gerhard l. l. VIII. 35 ff. Baumgarten *Polem.* II. 729. 755 ff.

l) Cf. Nitzsch *Theol. Studien.* I. 1816. p. 110. „*Niemand leugnet, dass es eine ethische Theogonie im Christenthume gebe; denn die Lehre von der Erneuerung und Besserung ist Lehre von der Gottwerdung des Menschen.*"

§. 161.

Unio cum Deo mystica.

Ordini salutis coronam quasi imponit *unio* cum Deo *mystica*, quam theologi plurimi antiquiores de *praesentia* quadam substantiae divinae eiusque *approximatione* ad pios atque fideles, vel saltem de modo quodam peculiari, quo Deus in homine regenito operans eiusque salutem efficacissime curans cum eo con-

iunctus sit, intellexerunt [a]). Deducta est ista sententia e variis formulis biblicis, quibus, notionibus Iudaeorum theocraticis accommodate (Ex. 25, 8. Lev. 26, 11. Ps. 68, 17. 78, 60. al.), sensu tamen non in omnibus plane eodem, Deus, Christus, vel spiritus divinus in hominibus esse, habitare, manere (Io. 1, 14. 6, 56. 17, 23. 1 Io. 2, 6. 4, 12 s. Rom. 8, 9. 11. 1 Cor. 3, 16. 2 Cor. 6, 16. Eph. 3, 17. Col. 1, 27. Gal. 2, 20.), vel Christiani in Deo sive Christo esse vel manere dicuntur (Io. 6, 56. 15, 7. 1 Io. 2, 6.), vel ipsi templum Dei appellantur. (1 Cor. 3, 16. 6, 19. 2 Cor. 6, 16. Eph. 2, 21 s. Hebr. 3, 6.) Praeterea huc referendi sunt ii loci, qui hominum cum Deo communionem aut coniunctionem quandam commemorant. (Io. 17, 21 ff. 1 Io. 1, 6. 1 Cor. 6, 17. 2 Petr. 1, 4. Hebr. 3, 14. 6, 4. — Rom. 8, 23. Gal. 4, 5. 1 Io. 3, 1.) [b]). Verum quum appropinquatio ea divinae substantiae, qua Deus propius accedere ad fideles quam ad alios fingitur, ideae omnipraesentiae (§. 63.) prorsus repugnet, nec ipsi scriptores ff. eam diserte statuant, in morali potius cum Deo coniunctione, a theologis recentioribus varie adumbrata [c]), substituendum esse putamus, quae quidem est animi humani cum divina voluntate consensus perfectus, quo ille ad Deum continuo conversus, ad maiorem Dei imitationem in dies enititur, ita, ut quaecunque cogitet ac cupiat, et quaecunque homini acciderint, ad Dei voluntatem referat sanctissimam atque sapientissimam. Qua sententia bene intellecta atque confirmata, non est verendum, ne mysticorum et veterum et recentiorum commenta de supernaturali et arcana Dei in animis humanis efficientia, quae percipi quidem, non explicari aliis queat, itemque de sensibus singularibus acrioribus et repentinis immediate a Deo commotis, et alia eiusmodi somnia [d]) hominibus cultioribus denuo probari possint.

a) Libri symbolici Deum in credentibus habitare simpliciter docent Form. C. Sol. decl. IV. 698. — Hollaz Examen theo-

logicum. 932. Calov. Loc. th. X. 506. Quenstedt Theol. did. polem. III. 618 ff. Baumgarten *Glaubensl.* II. 864 ff. Seiler Theol. dogm. pol. 264.

De controversiis inter theologos sec. XVII hac de re agitatis vid. Baumgarten *Pol.* II. 759. Walch *Rel. Streitigk. d. ev. Luth. Kirche.* I. 516 ff. II. 351 ff.

b) Morus Comment. in Epit. II. 430 ff.

c) Gruner Dogm. 519. Morus Epit. 232. Doederlein Institt. Th. Chr. II. 528. Reinhard *Dogm.* 537.

d) Meiners *Beitr. zur Gesch. d. Denkart d. ersten Jahrh. n. Chr. Geb.* L. 1782. G. Arnold Hist. et descriptio theol. myst. Frcf. 1702. *Explication des maximes des Saints sur la vie intérieure par* Fr. de Solignac Fénélon. Paris. 1697. 12. Walch *Rel. Streitigk. ausser d. evang. Kirche.* T. V. c. 6. Corodi *Krit. Gesch. d. Chiliasmus.* III. 1. 270 ff. et aliis ll. Scripta fidem *Pietistarum*, *Herrnhuthianorum*, *Methodistarum*, *Swedenborgianorum* aliorumque Mysticorum illustrantia, quae rec. Beck Commentt. 663 f. Cf. supra §§. 157. *b.* et 158. *c.*

Cf. Reinhard *Dogm.* 536. „*Wenn man sich gewöhnt, von der christlichen Sinnesänderung und den daraus entspringenden Folgen deutlich zu denken und zu sprechen, so wird man nicht nöthig haben, mit dunkeln Bildern zu tändeln, die bei einer vernünftigen Erbauung ohnehin nicht geduldet werden können.*"

Caput IV.

DE ADMINICULIS SALUTIS PER CHRISTUM CONSEQUENDAE S. DE MEDIIS GRATIAE.

Sectio 1.

DE VERBO DEI.

§. 162.

Doctrina biblica.

Insignem illam immutationem atque emendationem, quae Deo adiuvante in animis hominum effecta salutis per Christum paratae eos participes reddit, solo verbi divini et sacramentorum auxilio, ab ecclesia suppedi-

tato et conservato, perfici posse, per sacrorum emendatores sancitum est [a]), unde adminicula seu media gratiae divinae appellata sunt. *Verbum Dei* (λόγος θεοῦ, ῥῆμα θεοῦ) in libris ff. non modo singula denotat effata, promissa et mandata divina (Deut. 18, 19. Ps. 33, 6. Luc. 4, 4. Rom. 9, 9. al.), sed totam etiam religionis morumque doctrinam divinitus patefactam (Ps. 93, 5. 119, 11 ff. Hos. 4, 1., praesertim Christianam Luc. 11, 28. Io. 17, 17. Act. 11, 1. 12, 24. Rom. 10, 8. 2 Tim. 1, 13.), minime vero sacrum codicem, monumentorum huius doctrinae universum corpus, de quo cum doctrina ipsa perperam commutato, variae exortae sunt quaestiones vanae et inutiles. Unde exstitit *bibliolatria* ista, quae, stolide reiecta quavis alia institutione divina per rerum naturam et rectam rationem hominibus oblata et ab ipsis scriptoribus ff. commendata (Ps. 19, 2 ff. 119, 89 ff. Rom. 1, 19 ff. Deut. 30, 12. Rom. 2, 14 ff. 10, 8.), soli literae biblicae inhaerens (Io. 6, 62 ff. Rom. 7, 6. 2 Cor. 3, 6.), ea quoque dicta, quae nihil valent ad homines erudiendos atque emendandos, imo verae virtuti nocent, tanquam divina effata inconsulto tueretur et superstitiose veneraretur. Sin autem eae tantummodo sententiae in libris ff. enuntiatae, quae vere divini sunt argumenti, *verbi divini* nomine insigniantur, iis omni iure, tanquam re vera divinitus effatis, vis quaedam efficax tribui potest ad homines salutari cognitione imbuendos atque emendandos. (§. 51.) (Iac. 1, 18. 1 Tim. 4, 16. 1 Petr. 1, 23 ff. Hebr. 4, 12. 1 Cor. 1, 18.)

Ammon *Bibl. Theol.* III. 155 ff.

P. III.

a) Artt. Smalc. P. II. art. IV. 329. H. l. quatuor modi commemorantur, quibus „Deus consulit et auxiliatur nobis contra peccatum — primum verbum vocale, quo iubet praedicari remissionem peccatorum in universo mundo — secundo per baptismum, tertio per venerandum sacramentum altaris, quarto per potestatem clavium atque etiam per mutuum colloquium et consolationem fratrum." Cf. Catechism. mai.

art. III. 500. „Remissio peccatorum fit per sacramenta et *absolutionem* ecclesiae." Apol. IV. 153. — „traditiones humanae — non sunt instrumenta, per quae Deus movet corda ad credendum, sicut verbum et sacramenta divinitus tradita." Form. Conc. Sol. decl. 818. „Pater neminem trahere vult absque mediis, sed utitur, tanquam ordinariis mediis et instrumentis, verbo suo et sacramentis."

§. 163.

Doctrina ecclesiastica.

Ex dictis illis ff. ff. supra allatis formula prodiit ecclesiastica de *verbo Dei* tanquam doctrina divina in libris ff. comprehensa, quae ad animi emendationem spectat atque salutem aeternam per Christum consequendam. Duabus illa partibus absolvitur, et *lege*, et *evangelio* [a]). *Lex*, quae angustiore quidem significatu dicitur, quam quem literae ff. vocabulo *νόμος* subiiciunt, aut leges Mosaicas omnes sine discrimine (Io. 1, 17. Rom. 3, 19. 2 Cor. 3, 6.), aut totam religionem Mosaicam (Rom. 10, 4.), aut totam doctrinam Christianam (Rom. 3, 27. Gal. 2, 19. 6, 2. Iac. 1, 25.), aut singulas leges Mosaicas (Io. 19, 7.) significantes, complectitur omnia de moribus officiisque praecepta, quae in V. et N. T. libris enunciata sunt, adiunctis poenarum comminationibus. Contra adversarios legis eiusque [b]) non satis perspicue definitae disputando doctores ecclesiastici usum legis triplicem posuerunt, *civilem* s. politicum, qui disciplinam externam spectat, *elencticum* s. paedagogicum, qui ad peccata agnoscenda animumque emendandum adducit, et *didacticum*, quo omnis emendati hominis vita regitur; itemque tres eius partes constituerunt legem *caerimonialem* et *civilem*, quae per Christum abrogatae sunt (Rom. 6, 14. Gal. 3, 19. 25.), ita quidem, ut quae etiamnum valent, non ut Mosaica, sed ethicis de causis valeant, et *moralem*. *Evangelium* vero, quae vox in libris ff. sensu latiore usurpata saepissime doctrinam de Iesu Mes-

ſia vel omnem doctrinam Chriſtianam ſignificat (Marc. 13, 10. Luc. 9, 6. 2 Cor. 11, 7. Epheſ. 6, 15. Phil. 1, 27. al.), proprie dicitur ea doctrinae Chriſtianae pars, quae de remiſſione peccatorum per Chriſtum obtinenda agit.

a) Apol. Conf. Aug. II. 60. „Univerſa ſcriptura in hos duos locos praecipuos distribui debet in legem et promiſſiones. Alias enim legem tradit, alias tradit promiſſionem de Chriſto, videlicet quum aut promittit Chriſtum venturum eſſe, et pollicetur propter eum remiſſionem peccatorum, iuſtificationem et vitam aeternam. Vocamus autem *legem*, in hac disputatione, *decalogi praecepta*, ubicunque illa in ſcripturis leguntur." III. 83., ubi ſimiliter univerſa lex ad decalogum refertur. — Form. Conc. decl. II. 670. V. De lege et evangelio. 709 ff. 713. „Docemus, quod lex proprie ſit doctrina divina, in qua iuſtiſſima et immutabilis Dei voluntas revelatur, qualem oporteat eſſe hominem, in ſua natura, cogitationibus, verbis, factis, ut Deo probari et acceptus eſſe poſſit. Simul autem transgreſſoribus Dei iram et temporalia atque aeterna ſupplicia lex denunciat. — Evangelium autem proprie doctrina eſt, quae docet, quid miſerrimus ille peccator credere debeat, ut remiſſionem peccatorum apud Deum obtineat." Chemnit. Loci theoll. II. 1 ff. 202 ff. Gerhard L. th. II. 7. V. 217 ff. VI. 97 ff. Baumgarten *Glaubensl.* III. 178 ff. Bretſchneider *Handb. d. Dogmat.* II. 2. *A.* 606 ff.

b) Antiquiores legis adverſarii fuerunt Gnoſtici et Manichaei, legem Moſaicam non a bono Deo datam eſſe ſtatuentes, recentiores ſec. XVI, praeter Anabaptiſtas nonnullos, *Antinomi* proprie dicti, tum duriores omnem legem auctore Agricola repudiantes (Planck *Geſch. d. prot. Lehrbegr.* V. p. 1 ff. add. Nitzſch Proluſſ. de Antinomismo J. Agricolae. Vit. 1804. 4. J. Agricola's *Schriften vollſtändig verzeichnet von* B. Kordes. Alton. 1817.), tum mitiores ſec. XVII, ducibus Andr. Musculo et Sam. Crellio, civilem et paedagogicum, non normalem legis uſum admittentes. Walch *Einl. in die Rel. Streitigk. d. Luther. Kirche.* IV. 229 ff. 240. *Pietiſtae* quoque et *Herrnhuthiani* iis adnumerantur. Baumgarten *Geſch. d. Rel. Parth.* 1135. Petri *Art. Antinomer*, in Erſch u. Gruber *Encyklop.* B. IV.

§. 164.

Continuatio cum epicrisi.

Verbo illi divino vim quandam salutarem inesse docuerunt theologi, partim *naturalem*, partim *supernaturalem*, libris symbolicis quidem haud satis clare hac de re statuentibus. *Naturalem* eam efficaciam dixerunt, quam communem habeat doctrina divina cum argumento libri cuiuscunque recte scripti, eamque diviserunt in *logicam*, *rhetoricam* s. *aestheticam* et *moralem*; *supernaturalem* autem s. hyperphysicam nominari voluerunt eiusmodi vim, quae diversa sit a naturali aliarum notionum ac sententiarum efficacia et repeti debeat a singulari quadam spiritus s. operatione [a]), quam posteriorem alii in *elevatione* posuerunt, alii in *tactu*, alii in *tractu* (Io. 6, 44.), alii *mystica* spiritus s. cum verbo *unione* [b]). Ut formularum istarum abusui occurrerent, vim verbi div. *essentialem* quidem, sed *ordinatam* tamen s. ordini certo adstrictam et *resistibilem* esse docuerunt. Verum enimvero quum nec sacri scriptores, efficaciam verbi divini praedicantes (Rom. 1, 16. 8, 2. 3. Phil. 4, 13. coll. Io. 6, 63.), quos ipsi sacrorum emendatores secuti sunt, reiecta de verbo divino *interno* varie appellato et explicato sententia [c]), discrimen illud constituerint, nec sana ratione experientiaque duce notae, quibus vis illa naturalis a supernaturali discerni possit, deprehendantur, sola naturalis verbo divino efficacia recte vindicatur. Quae ut vere percipiatur, libris ss. diligenter quidem, at non sine cautione quadam uti debemus, ne quaecunque in libris ss. leguntur, pro verbo divino temere accipiamus. In eo potius omnis diligentia collocanda est, ut eorum, quae ad veram virtutem pietatemque conducunt, iusta scientia mens imbuatur et animus amore Dei sensuque recti totus impleatur regaturque (§. 45.). Ceterum de universa huius dogmatis forma ecclesiastica, a theologis recentioribus passim liberius reprehensa [d]), hoc potis-

simum tenendum est, eam disceptationibus vagis atque ineptis originem suam debere, nec ullis sacrarum literarum testimoniis diserte confirmari.

a) Baumgarten *Glaubensl.* III. 166. Seiler Th. dogm. pol. 292. 294.

b) *Elevationem*, qua vires naturales augeri dicebantur, defenderunt Calixtus, Musaeus (Introd. in theol. P. II. 561.); *tactum* substantia spiritus s. in homine effectum, unde vis illa *physicae analoga* dicta est, Bertlingius, theol. Helmstad. (*Deutl. Vorstellung, was d. Luth. Kirche v. d. Kraft d. h. Schrift lehre u. nicht lehre.* Danz. 1756. 4.), controversia cum Schuberto, th. Helmst., agitata famosus; *unionem* quandam *mysticam* Calov. Syst. X. 1 ff. Quenstedt Theol. did. pol. II. 926 ff.; cf. Storr de efficientia spir. s. in mentibus nostris, in Opusc. theolog. Tub. 1788. De controversia sec. XVII cum Herm. Rathmann, Gedanensi, qui vim Sp. s. extrinsecus accedentem cum libris ff. coniungi docuerat, v. Walch *Einl. in d. Rel. Str. d. Luth. Kirche.* I. 524. IV. 577 ff.

c) Apol. VII. 202. Artt. Smalc. P. III. Art. VIII. 331 ff. — Ad eos, qui *verbum internum*, s. *vivum*, *lumen internum*, aliisque nominibus appellatum, iactaverunt, recte referuntur prae ceteris *Schwenkfeldiani*, *Weigeliani*, *theosophi* auctore Iac. Boehme aliique mystici, et antiquiores, de quibus v. Planck *Gesch. d. prot. Lehrbegr.* V. I. Corodi *Krit. Gesch. des Chiliasmus.* III. 1. 2. Adelung *Gesch. der menschl. Narrheit.* VII., et recentissimi. — Maxime autem huc pertinent *Quakeri* (G. W. Alberti *Nachricht von d. Religion, Gottesdienst, Sitten u. Gebr. d. Quäker.* Hann. 1750.) et *Methodistae* (Hampson *Leben* Joh. Wesley's, *Stifters d. Methodisten, nebst einer Gesch. des Methodismus, mit Zusätzen von* Niemeyer. H. 1793. II. J. G. Burkhard *Vollst. Gesch. d. Methodisten.* Nürnb. 1795.). — Beck Commentt. 661 ff.

d) Doederlein Inst. th. Chr. II. 715. Henke Lin. fid. Chr. p. 222 s. Morus Comment. in Epit. II. 400 ff. Reinhard *Dogm.* 554 ff. Ammon Summa Theol. Chr. 246 ff. Bretschneider *Handb. d. Dogm.* II. 2. *A.* 613 ff.

Se-

Sectio 2.

DE SACRAMENTIS.

§. 165.

De ritibus sacris in universum.

Quum ipsa ferat natura hominis, maxime inculti-oris, ut animi sensus et motus quosque acriores, inprimis eos, qui ad numen colendum spectant, per actiones quasdam externas exferat, et quum actus certi subinde iterati aptissimi sint ad eosdem sensus cum illis semel coniunctos in animo resuscitandos eique magis magisque inculcandos: haud mirum est, omnes religionum conditores actus quosdam s. ritus sacros condidisse, quorum vinculo hominum multitudinem ad communem eiusdem religionis professionem consociarent. In omnibus igitur religionis institutis eiusmodi ritus reperiuntur, religionum illarum et populorum ingenio accommodati, tempori certe, quo primum constituti sunt, satis bene respondentes. Quemadmodum Iudaeis duo erant ritus prae ceteris multis solennes, alter *circumcisionis* (Gen. 17, 10 ff. Ex. 5, 25. Lev. 12, 3. Ios. 5, 3 ff.), apud alias gentes etiam haud inusitatae [a]), alter *coenae paschalis* [b]) (Ex. 12, 21. 42. Lev. 25, 5. Num. 9, 2.): Christus quoque similes duo ritus doctrinae suae adiunxit, alterum *baptismum*, tanquam initiationis solenne, alterum *coenam sacram*, tanquam ritum confirmationis symbolicum. Ritus illi Iudaici cum Christianis, *sacramentorum* nomine, cui nulla vox in libris ff. respondet, postea nominatis, a Patribus eccl. iam haud incommode comparati sunt [c]). Quo facto intelligitur, haec illis, sicut paganorum ritibus sacris, praestare, partim significatione eorum symbolica facile intelligenda, partim fine eorum morali, siquidem omnis *operis operati* notio inde removenda est. (Io. 4, 19—24. coll. Matth. 5, 23. 24. Act. 2, 38. — Matth. 6, 16—18. 9, 14. 17. Marc. 2, 19—22.)

a) Ab Aegyptiis, qui genitalia, ſacerdotum et myſtarum maxime, primum καθαριότητος ἕνεκεν mutilaviſſe dicuntur, circumciſionis ritus ad Phoenices et Syros transiit, teſtibus Herodoto II. c. 102. 125. et Diod. Sic. I. 28. III. 31. Vid. De Wette *Lehrb. d. hebräiſch-jüdiſchen Archäologie.* L. 1814. §. 150. et ſcriptores ibi ll. De circumciſionis apud Hebraeos origine vid. Gen. 17. Cf. tamen De Wette *Kritik d. israelit. Geſchichte.* I. 49 ff. Praeter alios populos noſtrae aetatis etiam Copti et Habeſſini, Chriſtianam ſcilicet religionem amplexi, hunc ritum retinuerunt.

b) Agni quoque mactatio ab Aegyptiis (Herod. II. 41.) repetita eſt; vid. Spencer de leg. Hebr. rit. I. 294 ſ.

c) Patres antt. circumciſioni et paſchati animi emendationem et Chriſti mortem et baptismum coenamque ſacram reſpondere opinati ſunt. Dial. c. Tryph. 204. Lactant. IV. 17. Auguſtin. de nupt. et concup. II. 11., de baptismo IV. 24., de civ. Dei XVI. 26. c. Fauſt. VI. 3. XIX. 13. Noſtris olim maxime placuit, ſacramenta V. T. dicere *typos ſacramentorum* N. T. Baumgarten *Glaubensl.* III. 288.

§. 166.

Sacramenti notio ex hiſtoria illuſtrata.

Sacramentum, quae vox e verſione vulgata, μυστήριον interdum ea reddente (Dan. 2, 18. 4, 6. Tob. 12, 7. Sap. 2, 22. 1 Tim. 3, 16. Eph. 5, 32. Apoc. 17, 7.), in ſermonem Latinum Patrum eccl. translata eſt, vetuſtior eccleſia vocavit rem cuiusvis generis arcanam, tum dictum aliquod obſcurum vel allegoricum, tum ſymbolum rei cuiusdam ſacrae, tum actionem certo modo conſecratam et cum promiſſione quadam ſolenni coniunctam, maxime baptismum et ſacram coenam *a*). Verum quum vocabuli huius uſus apud Romanos aeque ac Patres eccl. admodum varius fuerit atque multiplex *b*), fieri non potuit, quin de vera notione, de natura et efficacia ſacramentorum diverſa exſtiterint iudicia; nec niſi ſenſim factum eſt, Petro Lombardo potiſſimum auctore *c*), ut ſeptem in eccleſia catholica numerarentur ſacramenta, et, praeeunte Thoma

Aquinate, notio sacramenti certis limitibus circumscriberetur [d]), quibus etiamnum fere definitur in ecclesia Romana [e]). Sacramentum enim in genere dixit *actionem verbis iunctam solennibus, qua significatur et exhibetur effectus gratiosus.* Emendatores sacrorum, etsi, Luthero ipso adstipulante, tria constituerant sacramenta, *absolutione* confitentium peccata seu *poenitentiae* sacramento duobus illis, *baptismi* et *sacrae coenae* ritibus, adiuncto [f]), postea tamen reiectis *confirmationis, poenitentiae, ordinationis, matrimonii* et *extremae unctionis* sacramentis, quippe quae nec librorum ss. auctoritate niterentur, neque natura sua et dignitate ad reliqua accedere viderentur, rectius in binario numero acquieverunt [g]).

a) Hoc sensu Tertullianus (Apologet. c. 47. de praescr. haeret. c. 40., de anima c. 9. al.), vid. Semler Index Lat. Tertull. h. v. et Hieronymus (Ep. 58. adv. Io. Hieros. et ep. 110.) potissimum, baptismum et coenam sacram sacramentorum nomine primi appellavisse videntur. — Nominantur etiam *τελεταί, σύμβολα*, signa, signacula, mysteria, miracula. Suicer Theol. eccles. II. 382 ff. 1082. 1265. Gerhard L. th. VIII. 201 ff. — *Ueb. d. Sacramente*, in Ruperti *Theol. Miscellen.* B. II. u. III. 1817. 18.

b) Dicitur saepissime de pecuniae summa a litigantibus deposita, ac iureiurando militum aut iureiurando quovis, v. Ernesti Clav. Cic. h. v. Brisson. de verbor. significat. h. v. Gronov. ad Gellii noct. Att. 16. 4. Schelius Diss. de sacr. in Graevii Thes. T. X.

c) Sententiar. l. IV. 2 ss. Praeiverat Otto Bambergensis a. 1124. Schröckh *Kirchengesch.* XXV. 227 ff. Eugenius IV. P. R. primus numerum septenarium in synodo Florent. a. 1439 hab. contra Armenios publice tuitus est. Causa, cur sacer ille numerus, quem Graeca quoque ecclesia defendit, maxime probatus sit, inprimis a septem morbis animi sanandis repetita est. Schröckh XXIX. 40. 136 f. 217.

d) Summa Theol. P. III. qu. 60 f. Inter Scholasticos Thomam Aquin. maxime secutus est Hugo de S. Victore l. de sacramentis. Addidit Duns Scotus L. IV. Sentt. Dist. 1. quaest. 6.: sacramentum ex virtute *operis operati* conferre gratiam, ita,

quod non requiratur ibi bonus motus interior. Cramer — Boſſuet. VI. 741 ſ. VII. 702 ff.

e) Concilium Trid. magis *antithetice* quam *thetice* de ſacramento decrevit. Seſſ. VII. De ſacr. in genere. Can. 1—8., v. Chemnit. Examen Conc. Trid. P. II. 276 ff. ed. 1707., unde Pontificiis in definiendo ſacramento omnino non convenit. Recentiſſime de ſacramentis eccleſiae Romanae ſcripſerunt Fr. Ant. Schramm Dogmata catholica de ſacramm. Heidelb. 1792. 4. Fr. Oberthür Sacramenta eccl. Chriſt. P. I. Ideae biblicae eccl. Dei. Voll. II. Salisb. 1799.

f) Lutherus Lib. de captiv. Babylon. in Opuſcc. Viteb. 1520. (Planck. I. 273 ff.) et Melanchthon. Apol. V. 167. VII. 200. „Vere igitur ſunt ſacramenta, baptismus, coena Domini et abſolutio, quae eſt ſacramentum poenitentiae. Nam hi ritus habent mandatum Dei et promiſſionem gratiae." — Gerhard L. th. VI. 213 ſ. Similiter Zwinglius matrimonium, Calvinus ordinationem interdum ſacramentis latius ſic dictis adnumerarunt. Gerhard IX. 60. Duo tamen primaria nominat Calvinus Inſt. IV. 18.

g) Auctor fuit ipſe Lutherus, Catechism. mai. de bapt. 534. „Supereſt, ut de *duobus* quoque ſacramentis ab ipſo Chriſto inſtitutis differamus." 549. „Baptismus aeque et virtute et ſignificatione ſua tertium quoque ſacramentum comprehendit, quo poenitentiam appellare conſueverunt, quae proprie nihil aliud eſt, quam baptismus, aut eius exercitium. Quid enim poenitentia dici poteſt aliud, quam veterem hominem magno adoriri animo, ut eius concupiſcentiae coërceantur, ac novam vitam amplecti? Quare vivens in poenitentia, in baptismo verſaris" cet.

§. 167.

Continuatio.

Sacramenti notio e libris ſymbolicis eruta *ritum ſacrum* deſignat *a Deo mandatum, cui adiuncta eſt gratiae divinae hominibus credentibus exhibendae,* quae venia peccatorum continetur, *et promiſſio et collatio* [a]). Huic notioni Pontificii decreta ſua de ſacramentorum vi ex opere operato derivanda [b]) et de charactere ſanctitatis certae indelebili per baptismum, confirmationem

et ordinationem imprimendo [c]), Reformati autem formulam de signo varie definito et alii alias opposuerunt sententias finitionesque [d]). Nostri hasce notas seu characteres sacramento inesse docuerunt, actionem externam, mandatum Dei vel Christi in libris ff. diserte propositum, materiam terrestrem et coelestem, gratiae divinae promissionem eiusdemque collationem; unde liquet, duo tantummodo sacramenta ecclesiam nostram, si modo sibi ipsa constare voluerit, admittere potuisse. Reliqua enim, ab ecclesia catholica recepta, aut omnino non sunt ritus, ut poenitentia et coniugium, aut ritus a Christo non praecepti, ut confirmatio baptismi, ex Act. 8, 15. et 19, 6. perperam ducta, ordinatio et unctio extrema, cuius argumentum frustra quaesitum est in Iac. 5, 14. coll. Marc. 6, 13. At vero definitio ista, ut a pluribus Christianorum familiis improbata [e]); ita et in ecclesia evangelica non una eademque ratione proposita atque explicata est, et plurimi theologi recentiores in eo substiterunt, quod, doctrinae quidem biblicae satis accommodate, docuerunt, sacramentum omnino ritum esse sacrum a religionis Christianae auctoribus sapienter institutum, celebrantibus salutarem [f]). Refertur ad plenam sacramenti administrationem recitatio verborum institutionis, dispensatio symboli et acceptio, qua re differt a sacrificio, cuius vis, sicut nomen proprie dictum, in sacramentum haud cadit [g]). Ceterum veritatem sacramentorum niti non moribus, fide vel intentione ministri, sed institutione Dei, si eius forma servetur, contra Pontificios nostri theologi sine ulla dubitatione affirmarunt [h]).

a) Conf. Aug. art. XIII. 13. „Sacramenta instituta sunt, non modo, ut sint notae professionis inter homines, sed magis, ut sint signa et testimonia voluntatis Dei erga nos ad excitandam et confirmandam fidem in his, qui utuntur, proposita." Apol. VII. 200 ff. XII. 253. „Sacramentum est caerimonia, vel opus in quo Deus nobis exhibet hoc, quod offert annexa caerimoniae promissio." XII. 267. „Caerimonia est quasi pictura verbi (i. e. promissionis) seu sigillum, ut Paulus (Rom. 4, 11.) vocat

oſtendens promiſſionem." Add. III. 116. VII. 200. „Hi ritus habent mandatum Dei et promiſſionem gratiae. — Certo enim debent ſtatuere corda, quum baptizamur, quum veſcimur corpore Domini, quum abſolvimur, quod vere ignoſcat nobis Deus propter Chriſtum." Calov. Syſt. IX. 88 ff. Quenſtedt Th. did. pol. II. 1031 ff. Gerhard L. th. VIII. 207 ff.

b) Conc. Trid. Seſſ. VII. can. 8. „Si quis dixerit, per ipſa novae legis ſacramenta, ex opere operato non conferri gratiam, ſed ſolam fidem divinae promiſſionis ad gratiam conſequendam ſufficere, anathema ſit." Cf. Aug. Conf. XII. 13. „Damnant illos, qui docent, quod ſacramenta ex opere operato iuſtificent, nec docent, fidem requiri in uſu ſacramentorum, quae credit remitti peccata." Bellarmin. de ſacramm. II. 1 f. Chemnit. Examen Conc. Trid. II. 22 ff. c. de opere operato. Gerhard l. l. 287 ff.

c) Conc. Tr. S. VII. c. 9. XXIII. 4. Gerhard l. l. 314 ff.

d) *Signa* divinae gratiae ſacramenta nominaverunt Zwinglius Comm. de vera et falſ. rel. Opp. T. II. 198. atque Calvinus Inſt. IV. 14. 17., *ſigna allegorica* vitae ſpiritualis *Anabaptiſtae* nonnulli. Cf. Zwinglii Conf. ad Carol. Imp. Opp. II. 541. „Credo, imo ſcio, omnia ſacramenta tam abeſſe, ut gratiam conferant, ut ne afferant quidem et dispenſent. Nam gratia ut a ſpiritu divino datur, ita donum iſtud ad illum ſolum pervenit. Dux autem vel vehiculum ſpiritui non eſt neceſſarium. — Hoc libens admitto, ſacramenta dari in teſtimonium publicum eius gratiae, quae cuique privato prius adeſt." Catech. Heidelb. 66. „Sacramenta ſunt ſacra et in oculos incurrentia ſigna ac ſigilla, ob eam cauſam a Deo inſtituta, ut per ea nobis promiſſionem Evangelii magis declaret et obſignet: quod ſcilicet, non univerſis tantum, verum etiam ſingulis credentibus, propter unicum illud Chriſti ſacrificium in cruce peractum gratis donet remiſſionem peccatorum et vitam aeternam." Gerhard l. l. 251 ff. Ipſe Melanchthon in Apolog. Conf. XIII. 267. „Sacramenta, ait, ſunt ſigna voluntatis Dei erga nos, non tantum ſigna ſunt hominum inter ſeſe; et recte definiunt ſacramenta in N. T. eſſe ſigna gratiae. Et quia in ſacr. duo ſunt, ſignum et verbum, verbum in N. T. et promiſſio gratiae addita." Alii *ſigna* dixerunt *praebentia*, *exhibitiva*, neque vero mere *ſignificantia*. Gerhard l. l. 215.

e) *Sociniani* (Catech. Racov. VI. 3.), *Arminiani* (Conf. Rem. XXII. 3.), *Mennonitae* aliique caerimonias tantum eſſe, quibus Chriſtiani ab aliarum religionum cultoribus distinguerentur,

ſtatuerunt. Beck Commentt. 772. *Quakeri* ſacramenta primis tantum Chriſtianis, non poſteris eorum, praeſcripta fuiſſe eademque, tanquam actiones animi internas, non externe perpetranda eſſe cenſent.

f) Morus Epit. 250. Doederlein Inſt. th. Chr. II. 814.

g) Apol. Conf. A. XII. 253. „Theologi recte ſolent distinguere *ſacramentum* et *ſacrificium*. *Sacrificium* eſt caerimonia, vel opus, quod nos Deo reddimus, ut eum honore afficiamus." Cf. 268. „Accedit et *ſacrificium* (ad ſacramentum). Poſtquam conſcientia fide erecta ſenſit, ex qualibus terroribus liberetur, tum vero ſerio agit gratias pro beneficio et paſſione Chriſti — ita fit caerimonia ſacrificium laudis."

h) Conf. Aug. VIII. 12. „Sacramenta et verbum propter ordinationem et mandatum Chriſti ſunt efficacia, etiamſi per malos exhibeantur." Cf. Concil. Trid. Seſſ. VII. can. 11. „Si quis dixerit in miniſtris, dum ſacramenta conficiunt et conferunt, non requiri intentionem ſaltem faciendi, quod facit eccleſia, anathema ſit." Chemnit. Examen Conc. Trid. II. 27 ff. de intentione. Baumgarten *Pol.* III. 264 ff.

§. 168.

A. De baptismo.

Doctrina biblica.

Ut varia lavationum et luſtrationum ſacrarum genera apud gentes antiquas, inprimis orientales, in uſu fuerunt *a*); ita veſtigia earum apud Iudaeos etiam exſtant vetuſtiſſima Gen. 35, 2. Ex. 29, 4. 30, 18. 14, 7. 40, 12. 13. Lev. 8, 6. 15. Num. 31, 24. 2 Reg. 5, 10—14. Ezech. 37, 23. Zach. 13, 1. Iud. 12, 7. 8. *b*); neque dubitandum eſt, ſub rei Chriſtianae initiis, etiamſi de *proſelytorum iuſtitiae* (גֵּרֵי הַצֶּדֶק), qui dicuntur, baptismo *c*), tanquam de ritu tunc temporis publice iam recepto, non ſatis conſtet *d*), Eſſenos ſaltem diſcipulos ſuos immerſione quadam ſacra, velut initiationis ritu, ad interiorem ſuam ſocietatem admiſiſſe *e*). Unde Ioannis Baptiſtae, qui vitae morumque ratione ad Eſſenos proxime acceſſit, ſimile inſtitutum, conſilio et modo quidem diverſum, attamen prophetarum effatis

nonnullis bene conveniens (Pſ. 51, 4. Ieſ. 1, 16 ff. 32, 25. Zach. 13, 1. 2. Ieſ. 44, 3.) *f*), prodiiſſe videtur, quo eos popularium ſuorum, qui ipſum audirent, ad vitam emendandam adduceret eosque ſic bene praeparatos regni Meſſiani prope inſtantis ſpe imbueret. (Matth. 3, 1 ff. Act. 19, 4.) Quo baptismo quum Ieſus ipſe, dubitante primum Ioanne, initiatus et omine quodam fauſto accedente (Matth. 3, 13—17. Marc. 1, 9—11. Luc. 3, 21. 22. Io. 1, 29 ff.), ad munus ſibi delatum inchoandum excitatus et confirmatus eſſet, ſimili ritu ſectatores ſuos a diſcipulis, de quibus ipſis baptizatis nil conſtat, obſtringi iuſſit. (Io. 3, 22. 26. 4, 1. 2.) Hunc ipſum ritum paulo ante abitum ex his terris denuo ſancivit, hac lege, ut Apoſtoli omnes, quicunque ſe doctrinam, cuius ſumma continetur decretis de Deo patre eiusque filio ſ. Meſſia, et de ſpiritu ſancto (§. 80.), ſequi velle profiterentur, baptismo initiarent. (Matth. 29, 19. Mc. 16, 16.) Praecepto huic magiſtri obſequentes diſcipuli et ſingulos et plures ſimul hoc ritu luſtraverunt (Act. 2, 41 ff. 16, 15. 32.), formula quidem uſi breviore (Act. 8, 37. 10, 48. 19, 5.), ſed cum ea, quam Chriſtus propoſuiſſe fertur, haud difficulter concilianda. Quae de venia peccatorum antea commiſſorum (Act. 2, 38. Mc. 16, 16.) et de mentis regeneratione ac renovatione (Eph. 5, 26. 27. Tit. 3, 5.) cum hoc ritu coniunctis ſcriptores ff. tradiderunt, ea non ſoli baptismo per ſe, ſed quatenus cum fide (§. 159.) et animi emendatione (Act. 2, 38.) coniunctus eſt, tribuiſſe recte iudicantur, coll. Io. 3, 6. Mc. 16, 16. add. 1 Cor. 1, 17. Animi vero motus illi ſingulares, a ſpiritus ſ. efficacia immediata repetiti, quibus vel ante vel ſtatim poſt baptismum nonnullos agitatos fuiſſe legimus (Act. 2, 38. 8, 15 f. 10, 44 ff. 11, 15. 15, 8. 19, 6.), ad ſenſum quendam acriorem et fervidiorem imaginandi vim commode referri poſſunt.

a) Lomeier de vett. gentilium luſtrationibus. Zutph. 1700. Ultrai. 1781. Mosheim ad Cudworth Syſtem. intell. 1048.

Ioach. Kühn de lotionibus Graecorum in Schlägeri fasc. novo diss. rarior. 164. Tychsen de rel. Zoroastr. apud ext. gent. vestig. Comm. II., in Commentatt. Soc. Reg. Gott. XII. 14. Kleuker *Zend-Avesta.* I. 49 ff. Meiners *Allg. krit. Gesch. d. Relig.* II. 101 ff. Interpretes N. T. ad Matth. 3, 6. Kaiser *Bibl. Theol.* II. 146 ff. — De lustrationibus in mysteriis Graecorum usitatis vid. Potter *Griech. Archäologie, übersetzt v.* Rambach I. 856.

b) Bauer *Gottesdienstl. Verfassung d. Hebräer.* I. 391. Paulus *Commentar.* I. 280.

c) Vox *βαπτισμός* in N. T. ll. quamlibet lotionem s. purgationem significat (Mc. 7, 8. Hebr. 6, 2. 9, 10), et *βάπτισμα* tantum de ritu isto, quo totum corpus aqua immergebatur, dictum est (Matth. 3, 7. Luc. 7, 29. al. Eph. 4, 5. Col. 2, 12. al.); attamen apud PP. latt. vocc. *baptismus*, *baptismum* et *baptisma* de ritu initiationis Christiano promiscue usurpantur.

d) Baptismi proselytorum, a Philone, Iosepho et Rabbinis quidem antiquioribus non diserte commemorati, antiquitatem defenderunt Danz Diss. de bapt. proselytorum in Meuschen N. T. e Talmude illustrato. 233 ff. Buxtorf Lex. Talmudicum. 408. Ziegler *Theol. Abhandl.* Th. II. Gött. 1804. Abh. 3. *Ueb. d. Johannistaufe, als unveränderte Anwendung d. jüd. Proselytentaufe, u. üb. d. Taufe Christi, als Fortsetz. d. Johannistaufe.* Ammon *Bibl. Theol.* III. 54. Add. Lightfoot, Schoettgen, Wetstein, Kuinoel ad Matth. 3, 6. Recte contra monitum est, testimonia Rabbinorum seriorum, quippe qui origines rituum Iudaicorum iusto altius repetere soleant, haud magni esse momenti. Negarunt baptismi prosel. antiquitatem inter recentiores Ernesti Vindic. arbitr. div. in rel. constit. §. 49. Opusc. th. 255 ff. Bauer *Bibl. Theol. d. N. T.* I. 276 ff. Paulus l. l. 278 ff. De Wette Commentat. de morte Iesu Chr. expiatoria. 42 ff. Nuper media quasi via ingressus, praeeunte Bauero (*Beschreib. d. gottesdienstl. Verfassung d. alten Hebräer. Als erläuternder Commentar üb. d. 3ten Abschnitt d. hebr. Archäologie.* L. 1805—6. B. II. 388 ff.), E. G. Bengel (*Ueb. d. Alter d. jüd. Proselytentaufe.* Tüb. 1814.) argumentis gravissimis demonstrare conatus est, baptismum proselytorum, iam ante Christi tempora usitatum, post civitatis Iudaicae excidium demum tanquam initiationis ritum solennem publice sanctum fuisse. Bene monuit ad istam sententiam quidem accedens, auctor Diss. de baptismatis origine et necessitate, nec non de formula baptismali, (J. G. Reiche) Goett. 1816. p. 59.: „Iam ante Christum mos obtinuit, ut pro-

ſelytus circumciſione in foedus admiſſus, *lavaretur*. Ratio fuit, quia vel gentilis, qua talis, legaliter impurus (טָמֵא) eſſet, (qui ſicuti omnes homines et res, impuritate quadam contaminati, ex legis praeſcripto aqua luſtrabantur) vel, quod praefero, quia ſanguine cum circumciſione profuſo maculatus eſſet, vel e medica quadam cautione et cura. Non autem haec purgatio cum initiatione rem habuit, nec ulla ſimilitudo ei cum Ioannis baptismo interfuit." p. 61.

e) Ioſeph. de B. Iud. II. 8. 7. cf. Archaeol. XVIII. 5. 2. Ammon *Bibl. Theol.* III. 52 ff. Cf. Bengel. 82.

f) Cf. (Reiche) l. l. 72 ff.

§. 169.

Hiſtoria dogmatis.

Quanquam baptismo, quatenus coniunctus eſt cum fide animique emendatione, ſumma in N. T. libris tribuitur vis, tamen eccleſiae doctores iam antiquiſſimi huic caerimoniae ipſi per ſe mirificam quandam efficaciam ineſſe crediderunt, quo factum eſt, ut baptismi, ſaepius usque ad vitae exitum procraſtinati, neceſſitas ad veniam peccatorum ſalutemque aeternam obtinendam defenderetur *a*). Maxime vero controverſiis et cum Donatiſtis, qui lapſos per baptismum iteratum in ſocietatem Chriſtianorum recipiendos et baptisma ab haereticis adminiſtratum pro irrito habendum eſſe docebant, et cum Pelagianis, qui ſalutem hominis per immerſionem iſtam ſacram tantum augeri ſtatuebant, effectum eſt, ut doctrina de baptismo biblica variis commentis exornaretur, Auguſtino potiſſimum auctore, qui abſolutam baptismi per ſe ſpectati neceſſitatem ad peccatum originis eiusque effecta tollenda vel ſaltem minuenda, et conſuetudinem recens natos baptizandi, ſatis mature Chriſtianis coetibus probatam *b*), ſuis decretis ſtabilivit *c*). Neceſſitatem ritus eius contra plurimos adverſarios *d*) a Scholaſticis ſtrenue defenſam *e*) ſacrorum quoque emendatores ſua confirmarunt auctoritate. *Hypotheticam* enim baptismi

necessitatem tuiti, omnem illius vim pendere docuerunt *f*) a fide cum verbo coniuncta, quam quidem, vel supernaturali quadam efficacia baptismo vindicata, etiam infantibus attribuebant *g*). Aliae superstitiones opinionumque portenta, in ecclesia divulgata, velut ritus diabolo renuntiandi, Exorcismus *h*), ne nostris quidem temporibus animis rudiorum et libris liturgicis plane excussa sunt. Ceterum ab ecclesiae nostrae placitis olim probatis, a quibus theologi recentiores, ad simpliciores sententias biblicas reversi, fere omnes recesserunt, praeter Pontificios, baptisma delere culpam et poenam, infundere gratiam et prodesse ex opere operato itemque characterem imprimere indelebilem statuentes *i*), dissentiunt Calviniani, qui baptismo nil nisi symbolum regenerationis *k*), Sociniani *l*) et Arminiani *m*), qui meram caerimoniam eamque utilem inesse opinantur, Quakeri, qui baptisma prorsus repudiant *n*) aliique. Neque defuerunt recentiori aetate, qui per se apud Christianos nunc esse necessarium hunc ritum *o*), aut ad eos, qui parentibus Christianis nati fuerint, pertinere *p*), omnino negarent.

Gerh. Is. Vossii de baptismo diss. 20. Amstel. 1648. Opp. T. VI. Bingham Origines ecclesiasticae, in Opp. ex Angl. latine redditis. Ed. 2. H. 1751—61. 4. Antonii van Dale Hist. baptismorum tum Iudaicorum, tum Christianorum. — Amst. 1705. 4. Joh. Aug. Stark *Gesch. d. Taufe d. Taufgesinnten.* Leipz. 1789. Robinson *History of baptism.* Lond. 1790. L. Fr. Eisenlohr *Histor. Bemerk. üb. d. Taufe.* Tüb. 1804. — Münscher *Dogmeng.* II. 325 ff.

a) Non modo Patriarchas aliosque fideles, sed etiam ethnicos probos in orco baptizatos esse nonnulli opinati sunt, v. Herm. Past. IX. 18. Clem. Strom. II. 452. VI. 762 s. Cruentum tamen martyrum baptismum baptismi per aquam locum sustinere posse docent Tertull. de bapt. 16., Cyprian. Epist. 23. et Origenes Exhortat. ad martyr. 30.

b) Baptismi infantum inde a sec. IV usitatissimi, et *sponsorum*, qui simul *susceptores*, ἀνάδοχοι, *propatres* et inde a sec. VIII *patrini* et *matrinae* dicti, in baptismo *clinicorum* atque infantum origines habuisse videntur, primus mentionem fecit Ter-

tull. de bapt. 14. 18., ubi paedobaptismum improbavit. Defenderunt Origenes pluribus locis et Cyprian. Ep. 64. — J. G. Walchii Hiſt. paedobaptismi IV priorum ſeculorum, in Miſcc. ſacris. Amſtel. 1744. 4. Münſcher *Dogmengeſch.* II. 546 ff.

c) Auguſtin. ll. VII. de bapt. c. Donatiſtas. Ei. c. Iul. IV. 42. 45. VI. 14. de grat. et lib. arb. 44. de peccator. mer. et remiſſ. I. 26. 33. III. 5. et aliis ll.

d) Adnumerantur illis *Cathari*, *Petrobruyſiani*, *Waldenſes*, *Wiclefitae*, Huſſus, Gerſonus al.

e) Prae ceteris Thomas Aquinas (Summ. III. 69 ff. Gramer — Boſſuet. VII. 714 ff. Schröckh XXIX. 160 ff.) baptismum ab omnibus peccatis et poenis liberare atque Dei gratiam et fidem cunctis impertire docuit, unde Pontificiorum formula prodiit.

f) Conf. Aug. art. IX. „De baptismo docent, quod ſit neceſſarius ad ſalutem, quodque per baptismum offeratur gratia Dei; et quod pueri ſint baptizandi, qui per baptismum oblati Deo, recipiantur in gratiam Dei. Damnant Anabaptiſtas, qui improbant bapt. puerorum, et affirmant pueros ſine bapt. ſalvos fieri." Apol. IV. 156. Artt. Smalc. P. III. Art. V. 329. Catech. min. 376 ff. „Operatur remiſſionem peccatorum, liberat a morte et a diabolo, et donat aeternam beatitudinem omnibus et ſingulis, qui credunt hoc, quod verba et promiſſiones pollicentur." Catech. mai. 534 ff. 540. „Fides aquae adhaeret creditque baptismum eſſe, in quo mera beatitudo et vita eſt, non aquae virtute, ſed per hoc, quod baptismus verbo et ordinatione divina unitus et confirmatus eſt eiusque nomine nobilitatus." 539. „Haec baptismi virtus, opus, fructus et finis eſt, ut homines ſalvos faciat. Salvum fieri ſcimus nihil aliud eſſe, quam a peccati, mortis et diaboli tyrannide liberari, in Chr. regnum deferri, ac cum eo immortalem vitam agere." — Planck I. 293 f.

g) Praeeunte Auguſtino, qui credere infantes per virtutem ſacramenti et reſponſionem offerentium opinatus eſt (de pecc. mer. et remiſſ. I. 19. 33. III. 3. al.) et Lutherus infantum fidem, a Deo per ſpiritum ſ. ipſis donatam, contra Anabaptiſtas, paedobaptismum omnino reiicientes, defendit Catechism. mai. 538—45., de capt. Babyl. cap. de bapt. et in Hoſ. cf. 12. Veruntamen Opp. T. XV. *Anhang.* p. 227. (cf. Uckert *Leben Luthers* —. p. 23.) „eccleſia, inquit, poteſtatem habet in totum *non* baptizandi parvulos." In Formula concordiae,

inter Saxoniae et Germaniae superioris theologos a. 1536 initae, fides infantibus collata ponitur in actione spiritus s., per quam talis affectio oritur in infante, qualis Deo placeat. — Chemnit. Exam. C. Trid. P. II. l. II. sect. 10. Gerhard L. th. IX. 262 ff. et Cotta 273. Quenstedt IV. 116. Baumgarten *Glaubensl.* III. 751. II. 449. — Planck *Gesch. d. protest. Lehrbegr.* II. 291.

h) De *renuntiatione* s. *abrenuntiatione* diaboli (ἀποταγή), cuius nulla in N. T. et Patrum Apostolic. ll. exstant vestigia, et quae e simplici promissione de peccatis, inprimis idololatria, vitandis prodiisse videtur, v. qui primus huius ritus mentionem fecit, Tertull. de spectaculis c. 1. „Quum aquam ingressi christianam fidem in legis suae verba profitemur, renuntiasse nos diabolo et pompae et angelis eius ore nostro profitemur." c. 5. 15. de idol. c. 18. De corona mil. c. 3. Pompa quaecunque ad idololatriam pertinebant, inprimis spectacula eorumque apparatum, significasse videtur. Ambros. de sacr. I. c. 2. Augustin. Hom. 3. ad neoph. Cyrill. Hieros. Catech. myst. I. init. Eisenlohr *Ueb. d. Ursprung u. ursprüngl. Sinn d. Entsagungsformel bei d. Taufe*, in Bengel *Archiv für Theol.* III. 2. *Exorcismus* Iudaicae originis sec. III, nisi forte antea (Augusti *Dogmengesch.* 350), adhibitus est haereticis in eccles. catholicam recipiendis, vid. Cypr. Ep. 70. Conc. Carthag. I. a. 256 h., postea varie exornatus a Patribus eccl. v. c. Gregor. Naz. Or. 40. 720. ed Bened. August. Enarr. in Ps. 66. T. IV. 651. ed. Venet. Opus imperf. c. Iul. II. 20. T. X. 1001., a Scholasticis Petr. Lombard. IV. 6. Thom. Aquin. III. qu. 71. art. 3. 614. ed. Lugd. 1645., et inprimis a plurimis Nostrorum sec. XVI et XVII inepte defensus, improbante primo Aegid. Hunnio (Theses de abrogando Exorcismo. 1603. Germ. 1608.), sec. superiore demum pluribus in coetibus abrogari coepit. Von Einem *Kirchengesch d. 18ten Jahrh.* II. 250. Schlegel II. 213. Henke *Archiv f. d. neueste Kirchengesch.* II. 2. Novissimus exorcismi defensor exstitit Heidenreich *Monatsschrift f. Freunde d. Relig. u. Feinde d. Aberglaubens.* St. 4. 258., quem bene refutavit P. Fritsche, in Henke *N. Magaz* B. VI. — De aliis ritibus baptismo adiunctis v. Suiceri Thesaur. eccles. s. v. *βαπτισμός* et Bingham Origines s. antiquitt. ecclesiast. in Opp. ed. 2. H. 1751—61. 4. Voll. IV.

i) Conc. Trid. Sess. VI. VII. Gerhard l. l. VIII. 296 s. 313 ff. IX. 172 ff.

k) Zwingli de vera et fals. rel. 204. Calvin. Inst. IV. 15. 2. Conf. Belg. Art. 34. Cf. Helv. A. II. c. 20. — „Obsignantur

haec omnia baptismo. Nam intus regeneramur, purificamur a Deo per ſpir. ſ. foris autem accipimus obſignationem maximorum donorum in aqua, qua etiam maxima illa beneficia repraeſentantur et veluti oculis noſtris conſpicienda proponuntur."

l) Catech Rac. 530. F. Socin. Disp. de bapt. Rac. 1613.

m) Confeſſ. 23. 5. Epiſcop. Disp. 29. th. 8. Limborch Theol. Chr. V. 68.

n) Rob. Barclay Theologiae verae Chr. Apologia. Rot. 1676. ſect. 3 ff.

o) (C. Cph. Reiche) *D. Taufe d. Chriſten ein ehrw. Gebrauch u. kein Geſetz Chriſti.* B. 1774. Ei. *Ueb. d. Taufe d. Chriſten, zu näherer Erkl.* — B. 1774. — Jac. El. Troſchel *Die Waſſertaufe d. Chriſten ein Geſetz Chriſti u. kein willkührl. Gebrauch.* B. 1774.

p) *Ueb. d. Taufe, eine freimüthige Unterſuchung veranlaſst durch Vorgänge d. Zeitalters.* L. 1802. — *Schutzſchrift für d. Beibehaltung d. Taufe.* B. 1802. Eiſenlohr *Hiſtor. Bemerk. üb. Taufe, veranlaſst durch d. Schrift: Ueb. d. Taufe.* Tüb. 1804.

§. 170.

Doctrina eccleſiaſtica.

Ex ſententia ea, quae inde ab inſtauratis ſacris ſenſim in eccleſia invaluit [a]), baptismus actus dicitur ſolennis divinitus inſtitutus, quo homini cum peccato originis nato et vivo [b]), nomen patris, filii et ſpiritus ſ. profitenti, per aquam verbo Dei iunctam gratia divina offertur et applicatur. *Materia* baptismi *terreſtris* ſ. externa ſ. viſibilis eſt aqua naturalis pura [c]), *coeleſtis* ſ. interna ſ. inviſibilis, gratia divina, adiuvante ſpiritu ſ. (1 Cor. 6, 11.), baptizandis conferenda, unde baptisma ſacramentum ſpiritus ſ. dictum eſt [d]). *Forma* baptismi *externa realis* ponitur in immerſione corporis vel adſperſione et adfuſione aquae (Ez. 36, 25.) [e]), aliisque ritibus, *forma externa verbalis* in pronuntiatione verborum inſtitutionis (Matth. 28, 19.), *forma interna* in coniunctione aquae cum verbo divino. *Obiectum*

baptismi esse dicuntur omnes homines, non solum adulti, sed infantes etiam, *tum* quod ad eos quoque pertineat redemtio per Christum parta et salutis aeternae extra ecclesiam non consequendae (Marc. 16, 16.) promissio cum baptismo coniuncta, *tum* propter mandatum Christi, qui omnes homines hoc ritu initiari iussit. (Marc. 16, 15 f.) *Finis* baptismi est vel *internus*, collatio gratiae divinae per regenerationem cum fide coniunctam obtinendae (Gal. 3, 27.), quam spiritus s. et in parvulis ratione quadam singulari operatur *f*), vel *externus*, coniunctio cum corpore Christi i. e. ecclesia. (1 Cor. 12, 13.) Baptismus, si recte administratus fuerit, quod quidem, necessitate urgente, etiam per Laicum fieri potest (1 Cor. 1, 14. Act. 10, 48.), repeti non debet *g*), praesertim propter foedus cum Deo semel initum immutabile [Ies. 54, 10. (Eph. 4, 5.)], vel, quod rectius statuitur, quia nullum in N. T. ll. de repetendo hoc initiationis ritu exstat praeceptum.

a) Artt. Smalc. V. p. 529. „Baptismus nihil est aliud, quam verbum Dei cum mersione in aquam, sec. ipsius institutionem et mandatum, sive, ut Paulus inquit (Eph. 5, 26.), lavacrum in verbo, sicut et Augustinus ait: Accedat verbum ad elementum, et fit sacramentum." Cat. min. de bapt. p. 576 f. Cat. mai. de bapt. p. 537.

b) Melanchthon Loc. th. 427 f. ed. 1550. Prohibetur hac finitione, ne infantes nondum in lucem editi nec res inanimatae qualescunque, ut campanae, fasciae, insignia cet., id quod inde a sec. VIII in ecclesia Catholica factum est, simili ritu consecrentur. Bingham Origines s. antiquitt. ecclesiast. T. IV. 156 ff. Gerhard l. l. 201 ff. Add. Form. Conc. Sol. decl. VII. p. 750.

c) Gerhard L. th. IX. 126 ff. Exempla rarissima arenae et vini. J. Harduini diss. de baptismo in vino, in Opp. sel. f. 223 ff. Beza Opp. III. 196. perinde esse statuit, qui liquor, deficiente aqua, adhibeatur.

d) Baumgarten *Glaubensl.* III. 311. Eckermann *Handb. d. Chr. Gl.* IV. 300 ff. — Ab aliis materia coelestis in trinitatis nomine s. etiam in verbo Dei posita est. Cf. De Wette *Dogm. d. ev. luth. K.* 196.

e) Adſperſio, qua quidem vis huius ritus ſymbolica imminuta, decor auctus fuit, locum habuit primo in baptismo clinicorum (Cyprian. Ep. 76. fin. Suiceri Theſ. eccl. v. κλινικός) et eorum, qui vinculis detinebantur; inde a ſec. VIII in eccleſia occidentali invaluit; in orientali immerſio adhuc conſervata eſt. Bingham Origines eccleſ. IV. 329.

f) Cat. mai. 541. „Citra fidem nihil prodeſt baptismus, tametſi per ſeſe coeleſtis et inaeſtimabilis theſaurus eſſe negari non poſſit." — Quenſtedt Theol. did. pol. IV. 116. „Finis baptismi *intermedius primarius* in infantibus eſt fidei et gratiae foederalis collatio; in adultis credentibus fidei et gratiae confirmatio et obſignatio — *ſecundarius* eſt Chriſtianorum a coetibus gentilium discretio, commonefactio de impuritate naturali, recordatio amoris Chriſti, adhortatio ad novitatem vitae." 148. „In infantibus operatio ſpir. ſ. plane occulta eſt." Fidem hanc infantum non *alienam* neque *habitualem* eſſe, contra Pontificios, neque *ſeminalem*, contra Reformatos Noſtri monuerunt, ipſi fidem *realem*, *actualem*, *perſonalem*, ſubiective *propriam*, *implicitam* et *directam* infantibus tribuentes, *reflexam* et *explicitam* adultis. Gerhard l. l. 262 ff. Baumgarten l. l. II. 751. III. 449.

g) Cat. mai. 546. „Quanquam pueri non crederent, quod nullo modo affirmandum eſt, tamen baptismus verus eſſet, neque quisquam eos rebaptizare debet. — Qua enim ratione verbum et inſtitutio Dei propterea irrita eſſe debebunt, quia nos non recte utimur? Propterea dico: ſi non recte credidiſti prius, tamen adhuc crede." Form. C. Sol. decl. II. 675. Repetendum duxerunt bapt. Van Dale Hiſtoria baptismorum, tum Iudaeorum, tum Chriſtianorum. Amſtel. 1705. 4. J. A. Stark *Geſch. d. Taufe u. d. Taufgeſinnten*. L. 1789.

§. 171.

Epicriſis et purioris doctrinae adumbratio.

Formulae iſti theologis coetus noſtri antiquioribus defenſae haud pauca ineſſe, quae cum purioribus N. T. praeceptis a quavis ſuperſtitione abhorrentibus conciliari nequeant, facile intelligitur. *Primum* enim tenendum eſt, quaecunque in N. T. libris de baptismi conſilio atque effectu propoſita ſunt, ad adultos tantum ho-

homines spectare; *tum* vim eam supernaturalem et magicam baptismo ipsi per se attributam neque rectae rationis, neque experientiae testimoniis confirmari, siquidem fides qualiscunque apud recens natos, quippe ne sui quidem sibi conscios, locum habere non potest; *denique* necessitatem baptismi absolutam ex scripturae s. effatis, quae eam in rem adducuntur, recte examinatis minime consequi [a]). Pertinent haec insuper ad eos solum, qui primum transituri erant ad Christianorum sacrorum communionem, neque ea diserte testantur, Iesum etiam hos omnes, qui iam nati essent in hac communione et educati, iussisse immersione sacra initiari. At enimvero quum Iesus ipse tempus haud praefiniverit, quousque hic ritus Christianis observandus sit, neque ullos homines a Christianis parentibus natos ab eo prohibuerit, et quum baptismus tanquam initiationis et regenerationis symbolum omnibus omni tempore Christianis salutaris esse possit (cf. Io. 3, 5. Eph. 4, 3—6. 5, 25—27.) ideoque in omnibus fere ecclesiae Christianae coetibus inde ab antiquissima aetate obtinuerit; unicuique in societatem Christianorum recipiendo baptismum semel esse subeundum, recte contendimus. Efficaciam autem non nisi moralem huic ritui concedentes, *externa* eius beneficia ad hoc potissimum referenda esse censemus, quod in civitatem Christianam per eundem recepti in communionem adducuntur omnium eorum commodorum, quae haec societas offert ad sensus religionis virtutisque in animis excitandos atque fovendos; et reliquos eius fructus *internos* omnino pendere existimamus ab animo ad religionem virtutemque bene compositio. (Io. 3, 3. Act. 2, 38. 22, 16. Rom. 6, 4. 5. Tit. 3, 5. Hebr. 10, 22. 1 Petr. 3, 21.)

Henke Lin. fid. Chr. 251. Eckermann *Handb. d. Chr. Gl.* IV. 282 ff. Ammon Summa Th. Chr. 257 f.

a) Paulus Ap. ex Ioannis discipulis nonnullos quidem novo baptismo initiavit (Act. 19, 5 ff.); at Apollos quidam, qui non nisi bapt. ab Ioanne institutum noverat, neque a Paulo, ne-

que ab Aquila Christiano lavacro perfusus est (Act. 18, 24 ff.); unde huic evangelii doctori, sicut Apostolis, de quorum baptismo nil constat, melior institutio baptismi loco fuisse videtur.

§. 172.

Continuatio.

Ex supra (§. 171.) dictis is quoque locus, qui est de paedobaptismo, nova quadam colluſtratur luce. Namque reiectis, quae olim probata fuerunt, argumentis parum idoneis, hac potius ratione eum defendi posse opinamur. *Primum* nullum scripturae s. dictum baptismo infantum diserte adversatur; *deinde* more antiquo omnium fere coetuum Christianorum commendatur; *praeterea* ecclesia, quum solenni modo parvulos in societatem Christianorum admittit, curam eorum religionis institutione imbuendorum et ipsa suscipit et parentibus atque sponsoribus gravissime iniungit; omnes *denique*, qui actui huic solenni interfunt, piis affecti sensibus opportune admonentur officiorum suorum, erga parvulos maxime, gravissimorum. Addi huic infantum baptismo, qui tanquam initiationis ritus iteratione non eget, suo tempore *confirmationem* [a]), quam dicunt, summa cum gravitate et severitate administrandam, perquam utile est, imo necessarium, ut homo adolescens perfecta religionis Christianae cognitione instructus semet ipsum exploret atque decernat, utrum Christianorum societati, cui baptismate adscriptus est, diutius sit nomen daturus, an ad aliam quandam accessurus. Denique in caerimoniis cum baptismo coniunctis (*ritualia*), quarum administratio nostra aetate, commento de absoluta baptismi necessitate iam profligato, solis religionis doctoribus publicis reservanda est, in ritu ipso peragendo ab usu aquae purae et formulae solennis, Matth. 28, 19. propositae, non recedendum esse, per se patet. Levioris momenti sunt, quae, remoto tandem aliquando Exorcismi more et formula, prae-

terea ſervantur, nominis recitatio, crucis ſignum, preces, manuum impoſitio et benedictio. Ceterum religionis doctores diligenter provideant, ut dignitas atque decor his ſacris operandis quavis ratione tempori et περιστάσεσιν accommodata et conſervetur et augeatur [b]).

a) H. Stephani *Winke zur Vervollkommnung d. Confirmanden-Unterrichts.* Erl. 1810. H. W. Bödeker *Ueb. Confirmation u. Confirmanden-Unterricht. Ein hiſtor. praktiſcher Verſuch.* Gött. 1823.

b) Henke *Euſebia.* B. II. St. 3. Niemeyer *Handb. f. Chriſtl. Religionslehrer.* II. 312 ff. Döderlein *Religionsunterr.* XII. 547 ff. Eckermann *Handb. d. Chr. Gl.* IV. 323 ff.

§. 173.

B. De ſacra coena.

Doctrina biblica.

Alterius ſacramenti, quod *ſacra coena, euchariſtia,* aliisque appellatur nominibus [a]), origo repetenda eſt ex actione quadam ſymbolica (cf. Act. 21, 11.), ab Ieſu Chriſto inter epulas paſchales [cf. de paſchate (πάσχα, פֶּסַח, חַג הַמַּצּוֹת) Ex. 12, 7 ff. 23, 15. 18. 34, 18. 25. Num. 9, 7. 13. 28, 16 ff. 2 Paral. 30, 16. 35, 11.], quas paulo ante ſupplicium cum Apoſtolis celebrabat [b]), eo modo peracta, ut poſt preces ſolennes, partim panem in fruſta fractum distribueret iis comedendum, tanquam corpus ſuum mox (pro ſuis 1 Cor. 11, 24. Luc. 22, 19.) immolandum, partim vinum porrigeret ex eodem poculo in orbem bibendum, tanquam ſanguinem ſuum, quo novum foedus ſanciretur [c]) (Matth. 26, 28. Marc. 14, 24. Luc. 22, 20. 1 Cor. 11, 25. coll. Ex. 24, 1—8.) [pro multis Matth. 26, 28. Marc. 14, 24. — in peccatorum remiſſionem Matth. 26, 28. [d]) — pro ſuis Luc. 22, 20.] effundendum. Narrationi huic breviſſimae et inde obſcuriori addidit Paulus Apoſtolus 1 Cor. 11, 24. eumque ſubſecutus Lucas Ev. 22, 19. mandatum Chriſti, quo memoriam ipſius,

morte ſua novum foedus ſancientis, hac coena ſaepius iterandam ſui pie recolere iubentur, cf. Ex. 12, 14. [a]). Quanquam Chriſtus cum ſolis familiaribus hac coena uſus eſt, et Matthaeus, qui ex omnibus ſcriptoribus ff. ſolus interfuit, mandatum illud omnino ſilentio praetermiſit, docet tamen idem Paulus, hanc coenam, cum epulis [ἀγάπαις f) Iud. 12.] maxime coniunctam, tribus fere inde a morte Ieſu Chr. decenniis praeteritis, ab omnibus Chriſti ſectatoribus, Corinthi viventibus, celebratam fuiſſe (1 Cor. 10, 15 ff. 11, 20 ff.), hoc quidem discrimine, ut, quae primum ſpectavit ad futurum eventum, ea repetita ad praeteritum pertineret cum ſpe futuri cuiusdam nexum (1 Cor. 11, 26.); unde hoc epulum ritus a Chriſto omnibus ipſius cultoribus praeſcripti ſpeciem in univerſa eccleſia ſenſim induiſſe videtur. Praeterea monuit Apoſtolus, omnes, quicunque huic coenae interfuturi eſſent, in communionem venire corporis et ſanguinis Chriſti, i. e. miſſis ac ſpretis et Iudaeorum et paganorum epulis ſacris (Deut. 16, 2 ff. 1 Cor. 10, 20. 21.), ſoli religioni Chriſtianae, per Chriſti mortem, tanquam ſacrificium foederale ſancitae, et novae familiae obſtrictos teneri [1 Cor. 10, 16. [b]) 21. 11, 27. 29.], itemque mutui inter ſe amoris (1 Cor. 10, 17. 12, 13.) communisque ſpei, reditum Chriſti proxime inſtantem exſpectantis (1 Cor. 11, 26.), vinculo coniunctos. Poſtremum minatur Apoſtolus poenas divinas, in quibus e vulgari tunc temporis opinione morbos et ipſam mortem numerat (1 Cor. 11, 30 ff.), omnibus iis, qui ſe ipſos non explorantes (1 Cor. 11, 28. 31.), neque corpus Chriſti, i. e. hanc coenam ſacram, qua mortis Chriſti memoria celebratur (1 Cor. 11, 26.), ab aliis quibusvis epulis recte diſtinguentes (1 Cor. 11, 29.), modo indigno ea fruantur.

a) In ſcriptura f.: δεῖπνον κυριακόν 1 Cor. 11, 20, τράπεζα κυρίου 1 Cor. 10, 21, (formula: κλάσις τοῦ ἄρτου Act. 2, 42., quae huc referri ſolet, de epulis communibus in genere dicta eſſe

videtur, vid. Act. 20, 11. Cf. tamen Kaiſer Commentatio, qua Apoſtolos ſecundum Act. 2. die pentecoſtali ſ. coenam concelebraſſe aſſeritur. Erl. 1820. 4., cui obſtat tempus matutinum, quo App. convenerant. Act. 2, 15.), apud veteris eccl. doctores: *εὐχαριστία*, *εὐλογία*, *προσφορά*, *θυσία*, *λειτουργία*, *σύναξις*, *μυστήριον* etiam propter Catechumenos ab uſu ſ. c. remotos ſic dictum, *κοινωνία*, *ſacra coena*, *oblatio*, *ſacrificium*, *ſacramentum altaris*, *miſſa*, *communio*. Suiceri Theſaur. eccl. ſub vocc. iſtis. Gerhard L. th. X. 2 ff.

b) Ex ritibus Iudaeorum in epulo paſchali uſitatis, modo ne ſerius inſtituti huc referantur, illuſtrari plurima commode poſſunt, quae in ſacra coena inſtituenda locum habuerunt. Lightfoot Hor. Hebr. p. 474 ff. ed. Carpzov. Schoettgen Hor. Hebr. I. 226 ff. Bodenſchatz *Kirchl. Verfaſſung d. Juden.* II. 269. Paulus *Commentar.* III. 543 ff. Cf. tamen Ruperti *Des h. Abendmahls urſprüngliche, bedeutſame u. würdige Feier.* Hannov. 1821. p. 57., ubi docetur, non omnes, quaecunque in libris talmudicis de paſchate traditae ſunt, caerimonias iam Chriſti tempore in uſu fuiſſe. — Dav. Schulz *Die chriſtl. Lehre v. h. Abendmahl nach d. Grundtext des N. T.* L. 1824. Joh. Schultheſs *Die ev. Lehre vom h. Abendmahl, nach den fünf unterſchiedlichen Anſichten, die ſich aus den neuteſtam. Texten wirklich od. ſcheinbar ergeben.* L. 1824. Cf. prae ceteris p. 54. „*Dieſes* (*zuſammengebackene*) *Brot iſt, was mein Leib, der aus vielen Gliedern mit mir vereinte Körper ſeyn ſoll und ſeyn wird. Dieſes* (*dieſe vieles in Eines verbindende Speiſe*) *iſt mein Leib d. i. die geſammte mit mir, dem Haupte, vereinte Körperſchaft der Meinigen, das, was an eurer Statt iſt — ein Symbol von Euch, die Ihr zuſammen mein Körper ſeid.*" p. 108. „1 *Kor.* 11, 25. *Dieſes, der Kelch mit Wein, iſt der neue Bund in Euch als meinem Geblüte.* 10, 16., *der Bund, in welchem Ihr als meine Blutsverwandten mit mir zuſammengefaſst und begriffen ſeid.*"

c) J. G. Worbs *Ueb. d. Bundes- u. Freundſchafts-Symbole der Morgenländer zur Erläut. mehrerer bibl. Stellen.* Sorau. 1792. Panem et vinum iam antiquiſſimo tempore epulis ſolennibus et quidem foederalibus adhibita fuiſſe docet Gen. 14, 18. 19. Kaiſer *Bibl. Theol.* II. 40 ff.

d) Haec verba, a ceteris ſcriptoribus ff. plane omiſſa, non ab Ieſu ipſo profecta videntur, ſed ſerioris additamenti ſpeciem prae ſe ferunt (§. 136.). Kaiſer *Bibl. Theol.* I. 263. Schulz *Die chr. Lehre vom h. Abendmahl.* 273 ff.

e) Confirmatur mandatum illud praeterea Iuſtini M. teſtimonio Apol. I. 66., qui eadem verba in τοῖς τῶν ἀποστόλων ἀπομνημονεύμασι deprehenderat, nec minus repetitione epularum ſolennium apud Eſſenos uſitata (Ioſeph. B. Iud. II. 8. 4 ff.). Sacrae coenae apud Chriſtianos celebratae mentionem fecerunt Plin. Ep. X. 97. et Lucian. de morte Peregrini. §. 12. — Süskind *Hat Jeſus das h. Abendmahl als einen mnemoniſchen Ritus angeordnet?* in Flatt *Magaz.* XI. 1 ff. Paulus *Commentar* ad Matth. 26, 26. — Quaeſitum eſt, cur nulla ſit mentio facta coenae ſ. in Ev. Ioann. Cauſa non liquet; nec omni dubitatione carere videtur eorum opinio, qui cauſam ponunt in eo, quod coetus illi, in quibus Ev. Io. primum uſitatum fuit, ſacrae coenae ritum nondum aſciviſſent. Kaiſer *Bibl. Theol.* I. p. 263. Hoc quidem certum eſt, locum Io. 6, 51 ff. unionem quandam myſticam cum Chriſto ſignificare, nec ulla huius ritus in eccleſiis Aſiae minoris celebrati veſtigia apud ſcriptores ff. deprehendi. Cf. Eph. 4, 4—6., ubi coenae ſ. mentio deſideratur. Vero ſimile videtur, Ioannem, quippe qui cultum Dei ſpiritualem inprimis commendaverit, cf. Ev. 4, 23. 24. 6, 63., baptismi et ſacrae coenae ritus tanquam res externas parum curaſſe, nec niſi ſub velamine quodam myſtico ritus iſtos adumbraſſe, Ev. 3. et 6. — Ex narratione Ev. Io., coll. 13, 1. 29. 18, 28. 19, 14. 31. apparet, Ieſum non eodem die, quo Iudaei agnum paſchalem comederint, captum eſſe. Gabler *Ueb. d. Anordnung d. letzten Paſſahmahls Jeſu. N. Theol. Journ.* XIII. 441 ff. *Ueb. die Frage, ob Jeſus wirklich d. Oſterlamm gegeſſen habe?* ib. 472 ff. *Ueb. d. Anfang des Paſſahfeſtes bei d. Juden*; ib. XIV. 433 ff. De Wette *Bibl. Dogmat.* p. 205. Cf. Crome Probabilia haud probabilia —. L. 1824. 159 ff.

f) Ἀγάπαι et ἀγάπη de veterum Chriſtianorum conviviis cum coena ſ. coniunctis dictae ſunt. Tertull. in Apologetico. c. 39. „Coena noſtra de nomine rationem ſui oſtendit. Vocatur enim ἀγάπη, id quod dilectio penes Graecos eſt.“ Suiceri Theſaur. eccl. ſub h. v. J. Th. F. Dreſcher Commentat. de veterum Chriſtianorum Agapis. Gieſſae. 1824. Agapae modo ante, modo poſt euchariſtiam celebrabantur. Recte monuit Mosheim Inſtitut. hiſtor. eccl. p. 58., antiquiores Chriſtianos variis legibus vixiſſe, nec eodem ubique modo iſta convivia celebrata fuiſſe. Cf. A. Keſtner *Die Agape, od. d. geheime Weltbund d. Chriſten, von Klemens in Rom unter Domitians Regier. geſtiftet.* Jen. 1819., qui magis ingenioſe, quam vere, interiorem quandam eandemque clandeſtinam conſociationem, quae inde ab exeunte ſec. I inter Chriſtianos ex-

stiterit, voce ἀγάπη saepius intelligendam esse, censuit. Cf. *Allg. Lit. Zeit.* 1820. Nr. 1 ff.

g) Locum istum Paulinum, quem male Lutherus ita explicat: Nonne cum pane in eucharistia omnibus, qui illo vescuntur, simul datur corpus Christi? (Opp. XX. 1365.), non alium quendam admittere sensum, quam supra expositum, intelligitur e cc. 18. et 20.

§. 174.

Historia dogmatis.

Historia dogmatis de sacra coena haud levibus implicita est difficultatibus, partim e vaga sermonis Patrum eccl. ambiguitate, partim e multitudine et varietate controversiarum, quae de hac doctrina aliisque ei cognatis agitatae sunt, oriundis. Quae de sacra coena in N. T. libris traduntur, quum vel proprie accipi, vel tropicum habere possint sensum, haud mirum est, iam inde a rei Christianae primordiis de illorum explicatione et de modo coniunctionis symbolorum cum corpore Christi varie iudicatum esse. Ne ipsi quidem antiquiores ecclesiae doctores, quanquam plurimi corpus et sanguinem Christi recte dici in coena s. adesse significaverunt, id uno eodemque sensu interpretati sunt, aliis *realem* [a]), aliis *symbolicam* tantum praesentiam [b]) intelligentibus; plerique tamen in eo convenerunt, quod sacramenti vim atque effecta per ambitiosam aliquam eloquentiam vel sermonis audaciam nimiis extollerent laudibus, ita, ut, praesertim mysterii tremendi nomine illi indito, tum lectores, tum eos, qui postea coena s. fruebantur, horrore quodam sacro percellerent [c]). Quo factum est, ut a seculo inde IV, quum satis mature iam sacrificii notio ad coenam s. vario modo applicata esset [d]), sententia de mystica quadam corporis et sanguinis praesentia eiusdemque effectis, per leges rituales potissimum a Gregorio I. sec. VII ineunte propositas [e]) confirmata, plurimis probaretur, et seculo tandem IX, Paschasio

Radberto auctore *f*), doctrina de praeſentia phyſica, ſ. de ſubſtantia panis et vini per conſecrationem in ſubſtantiam corporis et ſanguinis Chriſti vere mutata, proponeretur ac divulgaretur. Haec ſententia contra adverſarios haud paucos, quorum princeps fuit ſec. XI Berengarius Turonenſis *g*), ſtrenue defenſa ſubtiliusque tractata, ſec. XIII *transſubſtantiationis* nomine barbaro publice ſtabilita eſt *h*); unde nova ampliorque huic ſacramento acceſſit veneratio *i*). Ex hiſtoria ſingulorum rituum cum euchariſtia coniunctorum, qui temporis ſucceſſu ſaepe mutati ſunt, inprimis notanda ſunt: 1. abrogatio *agaparum* ſec. IV demum effecta *k*); 2. uſus coenae ſ. privatus et domeſticus e conſuetudine antiquiſſima mittendi ſymbola euchariſtica ad abſentes, aegrotos etiam atque captivos *l*), ſenſim exortus, ex quo inde a ſec. VII *miſſae* prodierunt *ſolitariae*, vel privatae vel publicae, pro mortuis inſtitutae *m*); 3. conſecrationis modus atque ritus varius, cui ſumma attributa eſt efficacia *n*); 4. conſuetudo calicis uſum laicis denegandi, propter metum, ne ſanguis Chriſti temere effunderetur, inde a ſec. XII exorta et contra *Waldenſes* et *Huſſitas* praecipue concilii Conſtantienſis auctoritate a. 1415 in eccleſia occidentali ſancita *o*) et *concomitantiae* *p*) commento firmata; 5. confeſſio privata, et auricularis dicta, cuius cum abſolutione peccatorum coniunctae veſtigia iam ſec. III exeunte in eccleſia occidentali deprehenduntur, ſec. demum XIII publica auctoritate confirmata *q*).

Melanchthon Sententiae vett. aliquot ſcriptorum de coena domini bona fide recitatae. Vit. 1530. Oecolampadius Dialogus, quid de euch. veteres tum graeci tum latini ſenſerint. 1530. Recentiore aetate formulae reformatae praefidia e Patribus antiqq. quaefivit Rod. Hoſpinianus in Hiſt. ſacramentaria. Genevae. 1681. Voll. II. f., Romano-catholicae Anton. Arnauld et Petr. Nicole, quorum priori maxime tribuitur opus: *La perpétuité de la foi de l'égliſe cathol. touchant l'euchariſtie.* Par. 1670—74. Voll. III.

4. (Vol. IV. et V. Eus. Renaudot Par. 1711. 13. addidit), Lutheranae J. A. Ernesti in Antimuratorio, in Opuscc. th. L. 1773. p. 1 ff. — Marheinecke Diss. SS. PP. de praesentia Christi in coena Domini sententia triplex s. sacrae euch. historia tripartita. Heidelb. 1811. 4. F. Brenner *Geschichtl. Darstellung d. Verrichtung u. Ausspendung der Eucharistie, von Christus bis auf unsere Zeiten.* Bamb. 1824. — Münscher *Dogmengesch.* II. 359 ff. Wundemann *Dogmeng.* II. 419 ff. Beck Commentt. 705 ff. et scriptores ibi ll.

a) Ignat. Ep. ad Smyrn. c. 7. Iustin. M. Apol. I. p. 66. Iren. adv. haeres. IV. 18, 5. 33, 2. V. 2, 2 s. Fragm. II. 26 s. ed. Pfaff. Iren. λόγον cum pane et vino coniungi docet.

b) Clem. Al. Paed. l. II. c. 2. p. 151. ed. Par. Orig. in Matth. T. X. 462. Oberth. XII. 198. Comm. in Io. 411. Huet. *Figuram* corporis et sanguinis nominat Tertull. c. Marc. IV. 40. add. I. 14. III. 19. de resurrect. carn. c. 37. de orat. c. 6. Cypr. Ep. 63.

c) Prae ceteris v. Chrysost. Homil. II. XXIV. al. Cf. Kapp Diss. de Io. Chrysostomi ep. ad Caesarium contra transsubstant. teste. Henke *Kircheng.* I. 311. Cyrill. Hieros. Catech. Mystag. IV. Cyrill. Alex. Hom. IV. in Io. adv. Nestor. c. 5. Gregor. Nyss. Serm. catechet. c. 37. Augustin. ad Neophyt. s. de manduc. agn. 2. de verb. domin. 33. Serm. 300. „Non minus reus erit, qui verbum Dei negligenter audierit, quam ille, qui corpus Christi in terram cadere negligentia sua permiserit."

d) Iustin. d. c. Tryph. 210. (Lange *Gesch. d. Dogm.* I. 188.) Iren. IV. 17. 18. Cypr. Ep. 63. Alii per coenam s. memoriam recoli sacrificii morte Chr. Deo oblati docuerunt (Euseb. Demonstrat. evang. I. p. 38 ff. Theodoret. in ep. ad Hebr. Opp. T. III. 594. August. contra Faustum. XX. c. 18. 21.); alii vero sacrificium illud coena s. celebranda iterari significarunt v. c. Ambros. in Psalm. 38. Hieronym. Ep. ad Hedibiam. 2. Cyrill. Alex. Homil. in coen. s. al. — *Versuch einer Gesch. d. Dogma von d. Opfer d. Abendmahls vom ersten Jahrh. bis ans Ende des sechsten*; in *Gött. Bibl. d. theol. Lit.* II. 159 ff.

e) Greg. M. Pont. Rom. Canon Missae in Muratori Liturgia Romana vetus, tria sacramentaria complectens. II Voll. Ven. 1748. II. Lilienthal Schediasma hist. theol. de Can. Miss. Greg. L. B. 1740. *Missa* proprie dicebatur actus sacerdotis solennis, corpus et sanguinem Christi Deo sub specie panis

atque vini offerentis. Ex decreto Conc. Trid. Seſſ. VI. cap. 2. miſſa appellatur „ſacrificium divinum, quo idem ille Chriſtus continetur et incruente immolatur, qui in ara crucis ſemel ſe ipſum cruente obtulit; nec non ſacrificium propitiatorium, cuius oblatione placatus Dominus crimina et peccata, etiam ingentia, dimittit, quodque non ſolum pro vivorum fidelium peccatis, poenis, ſatisfactionibus et aliis neceſſitatibus, ſed etiam pro defunctis in Chriſto, nondum ad plenum purgatis, rite offertur." Gerhard L. th. X. 297 ff. 446 ff. *Sacramentum euchariſtiae* et *ſacrificium miſſae* ex ſententia Pontificiorum eſſentialiter differre docet Catech. Rom. P. II. de euch. ſacram. 77. „Sacramentum enim conſecratione perficitur; omnis vero ſacrificii vis in eo eſt, ut offeratur."

f) Paſch. Radb. Abb. Corb. vet. Lib. de corpore et ſang. domini ab a. 831. ſeparat. ed. 1528. 1616. optime in Martene et Durand Coll. ampl. vett. ſcr. IX. 367 ff. Praeiverat ſimili ſententia Io. Damaſc. de fid. orth. IV. 13. 14. Rösler *Bibl. d. Kirchenvv.* VIII. 475. — Schröckh *Kirchengeſch.* XXIII. 444 ff. Henke *Kirchengeſch.* II. 56 ff. Alios laudat Beck Commentt. 736. — Stultam *Stercoraniſtarum* altercationem enarrat Pfaff Tract. de Stercoraniſtis medii aevi tam latinis, quam graecis. Tub. 1750.

g) Huius *Tractatum* de coena domini praeſertim de transſubſtantiatione primus reperit et e cod. Guelpherbyt. deſcripſit G. E. Leſſing, in *Beitr. z. Geſch. u. Lit. aus d. Herzogl. Bibliothek zu Wolfenb.* Braunſchw. 1775. 4. (F. A. Ebert *Handſchriftenkunde.* L. 1825. p. 120 ff.) Accuratius argumentum eius expoſuit Stäudlin in Ei. et Tzſchirner *Archiv f. Kircheng.* Bd. II. St. 1. et Prr. III. ſic inſcr.: Liber Berengarii Tur. de ſ. c. adverſus Lanfrancum etc. Gott. 1820—23. 4.

h) Hildebertus Turonenſis († 1134) primus nomine *transſubſtantiationis* uſus eſt, v. c. ſerm. 98. Brev. Tract. de ſacr. alt. Stephanus Auguſtod. Tract. de ſacr. alt. Bibl. PP. Max. T. XX. p. 1782 ſ., et Petrus Blaeſenſis Ep. 140. B. PP. M. T. XXIV. p. 1053. verbo *transſubſtantiare. Transſubſt.* dogma, quod a Concil. Lateranenſi a. 1215. IV. can. 1. receptum eſt, Innocentio III. P. R., poſtea, reiectis *impanationis*, qua corpus et ſanguis Chriſti pani et vino indita ſive incluſa, et *conſubſtantiationis*, qua cum ſymbolis in unam ſubſtantiam coaluiſſe dicuntur, commentis (Baier Diſſ. de impanat. et conſubſt. Diſſ. eius theoll. Decade I. Henke *Kirchengeſch.* II. 199.), vel miraculorum ope a Scholaſticis comprobatum, quaeſtionibus novis ineptiſſimisque anſam praebuit, v. c. quid

fiat pane in corpus Chriſti mutato, ſi beſtiae, e. c. mures veſcantur? Innocent. de myſt. miſſae. IV. 21. Bonavent. in IV. Sent. 13. 2. Cotta ad Gerhard X. 213. J. G. Walch Hiſt. transſubſtantiationis Pontificiae, in Miſcellan. ſacr. 205 ff. Schröckh XXVIII. 107 ff. XXIX. 42 ff. 162 ff. Cramer — Boſſuet VII. 722 ff. — Adverſati ſunt iſti ſententiae de tr. Graeci, qui *μεταβολήν* defendentes repudiarunt *μετουσίωσιν*. Vox *μεταβολή*, quamvis nonnunquam *ſubſtantialem* mutationem denotet, ſaepius tamen, imo plerumque *accidentalem*, nimirum qualitatum, conditionis aut ſtatus mutationem indicat. Suicer Theſ. eccl. II. 347. Gerhard X. 250. J. A. Erneſti Opuſcc. theoll. Anti-Muratorius. 28 ff. Kiesling Hiſt. concertationis Graecor. et Latinor. de transſubſt. L. 1754. De aliis huius ſententiae adverſariis v. Cotta ad Gerhard X. 220. 256.

i) Ad dogma illud ſtabiliendum *feſtum corporis Chriſti* ab Urbano IV. a. 1264 inſtitutum, a Clemente V. a. 1311 denuo confirmatum eſſe conſtat. Gerh. X. 321 ff. 465. Schröckh *Kirchenq.* XXVIII. 77 ff. — Mos flexis genibus ſacramentum adorandi ſec. XIV ineunte nondum obtinuit. Brenner l. l. p. 231.

k) Concil. Laodic. 28. Conc. Carth. III. 50. Add. Bingham Origines eccl. VI. 504 ff.

l) Iuſt. Apol. I. 85. Euſeb. Hiſt. Eccl. IV. 44., ex quo loco ſimul patet, in more tunc temporis fuiſſe, ut ſacerdotes quandam ſymbolorum conſecratorum partem vel in eccleſia reponerent, vel domum ſecum deferrent, ut iſta iubente neceſſitate frui poſſent. Unde communio *praeſanctificatorum* originem traxit. Gerh. X. 111 ſ.

m) Gerh. X. 295 ſ. „Ipſi concilii Trident. patres definiunt miſſas *ſolitarias* eſſe, in quibus ſolus ſacerdos ſacramentaliter communicat, i. e. panem et vinum benedictum accipit, Can. 8. Seſſ. XXII. In hancce claſſem referuntur partim illae miſſae *privatae*, quae ad privata altaria in angulis eccleſiarum, nemine praeter ſolum ſacerdotem praeſente, demurmurantur (*Winkelmeſſen*), partim vero omnes illae miſſae *publicae*, in ſummo altari celebratae, in quibus ſolus miniſter conſecrans ſacramentum hoc ſibi porrigit, licet vel univerſus coetus eccleſiaſticus, vel ſaltem magna eius pars adſit. Atque ex hac miniſtri conſecrantis communione fructus in univerſum coetum praeſentem redundare, contendunt eccleſiae Rom. ſocii." — Schröckh XX. 178 ff.

n) Confecratio ſymbolorum prima (Matth. 26, 26.) erat benedictio Iudaeis uſitata (1 Tim. 4, 4.). De ποτηρίῳ τῆς εὐλογίας, in coena paſchali apud Hebr. uſitato vid. Reland Antiqq. Hebr. 266. Gerh. X. 264 ff. Mox in locum illius ſucceſſit invocatio ſpiritus ſ., quem μεταβάλλειν τὰ προκείμενα καὶ τὸν ἄρτον ποιεῖν σῶμα χριστοῦ Cyrill. Hieroſ. docet catech. XXIII. Poſtea ipſi conſecrationis formulae et ritibus ei adiunctis, a Scholaſticis maxime, ea adſcripta eſt vis, ut per manus et carmina cuiusvis ſacrificuli corpus et ſanguis Chriſti vere effici diceretur, quae ſententia eccleſiae Catholicae etiamnunc probatur. Bellarmin. de euchariſt. IV. 14 ff. — Beck 717 ff.

o) Conf. Aug. de abuſ. I. de utraque ſpecie. 21. Apol. X. 233 ff. G. Calixti l. de communione ſub utraque ſpec. Helmſt. 1642. Spittler *Geſchichte d. Kelchs im Abendmahl.* Lemg. 1780. — Beck 724 ff.

p) *Concomitantia* ſanguinis cum corpore in pane et conc. corporis cum ſanguine in calice a Pontificiis ita explicatur, ut obtineant, ſanguinem etiam in pane accipi et proinde non eſſe neceſſarium, ut ſpecies utraque in euchariſtia accipiatur. Catech. Rom. P. II. de euch. ſacram. 33. Noſtris concomitantia nihil aliud olim fuit, quam adfixio corporis ad panem et vini ad ſanguinem, ita, ut duae ſubſtantiae in euchariſtia ſimul accipiantur, licet neutra in altera includatur. Gerhard L. th. X. 88. 167.

q) Peccatorum omnium et ſingulorum enumerationem ſacerdoti eique ſoli faciendam praecepit primus Innocentius III., in Conc. Lat. IV. a. 1215 h. Prodiit inde confeſſio auricularis in eccleſ. catholica Conc. Trid. Seſſ. XIV. can. 6 ff. ſancita. Add. Catech. Roman. Part. II. cap. 5. de poenitentiae ſacramento et Bellarmin. l. III. de poenitentia. Summa decreti illius his theſibus continetur: 1. quod confeſſio requirat omnium et ſingulorum mortalium peccatorum, quae poſt diligentem praemeditationem et diſtrictum examen in memoriam venerunt, ab omnibus, qui ad annos discretionis pervenerunt, quotannis certo tempore in aures ſacerdotis denarrationem; 2. quod ſimul circumſtantiae, quae peccati ſpeciem mutant vel illud aggravant, in confeſſione ſint recenſendae; 3. quod ſpecialis illa enumeratio peccatorum iure divino ſit neceſſaria, ac proinde ſub ipſo ſalutis discrimine facienda, adeo ut peccatum illud, cuius coram ſacerdote nulla facta eſt confeſſio, non remittatur; 4. quod talis confeſſio ſit me-

ritoria, qua peccatum deleri et perexigua confusione illa, quam confitentes coram sacerdote patiantur, ingentem confusionem, quam aliquando in die iudicii passuri sint, redimi existimant; 5. quod ideo talis confessio coram sacerdote sit necessaria, quia sacerdotes constituti sunt spirituales iudices, ut de singulis et universis peccatis cognoscant, et pro mensura delictorum satisfactiones imponant, adeo ut quotquot sine absolutione sacerdotis moriuntur, Deo reconciliari haudquaquam possint. Gerhard L. th. VI. 279 f. Quum non satis definitum sit, quaenam peccata pro venialibus, quae pro mortalibus recte habeantur, nec ipsi sacerdotes, penes quos solos hac de re iudicium est, congruam poenitentiae actionem iniungere possint, nisi peccatis quibuslibet accurate cognitis, haud pauci Pontificiorum doctorum, praeeuntibus Scholasticis et annuente ipso Catech. Rom. P. II. c. 5. de poenit. sacr. N. LIV. p. 239. ed. Paris. 1688., praeceperunt, ut „singillatim peccata *omnia* sacerdotibus detegantur." Bellarmin. l. III. de poenit. c. 9. al. — Gerh. l. l. 284 f. — Cf. Alex. Müller *Kirchenrechtl. Erörterungen.* 1ste Samml. Weim. 1823. p. 53 ff. *Ueb. d. Zwangsrecht gegen d. Beichtvater auf Revelation jedes Beichtgeheimnisses — mit bes. Rücksicht auf d. Gemeinschädlichkeit der Ohrenbeichte.*

§. 175.

Continuatio.

Disciplinae evangelicae instauratae auctores, quamvis in impugnandis reiiciendisque Pontificiorum opinionibus de calicis usu laicis denegando, de sacrificio in coena s. oblato, de transsubstantiatione et aliis, quas Concilium Tridentinum postea denuo stabilivit [a]), inter se convenirent, in diversas ipsi tamen abierunt partes novasque de s. coena sententias in medium protulerunt; unde gravissimae exortae sunt lites in ipsius evangelicae ecclesiae sinu, quae maxima et huic et verae religioni detrimenta attulerunt [b]). Nam quum Lutherus praesentiam corporis et sanguinis Christi in coena sacra *realem* quidem et substantialem, neque tamen *materialem* (physicam), credendam quidem, neque tamen intelligibilem (*hyperphysicam*) docuisset [c]), Carolostadius, Zwinglius eiusque amici, se-

cluſa myſterii cuiusquam notione, *ſymbolicam* tantum probarunt corporis et ſanguinis Chriſti praeſentiam, non una eademque ratione ex verbis inſtitutionis repetitam [d]), et alii a quovis praeſentiae et manducationis oralis, Luthero probatae, commento recedentes, ſicut Caſp. Schwenkfeld, *myſticam* aliquam corporis Chriſti perceptionem, non ſoli huic coenae annexam, defenderunt [e]). Quo facto Lutherus eiusque ſectatores eo fortius propugnaverunt pro *ſacramentali* ac *reali* quidem corporis et ſanguinis Chriſti, ab infidelibus et indigne utentibus etiam percipiendi, unione cum pane et vino in euchariſtia exhibendo, quam ſententiam vel argumentis a communicatione idiomatum (§. 127.), inprimis ab omnipotentia et omnipraeſentia cum humana Chriſti natura communicata [f]) deductis, confirmare ſtuduerunt. Controverſiis iſtis obitu Lutheri nondum ſublatis, Calvini doctrina, quae formularum novarum et ambiguarum artificio ſententias Zwinglii et Lutheri contrarias coniungeret, in Reformatorum eccleſia ſummam nacta eſt auctoritatem, ita, ut in omnes huius eccleſiae formulas publicas, paucis hic illic mutatis, reciperetur. Decreverat enim, corpus et ſanguinem Chriſti in coena ſ. non niſi modo quodam *ſpirituali* vere adeſſe atque exhiberi, ita, ut cum pane et vino, tanquam meris ſignis, res ſignatae, non per ſigna ea nuda, neque per internam elementorum rationem, quemadmodum Lutherus voluit, ſed per ſingularem ſpiritus ſ. operationem et ſolam ſpiritualem manducationem cum ſolis hominibus electis et credentibus re vera communicentur [g]). Tantum vero abfuit, ut Calvini formula diſſidium funeſtum inter Reformatos et Lutheranos exortum tolleret, ut novas pareret disceptationes, inprimis lites *Cryptocalviniſticas*, ſec. XVI exeunte crudeliter oppreſſas [h]), et finitionibus iſtis, quas Formula Conc. continet, antitheticis et ſubtilioribus originem praeberet, quibus diſſenſus inter utramque eccleſiam male ſedulo ſtudio ſub-

inde confirmatus est. Praeter Reformatos, quorum plurimi sensim redierunt ad Zwinglii sententiam, et aliae Christianorum familiae, *Anabaptistae*, *Mennonitae* [i]), *Sociniani* et *Arminiani* [k]) et praeter alios Mysticos *Quakeri* [l]) ab ecclesiae Lutheranae formula recesserunt; neque inter ipsos Lutheri sectatores recentiore potissimum tempore defuerunt, qui ad simpliciorem Reformatorum sententiam accedentes [m]), vel solam *subiectivam* et moralem quidem coenae s. efficaciam [n]), vel *obiectivam*, a praesentia corporis et sanguinis aut totius personae Iesu Christi *operativa* maxime repetitam, defenderent [o]). Ceterum ritus illi usui s. coenae sensim adiecti a sacrorum emendatoribus partim abrogati, partim servati vel immutati sunt [p]). Ad posteriores referenda est confessio privata, quae, primum quidem iam a Pontificiorum ritu deflexa, nuper a multis Lutheranorum coetibus in publicam conversa, ab aliis autem, quamvis fructu huius instituti valde dubio, servata est [q]).

a) *Transsubstantiationis* dogma, quod Melanchthon in Apol. IV. 157 ff. coll. Conf. Aug. X. 12. nondum impugnaverat, imo approbare visus erat, a Luthero demum diserte repudiatum est in Artt. Smalc. P. II. art. VI. p. 330. „De transsubstantiatione subtilitatem sophisticam nihil curamus, qua fingunt, panem et vinum relinquere et amittere naturalem suam substantiam, et tantum speciem et colorem panis, et non verum panem remanere. Optime enim cum scriptura s. congruit, quod panis adsit et maneat, sicut Paulus ipse nominat: Panis quem frangimus. Et: Ita edat de pane." Metus scilicet, ne etiam in hoc loco impugnarentur, et cum Sacramentariis, quos maxime invisos esse Pontificiis credebant, consentire viderentur, effecit, ut et Lutherus et Melanchthon ab initio ambigue hac de re loquerentur. Planck III. 113. — Conc. Trid. Sess. XIII. can. 1. 2. „Si quis dixerit, in sacrosancto Eucharistiae sacramento remanere substantiam panis et vini, una cum corpore et sanguine Domini n. I. C., negaveritque mirabilem illam et singularem conversionem totius substantiae panis in corpus et totius substantiae vini in sanguinem; manentibus duntaxat speciebus panis

et vini, quam quidem catholica eccleſia aptiſſime *transſubſtantiationem* appellat, anathema ſit." Can. 4. „Si quis dixerit, peracta conſecratione in admirabili Euch. ſacramento non eſſe corpus et ſanguinem D. n. I. C., ſed tantum in uſu, dum ſumitur, non autem ante vel poſt, et in hoſtiis ſ. particulis conſecratis, quae poſt communionem reſervantur, vel ſuperſunt, non remanere verum corpus domini, anathema ſit." Cat. Rom. P. II. cap. 4. qu. 22. 31. Chemnit. Examen Conc. Trid. P. II. 384 ff.

b) Rodolphi Hoſpiniani Hiſtoria Sacramentaria. Voll. II. f. Genev. 1681. Optime enarravit hiſt. harum controverſiarum Planck *Geſch. d. prot. Lehrbegr.* B. II. III. V. VI.

c) Singula Lutheri et adverſariorum ſcripta, quae huc pertinent, rec. Beck Commentatt. 741 ff. 725 f. Münſcher *Lehrb. d. Dogmengeſch.* 213. Dolemus quidem, virum illum magnum pugnando contra adverſarios ad opiniones duriores et iudicia iniqua interdum fuiſſe abreptum; verum praeterquam quod multum tribuendum eſt aevi incultioris ingenio et moribus, plurimum indulgendum eſſe cenſemus ſingularibus illis animi viribus ſaepe luxuriantibus, ſine quarum *ἐνεργείᾳ* magnum magni viri opus felici ſucceſſu omnino caruiſſet. Vid. Melanchthon Oratio in funere D. M. Lutheri — in Declamatt. Phil. Mel. ed. Richardii. T. III. theol. Argentor. 1570. 754 f. Oratt. ſelect. ed. Friedemann. Viteb. 1822. T. I. p. 88. „Sed aliqui non mali tamen conqueſti ſunt, aſperiorem fuiſſe Lutherum, quam debuerit. Nihil disputo in alterutram partem: Sed reſpondeo id, quod Erasmus ſaepe dixit: Deus dedit huic poſtremae aetati, propter morborum magnitudinem, *acrem medicum.*" Cf. Heyne Comm. Morbus ingenii humani, alios ad conſenſum in opiniones ſuas pertrahendi, ſignis ſuis, cauſis, effectisque notabilis. Opp. Acadd. T. IV. — Conf. Aug. art. X. „De coena Domini docent, quod corpus et ſanguis Chr. *vere adſint et diſtribuantur* veſcentibus in coena Domini, et *improbant ſecus docentes.*" In edit. variata a. 1540 h. l. legitur: „quod cum pane et vino *vere exhibeantur* corp. et ſang. Chr. veſcentibus in coena Domini" omiſſa improbatione ſecus docentium. — Apolog. art. IV. 157 ff. Artt. Smalc. P. III. art. VI. Catech. min. 380 ff. Catech. mai. 402 f.

d) Caroloſt. pronomen *τοῦτο* ad corpus Chr., quod in conſpectu fuit diſcipulorum, *δεικτικῶς* referendum eſſe, nec cum verbis *λάβετε*, *φάγετε*, coniungendum perperam cenſuit;

Zwin-

Zwinglius vocem ἐστί tropice per *significat* explicavit, cf. ei. epistola ad Matth. Alberum Rutling. Eccl. 1525. (1524.), Comm. de vera et falsa rel. 1525. et Subsidium de Eucharistia a. eod., repet. Jen. c. not. J. C. Cramer. 1720. aliaque eius scripta; Oecolampadius verba τὸ σῶμα et τὸ αἷμα de *symbolo* seu *figura corporis* et *sanguinis Chr.* interpretatus est. V. ei. l. de vera et genuina verborum Domini — expositione. Basil. 1525. Planck l. l. II. 215 ff. 261 ff. 274 ff. Omnino sacrorum emendatores in eo peccarunt, quod de singulis verbis, praesertim copula ἐστί, quae ne efferri quidem diserte potuit a Christo in sermone Syro-chaldaico (גופי הוא f. הא גופי cf. Exod. 12, 26. 24, 8.) acerrime disceptantes, universam totius instituti rationem ac significationem negligerent. Redditum quidem est in h. l. verbum ἐστί ab auctore versionis Syriacae, Peschito dictae. Veruntamen Syrus ita scripsisse videtur aut praeconcepta quadam opinione dogmatica ductus, aut studio illo, quo haec versio prae ceteris insignis est, abreptus, omnia, vel invito etiam linguae genio, ad verbum transferendi, cuius exempla affert C. P. W. Gramberg *D. Lehre v. Abendmahl nach d. vorhand. bibl. Erzählungen*, in Schröter u. Klein *Für Christenth. u. Gottesgel.* B. II. H. 4. p. 651 ff. Add. Schulz *D. christl. Lehre vom h. Abendmahl.* p. 132.

e) Planck ib. V. 1. 88 ff. 210 ff.

f) Lutherus unionem sacramentalem eam dixit (Opp. T. XX. 1293. 94. ed. Walch.), qua variae per se panis et corporis essentiae *(Wesen)* ita coniunguntur invicem, ut simul dici recte queat, Christi corpus edi, dentibus conteri, faucibus deglutiri, neque tamen quis idem corpus videre aut manu arripere possit. Cf. Form. Conc. Ep. VII. 600. Calvinus, cuius sententiae adstipulantur Articuli Anglicani, Confessio Gallica, Belgica et Brandenburgica, unionem sacr. non ad veram refert corporis Christi cum pane coniunctionem, sed ad efficaciam potius illam mysticam, quam in panem exserat, ut eo animae nostrae nutriantur ad vitam aeternam. Instit. Chr. relig. l. IV. c. 17. fol. 489. et 495. Ed. Genev. 1592. Zwinglius, cuius vestigia ex parte premit Catechismus Heidelbergensis et Conf. Helvetica, sacramentaliter, inquit, edere, aliud esse non potest, quam *signum* aut *symbolum* edere (Opp. II. f. 215.); quapropter unionem sacram. eam intelligit, qua fide nostra cum Chr. coniungimur, pro beneficiis morteque, quam pro salute nostra perpessus est, gratiam ipsi referentes. Ibid. 382. 431. Zwingli's *sämmtl. Schriften im Ausz. Herausg. v.* L. Usteri *u.* S. Vögelin. Voll. II. Zürich. 1820. 137 f. Cf. Lim-

borch Theol. Chr. l. V. c. 71. 9. „Sententia Zwinglii fuit, in coena Domini, verum dari panem ac vinum eaque esse *symbola* ac *signa* corporis I. Chr. pro nobis fracti ac sanguinis pro nobis effusi. Sed Bucerus, Calvinus eorumque sequaces postea addiderunt: licet panis et vinum accipiatur membris et sensibus corporis, ipsum tamen corpus et ipsum sang. Chr. *vere illic esse praesens et exhiberi ac recipi fide.* Videtur illud excogitatum a Bucero, qui pacis studio, ut Lutheranos et Zwinglianos inter se conciliaret, excogitavit modos loquendi ambiguos." Winer *Comparative Darst. d. versch. chr. Lehrbegr.* — L. 1824. p. 78. *Anmerk* 2. Catech. Heidelb. quaest. 78. „Num ergo panis et vinum fiunt ipsum corpus et sanguis Christi? Nequaquam: Verum, ut aqua baptismi in sanguinem Christi non convertitur, nec est ipsa peccatorum ablutio, sed *symbolum* tantum et pignus earum rerum, quae nobis in bapt. obsignantur: ita nec panis coenae dominicae est ipsum corpus Christi; quanquam pro ratione sacramentorum et usitata spiritui s. de his loquendi forma panis Christi corpus appellatur." — Omnipraesentiam alii *relativam*, alii *absolutam (ubiquitatem)* dixerunt, unde serius prodiit controversia *ubiquitistica* dicta. Baumgarten *Gesch. d. Religionsparth.* 1203 ff. Planck V. 2. 106 ff. 153 ff. 270 ff. Etsi nostri demonstrare conati sunt, omnipraesentiam corporis Christi sine expansione, extensione et diffusione cogitari posse et debere, vid. Cotta ad Gerhard L. th. III. 548. X. 182., negari tamen nequit, ubiquitatem s. omnipr. corporis Christi localem in Lutheri disputationibus (cf. Apol. Conf. Aug. IV. 157., ubi Melanchthon, ut suam firmaret sententiam, ad Romanae eccles. decretum de *corporali praesentia* Chr. in coena s. diserte provocat), et uberius tractatam a Formulae Conc. auctoribus (Epit. art. contr. 600. Sol. Decl. 751. 56. 59.) vere traditam esse, eo potissimum consilio, ut *impanationis* et *consubstantiationis* obprobrium, ab adversariis formulae ipsorum haud iniuste inflictum, repellerent. Monuit contra Gerhardus L. th. X. 165., *consubstantiationem*, quippe quae localem duorum corporum coniunctionem, interdum utriusque corporis commixtionem denotet, qua panis cum corpore et vinum cum sanguine in unam substantiam s. massam coalescere fingitur, in neutra significatione ecclesiae probari. „Non est statim, inquit, consubstantiatio, quando duae substantiae sibi sunt praesentes, sed quando duae substantiae *physico* et *naturali modo coexistunt*. At res coelestis et res terrena in sacra coena physice et naturaliter sibi non sunt praesentes." — Theologi recentiores omnipr. corporis Chr. sic definire malunt, ut sit vis ea, ubicunque coena s. celebratur, ope-

randi. Reinhard *Dogm.* 600. Verum et eiusmodi circumscripta limitibus notio neque cum sanae rationis praeceptis, neque cum ipsius scripturae s. effatis conciliari potest. Planck II. 511. VI. 762 ff. Stäudlin *Dogmat.* 547. — Henke *Kirchenq.* III. 441.

g) Calvini Confess. 1539. Consensio mutua in re sacrament. ministrorum eccl. Tigurinae et J. Calvini. 1549. Inst. Rel. Chr. IV. c. 17. §. 11. ed. Genev. 1592. fol. 489. „Duabus rebus constat sacrum Coenae mysterium: corporis signis, quae ob oculos proposita res invisibiles secundum imbecillitatis nostrae captum nobis repraesentant; et spirituali veritate, quae per symbola ipsa figuratur simul et exhibetur. — Dico, in Coenae mysterio per symbola panis et vini Christum vere nobis *exhiberi* adeoque corpus et sanguinem eius, in quibus omnem obedientiam pro comparanda nobis iustitia adimplevit." §. 18. „Ceterum si oculis animisque in coelum evehimur, ut Christum illic in regni sui gloria quaeramus: quemadmodum symbola nos ad eum integrum invitant, ita sub panis symbolo pascemur eius corpore, sub vini s. distincte eius sanguine potabimur, ut demum toto ipso perfruamur. Nam tametsi carnem suam a nobis sustulit et corpore in coelum ascendit, ad dexteram tamen Patris sedet, h. e. in potentia et maiestate et gloria Patris regnat. Hoc regnum nec ullis locorum spatiis limitatum, nec ullis dimensionibus circumscriptum, quin Chr. virtutem suam, ubicunque placuerit, in coelo et in terra exserat: quin se praesentem potentia et virtute exhibeat, quin suis semper adsit, vitam ipsis suam inspirans, in iis vivat, eos sustineat, confirmet, vegetet, conservet incolumes non secus ac si corpore adesset, quin denique suo ipsius corpore eos pascat, cuius communionem spiritus sui virtute in eos transfundit. Secundum hanc rationem corpus et sanguis Christi in sacramento nobis exhibetur." 19. „Ceterum his absurditatibus (dum sub corruptibilia huius mundi elementa corpus Chr. reducitur, vel infinitum esse dicitur, vel in pluribus simul locis ponitur) sublatis, quicquid ad exprimendam veram *substantialemque* corporis ac sang. Domini communicationem, quae sub sacrae coenae symbolis fidelibus exhibetur, facere potest, libenter recipio; atque ita, ut non imaginatione duntaxat aut mentis intelligentia percipere, sed ut re ipsa frui in alimentum vitae aeternae intelligantur." 31. „Christus praesens iliis non videtur, nisi ad nos descendat. Quasi vero si ad se nos evehat, non aeque potiamur eius praesentia. Ergo tantum de modo quaestio est; quia Christum ipsi in pane locant, nobis autem non ducimus fas esse, eum e coelo detrahere." 32. „Fide nos ista

corporis participatione non minus laute affluenterque paſcimus, quam qui Chriſtum ipſum e coelo detrahunt.'' Calvin. de ſ. coena, apud Hoſpinian. II. 178.: ,,Fatemur, ait, omnes nos quum iuxta Domini inſtitutum fide ſacramentum recipimus, *ſubſtantiae* corporis et ſanguinis Domini vere fieri participes.'' In Form. Conc. (Sol. decl. art. VII.) Calvini ſententiam haud probe traditam eſſe, docuit Planck *Geſch. d. proteſt. Lehrbegr.* VI. 732 ff.

h) Planck V. II. VI. 416 ff. Henke III. 526 ff. 541 ff.

i) *Anabaptiſtae* et *Mennonitae* coenam ſ. non niſi caerimoniam eſſe eccleſiaſticam docent, memoriae mortis Chriſti recolendae inſervientem. Gerhard X. 164.

k) *Sociniani* et *Arminiani* euchariſtiam eſſe ritum *mnemonicum* a Chriſto praeceptum, contendunt, Zwinglii decretis adſentientes, niſi quod pronomen *τοῦτο*, in inſtitutionis formula uſurpatum, ad fractionem panis et effuſionem vini referunt. Catech. Rac. c. 3. Confeſſ. Remonſtr. c. 23.

l) *Quakeri* uſum coenae ſ. plane reiiciunt: ,,Figura aliquando in eccleſia Apoſtolica imbecillium cauſa celebrata, ſed veluti umbra, ubi ſubſtantiam aſſecuti ſumus, ceſſans et hodie Chriſtianis minime incumbens.'' Barclay Apolog. theol. vere Chriſt. theſ. 13. §. 6 ff.

m) Chr. Aug. Heumann, theologus Gotting., Reformatorum doctrinam defendit libro memorabili, quem poſt mortem ipſius demum edidit Sack: *Erweis, daſs d. Lehre d. ref. Kirche v. Abendmahl d. wahre ſey.* Eisl. u. Wittenb. 1764. Unde hac de re controverſia exſtitit. Beck 753.

n) Gruner Inſtitt. theol. dogm. 581. Cannabich *Kritik d. prakt. chr. Religionslehre.* III. 1813. 228 f. — Paulus *Commentar.* III. 557. Kaiſer *Bibl. Theol.* II. 38 ff. (Nova ſ. coenae explicatio nuper propoſita in l.: *Das heil. Abendmahl v.* Dr. Hr. Stephani. Landsh. 1811. 2. *A.* 1825., qua coena illa pro epulo quodam foederali, vox *σῶμα* pro גּוּף הַפֶּסַח Rabb., corpore paſchali, ſ. agno paſchali, cibo foederali, ſumitur — et philologicis et hiſtoricis premitur difficultatibus, de quibus v. *Allg. Lit. Zeit.* N. 51. 1813.) — Plurimorum theologorum recentt., coetui Luth. addictorum, ſcripta dogmatica huc referri poſſunt, v. c. Henke Lin. fid. Chr. 235 ff. Stäudlin *Dogm. u. Dogmengeſch.* 527 f. Ammon *Wiſſenſchaftl. prakt. Theol.* 260. J. E. C. Schmidt *Lehrb. d. Dogm.* 358. L. Th. Koſegarten *Des Herrn Abendmahl.* 2. *A.* L. 1802. F. H. C. Schwarz *Grundriſs d. kirchl. proteſt. Dogm.*

§. 164. — Kantius quoque (*Relig. innerh. d. Grenzen d. Vernunft.* 292 f. add. Tieftrunk *Censur d. protest. Lehrbegr.* III. 299 ff.) peculiarem quandam Dei operationem cum s. c. coniungi negavit. — G. A. Ruperti in l.: *Des h. Abendmahls ursprüngliche, bedeutsame u. würdige Feier.* Hannov. 1821. verbis institutionis s. c., quae negat solummodo ad memoriam mortis I. pertinere, vindicat significationem quandam spiritualem, mystico-allegoricam, qua perceptio Christi ipsius adumbretur. („*Ihr Jünger, nehmet mich ganz in euch auf! Tretet von jetzt an mit mir in die genaueste Vereinigung!*" p. 139.)

Scriptiunculas istas, quibus Jo. Gottfr. Scheibel nuper sententiam Lutheranam denuo commendare simulque pericula ecclesias evv. consociandi impugnare studuit (*Das heil. Opfermahl —. Predigt.* Bresl. 1821. *Das Abendmahl des Herrn. Bibellehre u. histor. Untersuch. mit Bezug auf zwei Recens. u. die Union.* Ib. 1821.), bene explosit Jo. David. Schulz l. *Unfug an heil. Stätte, oder Entlarvung Hrn. J. G. Scheibel's.* L. 1822. Contra quem denuo insurrexit J. G. Scheibel l. *D. Abendmahl d. Herrn. Historische Einleitung. Bibellehre u. Gesch. derselben.* Bresl. 1823., argumentis gravioribus tamen haud allatis. Docte et subtiliter denuo in verum effatorum scripturae s. super coena s. sensum inquisivit D. Schulz l. *D. Chr. Lehre v. h. Abendmahl nach d. Grundtexte des N. T.* L. 1824., ubi huius ritus significatio symbolica recte defenditur. Cf. Wachler u. Schulz *Theol. Annalen. Dec.* 1823. p. 1025 ff. Joh. Schultheß *D. ev. Lehre v. h. Abendmahl.* L. 1824. Alia hac de re scripta cum supra ll. rec. Bengel *Neues Archiv f. d. Theologie.* II. 3. St. Tüb. 1824. Formulam Lutheranam, mystica quadam ratione exornatam, nuperrime commendare studuit Th. Schwarz *Ueb. d. Wesen des h. Abendmahls. Freimüthige Worte an beide ev. Confessionen.* Greifsw. 1825. p. 56. „*Die höhere chemische Vermischung des geistl. Worts u. des ird. Brots u. Weines zu einem Dritten, welches Leib u. Blut Christi ist, kann nur möglich gemacht werden durch die Allmacht Gottes, u. ist ein unergründliches Mysterium. — Er (der Heiland) hat sich mit dem Herzen in dieser Darbietung vermählet, wie ein Bräutigam mit der Braut, nachdem der Segen über sie gesprochen ist, u. also göttliche Art in unsere Leiblichkeit gepflanzet, so dass wir seines Fleisches und Blutes wurden.*" Cf. §. 173. *b.*

o) Zachariae Doctrinae Chr. inst. 329. Reinhard *Dogmat.* 600. 4. *A.* Storr *Dogm.* 710. T. W. Hildebrand *Versuch üb. d. Sinn u. d. Verheifsung Christi bei d. Stiftung d. Abendmahls.* Freib. 1816.

p) Planck II. 53 ff. 144. 350 f.

q) Scripta hac de re l. Beck 761 f. Bretſchneider *Entw. d. dogmat. Begr.* 3. *A.* 782.

§. 176.

Doctrina eccleſiaſtica.

In eccleſia Lutherana, praeeunte Formula Conc., haec ſententia, reiecta quavis alia doctrina tunc temporis cognita [a]), ſubtilius explicata atque comprobata eſt, qua ſacram coenam eſſe docuerunt *fruitionem* panis et vini ſolennem ab ipſo Ieſu Chriſto eum in finem praeſcriptam, ut, qui hac coena utantur, *ſub*, *in* et *cum* pane atque vino benedicto, per unionem *ſacramentalem* haud intelligibilem vero fruentes Chriſti corpore et ſanguine, mortis ipſius memoria celebrata, peccatorum veniam conſequantur et in fide pietateque confirmentur. Additum eſt, in hac coena ſ. corpus et ſanguinem Chriſti *vere* et *ſubſtantialiter* adeſſe, idque vi verborum inſtitutionis, adeo, ut corpus et ſanguis Chriſti non tantum ſpiritualiter per fidem, ſed ore etiam, neque tamen *capernaitice* (Io. 6, 26.), ſed ſupernaturali et coeleſti modo ſumatur [b]), a quibuscunque hac coena, vel etiam indigne, fruentibus, id quod Calviniani improbant. Distinxerunt theologi in hoc ſacramento ulterius explicando et res *inviſibiles* (coeleſtes), quae ſunt corpus et ſanguis Chriſti, et res *viſibiles* (terreſtres) [c]) (elementa, ſpecies, *στοιχεῖα*, *σύμβολα*, *τύπους*), panem, et quidem azymum (*oblatas*), et vinum [d]). Formam huius ſacramenti *internam* poſuerunt in rei viſibilis cum inviſibili communione, formam *externam* in actionibus ſingulis, quibus peragitur, ſ. tribus hisce actibus ſacramentalibus, *conſecratione*, ſcilicet *declarativa*, non *effectiva* (conſecr. *deſtinationis*, non *unitionis*), cuius duo momenta diſcernuntur, preces et verba inſtitutionis, *distributione* (*δόσει*), et *acceptione* (*λήψει*), quae abſolvitur vera

panis manducatione et sequente vini bibitione [e]). Quo facto repudiantur, quas ecclesia Romana probavit, *elevatio* et *adoratio* symbolorum, *asservatio* panis eucharistici et *circumgestatio* eiusdem. Quanquam recte docent, eucharistiam saepius et a pluribus simul in aedibus sacris esse celebrandam, tempus tamen haud definitur [f]) et singulis aegrotis etiam usus huius sacramenti domesticus conceditur, verum a publicis ecclesiae doctoribus administrandus [g]). Ceterum admittendos esse ad coenam s. iudicat ecclesia, quicunque *confirmatione* in societatem Christianorum recepti, fide et animo bene praeparato (1 Cor. 11, 26.), *confessi* prius *peccata* [h]) et *absoluti*, ad hoc sacramentum pie celebrandum accesserint. Quibus positis, infantes [i]) et mente capti et peccatores manifesti atque obstinati [k]) iure meritoque excluduntur.

Conf. Aug. X. de abus. I. 21. Apol. IV. 157 ff. Artt. Smalc. P. III. art. VI. 530. Cat. min. 380. Cat. mai. 402. Form. C. Epit. a. VII. 597 ff. Sol. decl. VII. 724 ff. Chemnit. L. th. III. 402 ff. Calov. Syst. L. th. X. 184. Quenstedt Theol. did. pol. II. 1181 ff. Gerhard L. th. X. 165 ff. Baumgarten *Glaubensl.* III. 335 ff. J. A. Ernesti Repetitio et adsertio Luther. sententiae de S. C. Opp. theoll. 135 ff. Add. Morus Comm. in epit. II. 580 ff.

a) Cotta ad Gerh. X. 165 ff. Baumgarten *Glaubensl.* III. 375 ff.

b) Manducatione Capernaitica „corp. Chr. dentibus laniari, et instar alterius cuiusdam cibi, in corpore humano digeri" significatur. Form. Conc. Epit. 604. „Tametsi participatio illa ore fiat, tamen modus spiritualis est." Ib. Sol. decl. 756. Unde manducatio corporis et sanguinis Christi in coena s. exhibiti *oralis* a Lutheranis defensa est. — Omnino haec tria trium coetuum de s. coena verba notanda sunt: *transsubstantiatio*, *unio*, *figura*.

c) Iren. adv. haer. IV. 34., eucharistiam duabus rebus constare, terrena et coelesti, primus monuit.

d) Pro azymis, a Christo adhibitis, ecclesia antiquior diu pane fermentato, sec. VIII et IX autem ecclesia occidentalis primum

non fermentato usa esse videtur, neque tamen constanter ante sec. XI, quo, ecclesia graeca quidem panis fermentati usum retinente, placentulae istae orbiculares, *hostiae*, *oblatae* dictae, coeperunt usurpari. Dallaeus de cultibus religiosis Latinorum. Genev. 1641. 4. Bingham Antt. eccl. VI. 266 ff. Gerhard X. 30 ff. Beck 726 f. Morem panes rotundos adhibendi eosque in frusta frangendi antiquiorem (Bingham l. l. 370 ff.) restituerunt plerique *Calviniani*, quorum ecclesiae, licet et azymi in eucharistia usus iis liber sit, fermentato pane plerumque utuntur, itemque *Sociniani*. Gerhard X. 279 ff. In ecclesia evangelica pro vino aqua temperato, quo eccl. antiquior usa est, et graeca et romana, haec quidem iussu Conc. Trid. (Sess. XXII. c. 7.), etiamnum utitur, variis de causis placuit merum adhiberi. Gerhard. X. 39 ff. Commemorantur ὑδροπαραστάται, h. e. qui mera aqua in eucharistia utebantur, apud Theodoret. Haeret. fab. p. 208. coll. Epiphan. haeres. 46. *Aquarios* nominavit Augustin. haeres. 64. Ob indolem huius ritus symbolicam praeferendum est vinum rubrum, quali Christum esse usum probabile est.

e) Form. Conc. Sol. decl. VII. p. 750. „Ad visibilem actionem coenae Dominicae requiritur: consecratio, seu verba institutionis, distributio et sumtio, seu externa, quae dicitur, oralis manducatio benedicti panis et vini, item corporis et sanguinis Christi perceptio."

f) Gerhard X. 416. „Quamvis vero circa tempus paschatis, et quidem vespera diei, institutio huius sacramenti facta sit, nequaquam tamen hoc ipso ad certum anni ac diei tempus administratio eiusdem alligata censeri debet, sicut olim *Tessaradecatitae*, *Quartadecimani* et *Paschalitae* statuerunt, diem decimum quartum Martii (rectius mensis Nisan) ad coenae dominicae usurpationem requirebant; sed quoties vere pius consolatione in hoc mysterio propositа indiget, seque probare potest, toties citra superstitiosum temporis discrimen ad illud accedere et potest et debet." In ecclesia primitiva, apostolicae vicina, inter crudelissimas adversariorum vexationes, singulis fere diebus Christiani coena s. utebantur; postea singulis diebus dominicis (Augustin. de eccles. dogm. c. 53.), alii tribus festis praecipuis. Concil. Lateranense sec. XIII, praeside Innocentio III h., coenae s. usum ad festum diei resurrectionis Iesu Chr. adstrinxit. Lutherus in catech. min. praefat. 364. et mai. 560. crebriorem s. coenae usum commendavit.

g) Aug. Conf. Art. XIV. p. 13. „De ordine ecclesiastico docent, quod nemo debeat in eccl. publice docere, aut *sacramenta* ad-

ministrare, nisi rite vocatus." Cf. Artt. Smalc. de potestate et iurisd. episcopor. 353. „In casu necessitatis absolvit etiam Laicus et fit minister ac pastor alterius."

h) Confessio peccatorum, quanquam pro instituto mere humano recte habetur, nullis Iesu Chr. Apostolorumve effatis sancito, a sacrorum emendatoribus, sicut absolutio non est abolita. Minime tamen ad eam requiritur enumeratio omnium vel singulorum delictorum. (Conf. Aug. de abus. IV. 27. „Confessio in ecclesiis apud nos non est abolita. Non enim solet porrigi corpus Domini, nisi antea exploratis et absolutis." Apolog. Conf. Aug. VI. 181.) Confessioni et absolutioni *privatae* temporis successu plurimis in ecclesiis Lutheranis *publica* vel addita vel substituta est.

i) Coenam s. et infantibus concedere, quod, sec. III iam usitatum, ipse Augustinus vel necessarium esse ad salutem aeternam consequendam, ex Io. 6, 50. duxit (ep. 109. de pecc. mer. et rem. I. 27.), in ecclesia occidentali sec. XII abrogatum est; in eccl. orientali autem haec eucharistia infantum mansit.

k) Gerhard X. 581 s. Baumgarten III. 580 s. cf. Luth. Catechism. mai. 562 s. — Teste Luca (ev. 22, 20. 21.), etiam Iudas Cariotensis coenae s. a Christo institutae interfuit. Cf. tamen Io. 13, 30.

§. 177.

Epicrisis.

Quanquam formula illa Lutherana ad proprium verborum institutionis sensum propius accedere videtur, et mystica quadam rerum invisibilium adumbratione, quae ad excitandos fovendosque sensus pios in animis rudiorum potissimum haud inepta est, admodum sese commendat, gravissimis tamen impugnata est argumentis, partim philosophicis, partim philologicis, aegerrime refutandis. *Primum* fieri non potuit, ut Christus, vivus adhuc, corpore et sanguine integro, cum suis coenae accumbens, corpus et sanguinem vere et substantialiter iis porrigeret, et ut discipuli, Iesum praesentem coenae accubantem contuentes, tale

quid, nulla quidem inusitati cuiusdam sensus verborum aut mysterii alicuius mentione adiecta, eum eloqui, sibi fingerent. Iesum autem non in omni hoc loco proprie locutum fuisse, patet e Luc. 22, 20., ubi calicem novum foedus appellasse perhibetur. Accedit, quod Apostoli, quibus lege Mosaica strenue interdictum erat sanguine vesci (Lev. 17, 10 ff. coll. 3, 17. 7, 26 f. Gen. 9, 4. Deut. 12, 16. 23. al.), sacro quodam horrore perculsi eiusmodi epulas Thyesteas repudiaturi fuissent, si vero sanguine et corpore summi benefactoris ipsis vescendum erat [a]). *Deinde* cogitari nequit, corpus et sanguinem Christi etiamnum in coena s. vere exhiberi, quia, ex ipsorum formulae istius defensorum sententia, Christo ad dextram Dei exaltato nec corpus terrestre nec sanguis animalis esse potest; sin autem aliud quoddam corpus, glorificatum, quod dicitur, illi attribueris (§. 130.), nihilo minus eo fit clarum, eiusmodi corpus, ubicunque eucharistia celebratur, vere adesse vel saltem operari posse; namque commentum illud de unione sacramentali plane incomprehensa, at vero credenda, ad Scholasticorum somnia omnino relegandum est [b]). *Denique* manifestum est, exhibitionem veri et substantialis corporis et sanguinis Christi in s. coena plane nullius frugis esse, quippe quum eiusmodi effectus supernaturalis nec experientia percipi queat, nec aliud quicquam, quam quod simplici panis et vini usu, efficiatur. Quae quum ita sint, per se patet, Iesu Christo, qui sapientissime cultum Dei internum eundemque rationalem praecepit (Io. 4, 24. 6, 63. Rom. 12, 1. 1 Thess. 5, 21.), sententiam istam omnino attribui non posse, nisi luculentissimis scriptorum ff. testimoniis confirmata fuerit.

a) Schulz *Die chr. Lehre v. heil. Abendmahl.* L. 1824. p. 71 ff. Animus ingenuus et qui nondum omnem humanitatem exuit, non potest non ingenti horrore perfundi, incidens in eam cogitationem, ut sibi vescendum sit carne ac sanguine cuiuscunque hominis, nedum summi benefactoris, amici, magistri.

Itaque discipuli Christi non sine cunctatione ac vehementi contradictione, quam aliis in rebus miris ac novis sibi visis prae se ferre non dubitarent, fructum tam flagitiosum et inauditum, tanquam legem, imponi sibi passuri fuisse videntur. Quum vero in sacra coena instituenda nihil eos offenderet ac miros haberet, cogitasse videri debent de fructu, qui, quanquam sub imagine oblatus, tamen animo, non corpore perciperetur. — Praeterea quod Iudaeis eo tempore gravi lege interdictum erat, ne sanguine vescerentur, ne iis quidem licebat, qui e paganorum numero inter Christianos recepti essent. Iam vero si in s. c. instituenda Apostolis verus sanguis bibi visus esset, necesse erat, ut hunc usum a ceteris secernerent, quantumque Christi sanguis vetito potu distaret, ostenderent, vel leviter saltem significarent. Veruntamen nusquam in N. T., ubi communes Christianorum epulae, quibuscum s. c. usus coniungi soleret, commemorantur, ne minimum quidem additur, quod indicet, corpore gustari sanguinem et corpus Christi; imo potius de animo Christi suscipiendo, de voluntate eius per discipulos propaganda, de memoria eius inter suos non interitura narratur ac praecipitur; quemadmodum etiam Ioannes Iesum ipsum nihil aliud commemorantem exhibet, nisi beneficia sua hominibus tributa, sed quae sub sensus non cadant, nec nisi animum ad omnem virtutem excolendum spectent (Ev. 6, 63.).

b) Cic. de nat. deor. I. c. 26. „In Deo quid sit *quasi corpus*, aut *quasi sanguis*, intelligere non possum; ne tu quidem; sed non vis fateri." Ib. III. 16. „Ecquem tam amentem esse putas, qui illud, quo vescatur, Deum credat esse?" — Schulz l. l. p. 5. „*Mit Gott und göttlichen Dingen, mit der Geisterwelt, vermögen wir nimmer auf sinnliche Weise, nur mittelst unseres lebendigen Geistes, welcher göttlichen Ursprungs und göttlicher Art ist (Apostelg. 17, 28. 29.), in Berührung und Gemeinschaft zu kommen (1 Cor. 2, 14.).*" — p. 69. „*Die Vorstellung von einem — zu geniessenden leiblichen Christus erscheint als ein unchristlicher, zumal ganz unevangelischer Reliquiendienst.*"

§. 178.

Continuatio.

E singulis librorum ss. effatis de s. coena diligenter examinatis facile intelligitur, Luthero sancte servatae a se verborum proprietatis opinionem illusisse;

non tam enim ſententiae, his verbis expreſſae, curioſus indagator, quam nudorum verborum potius, et ſenſus, quem ipſe ſubiecerat his verbis, pertinax defenſor fuit [a]). Paulus Apoſtolus, qui ſolus narrationem ab evangeliſtis traditam de hoc ritu breviſſimam paucis commentatus eſt, pane et vino in euchariſtia nos frui diſerte affirmat (1 Cor. 11, 26 — 28.), et verba adiuncta de eo, qui indigne hac coena utitur: ἔνοχος ἔσται τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦ κυρίου — μὴ διακρίνων τὸ σῶμα τοῦ κυρίου — (vv. 27. 29.), nullo modo nexum quemquam *ſubſtantialem* inter corpus ſanguinemque Chriſti et inter ſymbola declarant, ſed ſimpliciter e ſigno aut ſymbolo rei cuiusdam contemto ad ipſius rei ſignatae contemtum recte concludi ſignificant. *Praeterea* Chriſtus ipſe, apud Ioannem (Ev. 6, 56. 63.), omnem fructum carnis et ſanguinis ſui proprie acceptum repudiavit, ſeque dictione iſta allegorica duriore (comm. 50 ff.) intimam tantum doctrinae ſuae perceptionem intelligi voluiſſe [b]), aperte teſtatus eſt. Argumentum *denique*, quod e κοινωνία τοῦ αἵματος κ. τ. σώμ. τοῦ χρ. 1 Cor. 10, 16 ff. commemorata petitur, iam ſupra dictis (§. 173.) refutatum eſt, et ſi preſſius urgeretur, paganos quoque Diis ſuis vere frui aeque probaret. Zwingliana vero formula, omnia referens ad vivam ſignificationem et piam Chriſti expiatoris contemplationem, ſimplicitate facilique intellectu quidem admodum commendabilis eſt, hoc tamen vitio laborat, quod non omnem huius inſtituti ſenſum ſymbolicum comprehendit atque adumbrat, quippe quae, cur ſymbolis in coena ſ. exhibitis veſcendum ſit, parum explicat.

a) Henke Lin. fid. Chr. 249.

b) Schulz l. l. p. 163 ff.

§. 179.

Conclusio.

In tanta opinionum et superstitionum diversitate, qua implicatur et depravatur huius coenae vera ratio et solennitas peculiaris, iam videndum est, quae significatio ex universis scriptorum ss. effatis, *symbolicam* et *mnemonico-practicam* huius instituti indolem satis perspicue demonstrantibus, eucharistiae etiamnum recte possit attribui. 1. Panis in frusta fractus et vinum e vase ampliore in calicem effusum signa seu figurae sunt corporis Christi necati et sanguinis eius effusi ideoque symbola mortis, quam subiit in commodum cultorum suorum (ὑπὲρ ὑμῶν, ὑπὲρ πολλῶν), praesertim ad doctrinam salutarem ipsis propositam confirmandam. 2. Vinum effusum simul symbolum referens sacrificii alicuius foederalis, vel potius sanguinis victimarum, quo foedera sanciri solebant et quo ipsum religionis Mosaicae institutum sub foederis nomine sancitum est (Ex. 24, 8. Hebr. 9, 19—23.), non solum inaugurationem religionis recens institutae ob oculos ponit (Hebr. 13, 20.), sed etiam omnes huius coenae participes ad profitendam religionem Christianam initiat atque obstringit. 3. Praeterea symbolis in eucharistia exhibitis mors Christi tanquam insigne quoddam sacrificium piaculare proponitur, in locum omnium ante usitatorum expiationis rituum suffectum, quo, doctrina Christi solenniter sancita, nova quaedam hominibus ad veniam peccatorum obtinendam via aperta est. 4. Ipsa autem susceptio symbolorum mortis Christi in s. coena praescripta haud obscure indicat, in societatem seu communionem quandam, qui ea fruuntur, venire Christi ipsius mortem perpessi, ita, ut Christum, morali quadam ratione coena utentibus praesentissimum, h. e. universam eius doctrinam exemplo et morte ipsius confirmatam, quasi in se recipiant (1 Cor. 10, 16 ss. Io. 6, 56. 63.) [a]). — 5. Coena illa solennis non nisi con-

iunctim cum aliis celebranda [b]) praeclariſſime adumbrat aequalem omnium mortalium coram Deo, legis moralis ſummo auctore atque vindice, conditionem et mutui amoris vinculum, quo Chriſti cultores inprimis inter ſe coniunguntur. (1 Cor. 10, 17.) — 6. Ex ſupra dictis conſequitur, hunc ritum et noſtra aetate ab omnibus Chriſtianis vario cum fructu ſalubri concelebrari poſſe, dummodo animo bene praeparato ad eum acceſſerint. (1 Cor. 11, 27.)

a) Paulus *Heidelb. Jahrb.* 1824. *Nov.* p. 1054: „*Seine leibliche Gegenwart benutzen nannte Jeſus nach Joh.* 6, 53—57. *orientaliſch das Eſſen ſeines Leibes und Blutes. Vgl. das orientaliſche Bild, eine Buchrolle zu eſſen, für den Begriff: ihren Sinn ganz in ſich aufzunehmen (Ezech.* 3, 1. *Apok.* 10, 9.) *etwa mit dem Latinismus:* Ciceronem in ſuccum et ſanguinem convertere."

b) *Privata* quae dicitur communio, a Luthero ipſo improbata (Artt. Smalc. P. II. a. II. 307.), a theologis recentioribus perperam commendata (Doederlein Inſt. Theol. Chr. II. 789.), nemini niſi aegrotis recte conceditur, verum ſic inſtituenda, ut familiae, propinqui aut amici huic ritui celebrando interſint. Reinhard *Dogm.* 604.

§. 180. a.

Continuatio.

Eſt ergo ſacra coena ſolennis *fruitio* panis et vini tanquam ſymbolorum mortis Chriſti, quam qui celebrant huius mortis et omnis meriti Chriſti, maxime vero diſciplinae et exempli eius, modo ſolenni admoniti, ad veram in Deum et Chriſtum pietatem et ad humanitatem erga alios excitantur atque obſtringuntur, et ſpe veniae peccatorum felicitatisque aeternae, ſummo et indefeſſo virtutis ſtudio parandae, imbuuntur. Sic panis et vinum in euchariſtia exhibita ſigna non ſolum *ſignificantia* recte dicuntur, ſed etiam ſigna ſ. ſymbola *exhibitiva*, quippe quae morali quadam ratione, totum Chriſtum, qualis et quantus fuit doctor ille divinus

doctrinam suam morte obsignans, fruentibus repraesentant, et officium illum strenue sequendi gravissime iis iniungunt (Io. 6, 56.), ita, ut ad illius exemplum pro eo, quod verum atque honestum est, vel mortem subire haud timeant [a]). Haec explicatio tum verbis institutionis, tum ceteris N. T. praeceptis purioribus optime convenit. Commendatur praeterea eo, quod magister ille sapientissimus, si alium quenquam sensum mysticum verbis ab ipso pronunciatis a discipulis tribui voluisset, id ipsum diserte monere haud omissurus erat. Etsi vero hic ritus, quatenus vel vera vel symbolica quadam corporis humani manducatione et sanguinis humani bibitione continetur, recentioris aetatis hominum iudiciis ac moribus non aeque consentit, quam populorum antiquiorum opinionibus atque institutis; tamen et nostra aetate, dummodo sapienter et aevi cultioris ingenio accommodate institutus fuerit [b]), in usum moralem optime converti potest. Quare valde optandum est, ut frequentior huius sacramenti usus, cui tam gravia insunt ad pietatem humanitatemque incitamenta, saniore totius instituti explicatione et administratione, nec minus procerum exemplo, hoc sacramento saepius utentium, denuo commendetur. Ceterum quum illa opinionum quarundam diversitate vis et fructus sacrae coenae minime periclitetur, et quum ipsa scriptura s., permittente providentia divina, brevissime tantum et obscurius, de hoc ritu praeceperit; dissensus a vulgari aliqua sententia, modo ne finis sacramenti moralis omnino negligatur, nemini opprobrio esse potest [c]).

a) Ruperti V. Cl. l. supra (§. 175. *n.*) l. eandem fere sententiam amplexus est.

b) Quum fuerint, qui communionem calicis valetudini infestam esse demonstrarent, v. Gruner *Almanach für Aerzte, fürs Jahr* 1783. p. 87 ff. 1785. 159 ff., videndum est, ut pericula inde metuenda praecaveantur et avertantur, v. c. usus calicis, e quo per fistulam vinum fugitur, in nonnullis ecclesiis conservatus, abrogetur. De *fistulis eucharisticis*, iam sec. VIII. in

ecclesia occidentali usitatis v. J. Vogt Historia Fistulae eucharisticae. Brem. 1740. Ed. 2. 1771. *Curiositäten.* B. IV. St. 4. 324 ff. *Die Abendmahls-Röhrlein*, ubi varia hac de re scripta laudantur.

c) Reinhard *Dogm.* 4. *A.* p. 591. Bretschneider *Handb. d. Dogm.* 2. *A.* 714.

§. 180. b.

De consociandis ecclesiis Lutheranis et Reformatis.

Quum excolenda ratione humana et philosophia, itemque scripturae s. interpretatione res eo pervenerit, ut prudentiores ecclesiarum Lutheranae et Reformatae sodales sibi persuaserint, religionis Christianae maximum momentum esse in moribus ad bene honesteque vivendum regendis et ad Christi exemplum et disciplinam pie conformandis, iidemque perspexerint, vanam esse in retinendis istis de praesentia Christi substantiali (§. 178 ff.) et de decreto absoluto (§. 147.) sententiis, inutilium olim controversiarum altricibus, pertinaciam, et quum praeterea fere nullum amplius inter istos coetus, nisi quod in sacra coena celebranda positum est, discrimen gravioris momenti intercedat [a]); non solum optabile est, sed etiam facile perficiendum, ut funestum illud inter Lutheranos et Reformatos discidium tandem aliquando prorsus tollatur, et utrique communi Evangelicorum vel Protestantium nomine inter se consocientur. Qua de re quum nuper etiam inique ac perverse a nonnullis iudicatum sit, quae vel ad hominis Christiani officium, vel ad consilii prudentiam pertineant, iam paucis exponemus.

I. Ac primum quidem officii est illud discidium componi et aboleri. Est enim ex falsa verborum, quibus Christus in instituenda s. coena usus est, interpretatione coortum, et pertinacia quadam et rixandi libidine eorum, quibus sacrorum emendatio sec. XVI debe-

betur, inprimis Lutheranorum, auctum et confirmatum. Idem consilio, quo Iesus Chr. s. coenam instituit, memoriae ipsius, quippe omnium hominum amantissimi (Io. 15, 13.), celebrandae mutuumque inter Christianos amorem augendi (1 Cor. 10, 17.) primarioque Christianae religionis praecepto (Matth. 22, 38. 39. Io. 13, 34. 35. 1 Cor. 13. 1 Tim. 1, 5.) prorsus adversatur. Itaque iam Melanchthon, cuius et sanior et mitior erat de his rebus sententia, editione Augustanae Confessionis mutata (§. 176.) coniunctionem inter illos coetus diffidentes perficere studuit, nec post eum defuerunt homines pii ac sapientes, qui diversis temporibus, ut illud discidium tolleretur, elaborarent [b]); id quod inde a reformationis sacrorum tertiis secularibus pie celebratis in compluribus Germaniae partibus felicissimum habuit successum [c]).

II. Utilem vero esse huiusmodi consociationem, facile intelligitur. Non solum enim hac ratione tum veterum discordiarum stirpes ac semina interficiuntur, tum novis discidiis obviam itur; sed etiam multa, quae ex iis ad sacrorum administrationem, ad scholas et vitam domesticam permanabant incommoda, tolluntur; denique ecclesia evangelica adversus pontificiae auctoritatis abusum, Iesuitarum machinationes aliorumque insciticae patronorum tenebricosos ac malevolos errores defenditur ac munitur.

III. Haec vero consociatio hac potissimum ratione obtineri potest, ut s. coena, quantum id per externam ecclesiarum formam et constitutionem fieri potest, ad pristinam simplicitatem et caerimoniam, reiecta simul, quae illam praecedere solet, confessione *privata*, reducatur. 1. Itaque primum, ad externam formam quod attinet, commendandus est panis idonei et esculenti usus, pro illis panicellis aut pastillis, qui barbaro *oblatarum* nomine sec. demum XI in ecclesia occidentali pervulgati sunt. Isque panis frangendus est in frusta; quo quidem ritu, consentientibus auctoribus biblicis,

primarium huius caerimoniae ſymbolum continetur (1 Cor. 11, 24.); denique adhibendum eſt distributioni ſ. coenae dictum aliquod N. T., quo ipſa controverſiarum de his rebus olim agitatarum memoria prorſus obliteretur. 2. Deinde magnopere in eo elaborandum eſt, ut in dies magis magisque illuſtretur rectiusque perſpiciatur coenae ſ. vera et praecipua vis, quae poſita eſt in memoria Ieſu Chriſti pie recolenda, in recordatione doctrinae eius et mortis propter eam ſusceptae vividius excitanda, itemque in propoſito vitae ad leges divinas exigendae, idque, quod verum et rectum et iuſtum ſit, vel cum vitae periculo defendendi augendo et corroborando. 3. Quum autem nec Ieſus ipſe nec Apoſtoli ad ſ. coenam recte celebrandam certum aliquod dogma neceſſario credendum vel ſuppoſuerint, vel requiſiverint; praeterea, quum ex lege *Proteſtantismi*, in rebus divinis humana auctoritas nemini imponere aut mentem praeſtringere debeat, quo minus ipſe, quid ſcriptura ſ. praecipiat, explorare, et quid religionis ac virtutis officia poſtulent, intelligere poſſit; denique ſ. coenae utilitas moralis non ex quoquam decreto ſuper ſenſu verborum, quibus illa a Chriſto inſtituta eſt, pendeat [d]): nemini licet Chriſtianis certum aliquod dogma obtrudere, ſed potius ius et fas eſt, varietatem ſententiarum, modo ne finis huius ſacramenti moralis prorſus pervertatur aut obſcuretur, in hac cauſa placide ſedateque tolerare. 4. Poſtremo ut illa Lutheranorum ac Reformatorum conſociatio perficiatur, neceſſe eſt, ut ea a ſummis rerum eccleſiaſticarum praeſidibus populo ſtudioſe commendetur, et quantopere vel Chriſti praeceptis, vel humanitatis officiis reſpondeat, a verbi divini miniſtris et *presbyteriis* explicetur, ita tamen, ut eorum offenſio vitetur, qui vel imbecillitate ingenii, vel animi anguſtiis oppreſſi nondum potuerunt ad meliorem harum rerum intelligentiam evolare. Ceterum cavendum eſt eccleſiarum antiſtibus, ne forte ex illa utriusque partis

Proteſtantium conſociatione *iura paſtoralia* detrimenti quid capiant; ideoque curandum, ut pecunia pro auditione confeſſionis peccatorum et abſolutione hucusque inter Lutheranos eccleſiae miniſtris perſoluta (in qua quasdam indulgentiarum a Pontificibus Romanis venditarum reliquias agnoſcas), aliis modis iisque liberalioribus et magis decoris reſarciatur. 5. Denique reliquarum caerimoniarum, quae apud Lutheranos, quippe ad Pontificiorum ritus propius accedentes, frequentius in uſu, apud alios aliter inſtitutae et adminiſtratae fuerunt, ut v. c. aut in altaribus coena ſ. celebretur aut in menſis ligneis, menſa ſacra tapetibus ornetur, lampades et candelae accendantur, quo quidem tempus huius coenae a Chriſto inſtitutae haud inepte ſignificatur, verba inſtitutionis non recitentur ſed decantentur, ut ſignum crucis, imagines aliaeque res externae adhibeantur etc. *e*), ſumma ſit libertas, ita, ut eas vel conſtituendi vel retinendi vel etiam reiiciendi ſingulis coetibus, auctore quidem uniuscuiusque Presbyterio, facultas iure meritoque concedatur (Io. 8, 32. Gal. 5, 1.). Omnino autem in eiusmodi rebus, quae ad cultum religionis externum pertinent, iudicandis conſtituendisque videndum eſt, ut ad ſ. ſ. decreta, quae Deum mente potiſſimum pura piaque colendum eſſe praecipiunt, proxime accedatur et eccleſiae antiquiſſimae norma ſimplicior magis magisque revocetur. Ceterum conſociatio illa, non niſi formula doctrinae publica ad typum doctrinae biblicae ſimpliciorem conformata et emendata, optime firmari poterit *f*); ita, ut in neceſſariis tantum, ſ. in iis religionis praeceptis, quae ab Ieſu ipſo recte repetantur, utriusque ſit unitas, in dubiis ambabus libertas in omnibus vero caritas ſtabiliatur.

a) Quae praeterea intercedunt inter Lutheranos et Reformatos differentiae in formulis certis pertinaciter retinendis, ea leviſſimi ſunt momenti et ſic commode tolluntur: Pro verbis in *oratione dominica* apud Lutheranos uſitatis: *Vater unſer!*, quibus Lutherus in Catechismo haud dubie propterea uſus eſt,

ut parvuli eo facilius formulam Germanicam Latinae (*Pater noſter!*) ſupponerent, rectius dicitur cum ipſo Luthero, bibliorum locum Matth. 6, 9. et Luc. 11, 2. ita vertente: *Unſer Vater!* — In *precatione ſeptima*, ubi Lutherus et in bibliis et in Catechismo ἀπὸ τοῦ πονηροῦ *vom Uebel*, Reformati autem *vom Böſen* et rectius quidem vertunt, cf. Eph. 6, 16. 1 Io. 2, 13. Io. 13, 2., quum ſub imagine Satanae complexus mali moralis aeque ac phyſici, ſignificetur, ſenſus, ſive *vom Böſen*, ſive *vom Uebel* dicas, eodem fere redit. — Discrepantia autem illa, qua Lutherani ad exemplum Pontificiorum praeceptum decalogi Moſaici ſecundum (Ex. 20, 4. Deut. 5, 8.) de Deo imagine haud repraeſentando perperam omiſerunt, et e decimo (Ex. 20, 17. Deut. 5, 21.), ſcilicet ut numerum decimum aequarent, duo fecerunt, verbis ſcripturae ſ. ad exemplum Reformatorum reſtituendis tolli debet. Wiſs Diſſ. de unitate Evangelicorum praecipue in Haſſia Electorali perficienda. Hannov. 1822. 4. p. 24 ff.

b) De Philippo Magnanimo, Haſſiae Landgr., qui a. 1529 ff. diſſidentes ad conſenſum coniunctionemque revocare ſtuduit, v. Planck *Geſch. d. proteſt. Lehrbegr.* II. 515 ff. III. 1. 68 ff. Notentur prae ceteris Dav. Paraeus, Theol. Heidelb. (Irenicum ſ. de unione et Synodo Evangelicorum concilianda liber votivus. Heidelb. 1614.), Geo. Calixtus (De tolerantia Reformatorum conſultatio —. Helmſt. 1697. 4.) eiusdemque filius Fr. Ulr. Calixtus (Via ad pacem inter Proteſtantes reſtaurandam. Helmſt. 1700. 4.), Leibnitius (Kapp *Samml. einiger vertr. Briefe des Frhrn.* v. Leibnitz *u. des Berl. Hofpred.* Jablonski, *auch and. Gel., beſ. üb. d. Vereinig. d. Luther. u. Ref. Relig.* L. 1747. Henke *Kirchengeſch.* IV. 564. 4. *A.*), Phil. Jac. Spener (Conſilia theoll. P. I. 102 ff.), Chr. Matth. Pfaff (*Geſammlete Schriften, ſo zur Vereinig. d. proteſtirenden Kirchen abzielen.* H. 1723. II.), Jo. Alphonſ. Turretin (Or. de componendis Proteſtantt. diſſidiis in Dilucidatt. III. 329 ff.). Nec minus iuſta laude celebrentur ſtudia Principum Brandenb. et Boruſſiae irenica, miti cum ſapientia coniuncta, Electt. Ioannis Sigismundi, Friderici Wilhelmi Magni, et Regum Friderici I., Friderici Wilhelmi I., Friderici II. Magni et Friderici Wilhelmi III., cuius conſilio ſapientiſſimo de conſociandis eccleſia Lutherana et Reformata ut feliciſſimus bono cum Deo ſucceſſus contingat, nemo eſt, quin exoptet. Vid. egregium Regis Aug. Edictum hac de re promulgatum d. 27. Sept. 1817., rec. in Schulz *Die chr. Lehre v. Abendmahl.* L. 1824. p. 325 ff.

Scripta, quae consilia ac tentamina componendi Protestantium dissidia illustrant, rec. Pfaff Hist. lit. theol. II. 181 f. Beck Commentt. 152. Add. G. J. Planck *Ueb. d. Trennung u. Wiedervereinigung d. getrennten christl. Hauptpartheien, mit einer kurzen histor. Darstellung — der Versuche, die zu ihrer Wiedervereinigung gemacht wurden.* Tüb. 1803. Schröckh *Kirchengesch. seit d. Reformation.* VIII. 1808. 221 ff. F. S. G. Sack *Ueb. d. Vereinig. d. beiden protest. Kirchenparteien in der Preuss. Monarchie.* B. 1812. Discrimen olim positum inter *unionem absorptivam*, *temperativam* et *conservativam*; nuper de consociatione *rituali* et *dogmatica* quaesitum. *Dogmaticam* prae ceteris commendarunt Bretschneider *Aphorismen üb. d. Union d. beiden evang. Kirchen in Deutschland, ihre gemeinschaftl. Abendmahlsfeier u. den Unterschied ihrer Lehre.* Gotha. 1819. Von Coelln *Ideen üb. d. innern Zusammenhang d. Glaubenseinigung u. Glaubensreinigung in d. evang. Kirche.* L. 1824. Cf. *Allg. Lit. Zeit.* 1824. Nr. 219. p. 85. „*In wie fern es bei Vereinigung der beiden protestant. Kirchen, in Ansehung des Glaubensbekenntnisses, auf Uebereinstimmung in denjenigen Lehren ankommt, wodurch sie früher getrennt waren: so scheint, um eine sich hierauf beziehende Glaubenseinigung zu begründen, nichts mehr erfoderlich zu seyn, als dass die unirten Kirchen, wie es in der Vereinigungsurkunde der luther. und ref. Confessionen im Baierschen Rheinkreise bestimmt ist,* a) *keinen andern Glaubensgrund erkennen, als die h. Schrift*; b) *das h. Abendmahl für ein Gedächtniss Jesu und der Vereinigung mit ihm erklären*; c) *hinsichtlich der Prädestination und Gnadenwahl sich überzeugt bekennen, dass Gott alle Menschen zur Seligkeit bestimmt hat und ihnen die Mittel nicht vorenthält, derselben theilhaftig zu werden. — Ungleich wichtiger müsse es seyn, in den Verehrern Jesu, als des Stifters der christl. Kirche, einen wahrhaft christl. Sinn zu wecken, zu stärken, zu erhöhen, als sie durch das Bekenntniss neuer Glaubensformeln zu vereinigen.*" Paulus *Der Denkglaubige.* I. 1825. p. 34. „*Erst seit die Regierungen, welche das Theologischwissenschaftliche zu studieren keine Pflicht haben, auch die darin entstehenden Unterschiede und neuen Behauptungen, sowie in andern den Staat noch viel näher betreffenden (z. B. ob Stahlianismus oder Brownianismus das rechte Lehrsystem sei) Wissenschaften, den öffentlichen Discussionen der Männer von Fach überliessen, seitdem dann die herrschgierigen Berather dadurch sich nicht mehr wichtig machen konnten; seitdem man daher auch durch die Lehrformeln und die Absolution des Geistlichen selig zu werden, sich nicht mehr bereden liess; sah auch der denkglaubige Theil der*

ſogenannten Laien klar, daſs es vor Gott auf bibliſch-chriſtliches einfaches, aber herzlich beſſerndes Lehren und Leben, nicht aber auf dialektiſches Meinen ankomme, und daſs die luth. u. ref. Kirchen keinen Grund haben, wegen bloſser Auslegungen eines einfachen und von Jeſus nicht für geheimniſsvoll erklärten Iſt länger in unproteſtantiſcher Sonderung zu beharren."

c) Eccleſiae Lutheranae et Reformatae bene feliciterque nuper conſociatae ſunt, quae ſumma harum praeſidum et antiſtitum, nec minus reliquorum ſociorum, laus eſt, in Regni Boruſſici partibus nonnullis (Böckel *Ireneon.* Bd. I. II. Berl. 1821 f.), in toto Magno Ducatu Naſſovienſi a. 1817. (Stäudlin u. Tzſchirner *Archiv für Kirchengeſch.* P. IV. p. 165.), in Principatu Hanovienſi (*Die Synode v. Hanau. Nach Actenſtücken.* Hanau. 1818.), in Regni Bavarici parte transrhenana (*Kurze Nachricht v. d. Verhandlungen d. prot. General-Synode zu Kaiſerslautern vom 2. bis* 16. *Aug.* 1818. Speier. 1818. *Vereinigungsurkunde.* ibid. 4.), in Ducatu Anhaltino-Bernburgenſi (Krummacher *Ueb. d. Wiedervereinigung der beiden Confeſſionen in d. evang. Kirche.* Bernb. 1820.), in Duc. Waldeccenſi et Pyrmontano a. 1821. (Wachler u. Schulz *Neue theol. Annalen. Febr.* 1823. *Theol. Nachr.* p. 38 ff.), in Magno Ducatu Badenſi (*Evang. Kirchenvereinigung im Groſsherzogth. Baden nach ihren Haupturkunden u. Documenten.* Heid. 1821. Solennia huius conſociationis celebrata ſunt d. 28. Oct. 1821.), in Magni Duc. Haſſ. parte Rhenana a. 1822. (*Allg. Kirchenzeit.* 1823, Nr. 5. et Böckel *Ireneon.* V. II. Heft 1. p. 63 ff.)

Impugnarunt huiusmodi conſociationem Cl. Harms in l. 95 *Theſen.* 1817. Ammon *Bittre Arznei.* 1817. Cui reſpondit Schleiermacher *An Hn. Ob. Ammon üb. ſeine Prüfung der Harmſiſchen Sätze.* B. 1818. — Ammon *Antwort auf d. Zuſchrift des Hn. D. Schl.* L. 1818. Schleiermacher *Zugabe zu ſeinem Schreiben an Hn. Ob. A.* B. 1818. — J. A. H. Tittmann *Ueb. d. Vereinigung d. evang. Kirchen.* L. 1818., contra quem praeter alios inſurrexerunt Alb. K. de Marées *Gegen eine Tittmanniſche Verunglimpfung in ſ. Schrift* —. Deſſau. 1818. et auctor l. *Trauriger Kampf des Hn. D. Tittmann wider d. Vereinigung d. ev. Kirchen* —. *Von einem Laien.* H. 1818. — Sententiam antea propoſitam denuo defendit Ammon *Ueb. d. Hoffnung einer freien Vereinigung beider proteſt. Kirchen. Ein Glückwünſchungsſchreiben an d. Hn. Antiſt. D. Heſs.* L. 1818. — Commendarunt ſtudia irenica, nuper agitata, Blanc *An meine Mitbürger üb. d. Kirchenvereinigung.* H. 1817. C. F. Cramer *Ueb. d. Vereinigung d. evang. Confeſſionen u. ihre feſte Begrün-*

dung, mit bes. Rücksicht auf den Preuss. Staat. Königsb. 1818. Bretschneider l. supra n. *b.* laud. Cf. Röhr *Neueste Predigerliteratur.* B. II. H. 1. 1819. 39 ff. Schröter u. Klein *Für Christenthum u. Gottesgel.* B. II. H. 3. 4. Böckel *Ireneon* —, ubi plurima hac de re scripta recensentur. Friedemann Pr. de summa Chr. doctrinae atque rationis humanae in rebus necessariis et immutabilibus consensione, optima diversarum partium conciliatrice. Wittenb. 1821. 4. Germanice vertit F. A. Beck. L. 1824. — Auctor l. *Briefe üb. die Union d. beiden evang. Kirchen.* Essen. 1823. — Von Coelln *Ideen* —. F. L. Koch *Der evangel. Verein.* B. 1824.

d) Reinhard *Dogmat.* §. 161.

e) Aug. Conf. Art. VII. „Ad veram unitatem ecclesiae satis est, consentire de doctrina evangelii et administratione sacramentorum. Nec necesse est, ubique esse similes traditiones humanas seu ritus aut caerimonias, ab hominibus institutas. Sicut inquit Paulus: Una fides, unum baptisma, unus Deus et pater omnium", etc. (Eph. 4, 5. 6.) Calvini Instit. Chr. rel. 506. Ed. 1592. „Quod ad externum actionis ritum spectat, in manum accipiant fideles, necne; inter se dividant, aut singuli, quod sibi datum fuerit, edant: calicem in diaconi manu reponant, an proximo tradant; panis sit fermentatus, an azymus; vinum rubrum, an album, nihil refert."

f) Von Coelln *Ideen* —. p. 72 f.

Caput V.

DE ECCLESIA.

§. 181.

Doctrina biblica.

Christiana religio et omnia, quae ea continentur salutis per Christum obtinendae adminicula ut conserventur, propagentur et ad omnis generis homines, quippe qui sine institutione aliorum aegerrime ad veram religionem eniti posse videntur, propius admoveantur, optime prospectum est *ecclesia* Chr. instituta, cuius notio biblica non tam e Vetere Testamento, aristocratiam certam *politico-ethicam theocraticam* pro ecclesia sub-

ſtituente (Ex. 28, 1 ff. 33, 7.) [a]), quam e Novo Teſt. derivari debet [b]); cuius e ſolo fonte omnis doctrina de eccleſia, eius inſtitutis ac iuribus ex lege Proteſtantismi recte repetitur ac derivatur. Ieſus autem primus, rerum civilium et ſpiritualium ordine recte ſeparato (Matth. 20, 23 ff. 22, 15 ff. Io. 18, 36.), rationis ideam de eccleſia ſeu de civitate mere ethica ad moralem veri Dei legislatoris et iudicis ſupremi cultum promovendum atque confirmandum ſtabilita [c]), partim regni coeleſtis et ſocietatis intimae inter Deum hominesque per Chriſtum inſtituendae (Io. 17, 21.) imagine ſignificatam, v. c. Matth. 5, 8 ff. 11, 12. 28 — 30. 12, 28. 13. Luc. 17, 20. 21., partim diſtinctius adumbratam (Matth. 16, 18. 18, 17. 18. 26, 28. 28, 18. 19. coll. Io. 4, 23 ff. 17, 20 ff.) ſuis efficiendam conſtituendamque propoſuit [d]). Quam magiſtri divini ſententiam Apoſtoli ita amplexi ſunt, ut, ſecluſis rebus politicis, recens converſos in ethicam quandam ſocietatem ac diſciplinam reciperent (Act. 2, 1. 41 ff.), quae temporis ſucceſſu in multos diviſa eſt coetus ſingulares, laxiore quodam ſimilis cultus religioſi et mutui amoris vinculo coniunctos. Atque eccleſia ea, licet magiſtratibus civilibus praeſtaret obedientiam (Rom. 13, 1 ff. Tit. 3, 1 ff.), tamen in religionis cultu externo (Act. 15, 2 ff. 1 Cor. 14, 1 ff.), diſciplina (1 Cor. 5, 3 ff.) et inſtitutione publica moderanda (Act. 6, 2 ff. 15, 22 ff.) ſuis ipſius uſa eſt legibus, non ab uno alterove Apoſtolo, qui ceteris praeſuerit [e]), nec magis a ſolo Apoſtolorum coetu, ſed a plurimorum eccleſiae ſociorum conſenſu repetendis. (Act. 15, 6. 22.) Omnino autem eccleſia ex N. T. libris ita definiri poteſt, ut ſit ſocietas eorum veri Dei cultorum, qui baptismo initiati religionem Ieſu Chriſti profitentur.

a) Vitringa de ſynagoge vetere. Franeq. 1696. Leucopetrae. 1726. 4.

b) Verba קָהָל, עֵדָה, מִקְרָא, quae a LXX ἐκκλησία vertuntur, coetum hominum omnino ſignificant, item concionem (Pſ.

22, 23. 26, 12. — Pſ. 1, 5. 7, 8. Num. 28, 18. 25. 1 Sam. 19, 20. ἐκκλ. τῶν προφητῶν.), praeſertim concionem civium Israeliticorum rite convocatorum (Ex. 12, 3. 6. 47. 16, 1 ff. Lev. 4, 15. 8, 3 ff. Num. 27, 17. Ioſ. 22, 16. al.). De voce ἐκκλησία a verbo ἐκκαλέω evoco, convoco, eligo, vid. Suiceri Theſaur. eccl. et Biel Theſ. philol. h. v. Ammon *Bibl. Theol.* III. 190 f. Dicitur ἐκκλ., ſicut apud Platon. Apol. Socr. c. 12. Xenophont. de republ. Athen. c. 1. §. 9. Aelian. Var. Hiſt. IV. 10. V. 12. XIII. 37. Lev. 8, 3. Iud. 21, 8.; *a*) de quovis coetu, maxime populi, convocato Act. 19, 32. 39.; *b*) de coetu ſ. conventu eorum, qui Deum verum colunt Act. 7, 38. Hebr. 2, 12.; *c*) de univerſa ſocietate Chriſtianorum Matth. 16, 18. Gal. 1, 13. 1 Cor. 10, 32. 12, 28. Act. 20, 28. Eph. 1, 22.; *d*) de ſingulis Chriſtianorum coetibus Act. 8, 1. 13, 1. Rom. 16, 4. 5. 1 Cor. 1, 2. 16, 9. 19. al. (Huc referri poteſt locus apud Matth. 18, 17., qui quidem ſerius additus eſſe videtur. De Wette *Chriſtl. Sittenlehre.* I. B. 1819. 219 ff.); *e*) de congregatione coetus alicuius 1 Cor. 11, 18. 14, 19. 3 Io. 6., quae Iac. 2, 2. συναγωγή et Hebr. 10, 25. ἐπισυναγωγή nominatur. Metaphorice domus Dei 1 Tim. 3, 15., corpus Chriſti Eph. 4, 15. 16. 5, 23. et ſponſa Chriſti Apoc. 22, 17. appellatur.

c) Kant *Relig.* 140 ff. Stapfer de natura, conditore et incrementis reipublicae ethicae. Bern. 1797. Stäudlin in *Gött. Theol. Bibliothek.* I. 600 ff. III. 241 ff. Ei. *Dogmatik.* 476 f. Böhme *Die Relig. Jeſu Chr. aus ihren Urkunden dargeſtellt.* H. 1825. p. 134 ff. *Vom Geiſte der Rel. Jeſu Chr. in ihrem Verhältniſſe zur Kirche.* 155. „*Die Kirche Chriſti iſt geordnet als der für alle Menſchen gültige und geeignete Gottesſtaat.*"

d) Ziegler *Verſuch einer pragmat. Geſch. d. kirchl. Verfaſſungsformen in d. 6 erſten Jahrh.* L. 1798. Noeſſelt de una Dei in coelis terrisque familia ad illuſtr. loc. Eph. 3, 15. al., in Pott Sylloge commentatt. V. III. Eckermann *Handb. der Chr. Glaubensl.* III. 762 ff. G. Ch. F. Lücke Commentat. de eccleſia Chriſtianorum apoſtolica. Gott. 1813. 4. — Dubitatum eſt de Ieſu conſilio eccleſiam tanquam rempublicam externam conſtituendi. At locus ille Io. 4, 23. cum eiusmodi conſilio Chriſti, qui fundamenta ſaltem inſtituti illius externi ipſe iecisſe videtur, ſatis commode conciliari poteſt. Namque ſermo ibi eſt de tollendo cultu religioſo Hieroſolymis et in monte Garizim celebrato. Vid. tamen Planck *Geſch. der Chriſtl. kirchl. Geſellſchaftsverfaſſ.* Hann. 1803. I. 13. Ei. *Ueb. die Wiedervereinigung der getrennten Chriſtl. Hauptpartheien.* Tüb. 1803 ff. Lücke l. l. 87 ff. De Wette *Bibl. Dogmat.* 2. *A.* p. 228.

e) V. inprimis Artt. Smalc. De poteſt. et primatu Papae. 340 ff. Calvini Inſtit. rel. Chr. l. IV. c. 6. De primatu Romanae ſedis; et capp. ff. Commentum de Primatu Petri, quod mature iam ab epiſcopis Romanae eccleſiae divulgatum (Schröckh *Kirchengeſch.* VIII. 144. 167.), etiamnum a Pontificiis defenditur, fluxit e locis Matth. 16, 18. Io. 21, 15 ff. Minime tamen his dictis, quippe quae Petrum ſpectant ut doctorem, non ut gubernatorem et principem, ſingularis quaedam dignitas illi conceſſa probari poteſt. Imo aequales eſſe ſuos ipſe Chriſtus voluit (Matth. 18, 2 ff. Marc. 9, 34 f. Matth. 19, 27. 28.), nec fuit Petro ulla praerogativa et auctoritas maior (Gal. 2, 7—14.), nec quod in recenſendis Apoſtolis forte magis, quam conſilio primus nominatus eſt (Matth. 10, 2.), eum omnino principem fuiſſe demonſtrat. Praeterea Petrum Romae diu verſatum eundemque primum ibi epiſcopum fuiſſe, argumentis indubitatis hiſtoricis evinci nequit. Schröckh II. 150 ff. Beck 782. 84. Cf. tamen Bertholdt *Einl. in das A. u. N. T.* V. 2684 ff. Commentum vero illud, quo Petrum epiſcopatus ſui iura et ipſam auctoritatis Apoſtolicae praerogativas ad epiſcopos Romanos, tanquam ipſius ſucceſſores, transmiſiſſe confingitur, omni fundamento deſtituitur. Vid. prae ceteris E. S. Cyprian *Ueberzeugende Belehrung v. Urſprung u. Wachsthum des Pabſtthums.* 6. *A.* Hof. 1769. Juſt. Febronii (Jo. Nic. ab Hontheim) de ſtatu eccleſiae et legitima poteſtate Rom. Pontificis l. ſingul. Voll. IV. (Frcf.) 1763—74. 4., et quae recentius hac de re ſcripta l. Bretſchneider *Handb. d. Dogmat.* II. 2. *A.* 808. Add. Paulus *Sophronizon.* H. III. *Beilage* III. *Von d. Glaubwürdigkeit der Stollbergiſchen Geſchichte d. Religion Jeſu Chriſti.*

§. 182.

Conſtitutio eccleſiae primaevae.

Haec quidem ſocietas, ut Ieſum Meſſiam et doctorem ſummum (Matth. 23, 8.) totiusque reipublicae Chriſtianae caput (Eph. 1, 22. 4, 15 ff. Col. 1, 18.) venerata eſt, et Apoſtolos tanquam principes eius legatos coluit, ita ſingulis coetibus epiſcopos *a*) vel presbyteros (Act. 20, 17. 28. Tit. 1, 5. 7.) et diaconos praefecit (Act. 6, 2 ff. 16, 8 ff. 1 Tim. 3, 8 ff.), quorum aliis, in quibus et evangeliſtae et prophetae numerandi ſunt (Eph. 4, 11.), more iam apud Iudaeos recepto,

institutionis publicae, aliis oeconomiae ecclesiasticae potissimum negotia demandata erant, ita quidem, ut plurimi utroque negotio promiscue fungerentur [b]). In *doctrina* evangelica tradenda id maxime egerunt Apostoli eorumque socii, ut de summa et de fine eius morali consentientes (Luc. 24, 47.), *unitatem* moralem [c]) in profitenda nova religione mutuumque omnium amorem vehementer commendarent atque confirmarent (Io. 13, 34. 17, 20 ff. 1 Io. 3, 14. Rom. 12, 4 ff. 15, 5 — 7. 1 Cor. 12, 12 ff. Gal. 3, 28. Eph. 4, 3 ff.), quamvis in describenda Messiana Iesu provincia (Io. 1, 1 ff. Col. 1, 15 ff. Hebr. 1, 2 ff. — §. 82 ff.), et in aliis quibusdam sententiis proponendis, libertate evangelica freti (Gal. 5, 1. coll. Io. 8, 32.), diversis uterentur rationibus atque argumentis [d]), eodemque modo de ritibus cultuque externo constituendis (Act. 15, 20. 1 Cor. 8, 8. Gal. 2, 11 ff.) pro sua quisque opinione et pro singulorum coetuum, pari inter se auctoritate gaudentium, necessitatibus statuerent. *Disciplina* ecclesiastica Apostolis adeo iam curae fuit, ut infirmos quidem magna cum indulgentia ad meliorem frugem reducendos reliquis commendarent (Rom. 14, 20. Gal. 6, 1. 2 Tim. 2, 25. Tit. 3, 10.), morum licentiam castigarent (1 Cor. 11, 6. 17 ff.) et eorum fugere consuetudinem iuberent, quorum vel doctrina vel vita indigna esset religione (1 Tim. 6, 5. 2 Tim. 3, 5. Tit. 3, 10. 2 Thess. 3, 14 f. 2 Io. 10 f.), homines sceleratos autem et qui religionem Christianam deseruissent, more Iudaeorum (Io. 9, 22. 16, 2.), ecclesia excluderent (1 Cor. 5, 5. 16, 22. 1 Tim. 1, 20.) [e]). Omnino vero tenendum est, ecclesiae primaevae conditores fundamenta tantum iecisse (Phil. 3, 13.) huius societatis, ad altiorem indies perfectionis gradum evehendae (Eph. 4, 11 — 16.), prout temporum, locorum et singulorum coetuum rationes postulaverint [f]).

a) Gablerus in Commentt. de episcopis primae ecclesiae Christianae eorumque origine. Jen. 1805., ut sententiarum discor-

diam de primaevae ecclesiae episcopis penitus tolleret, duas eorum classes fuisse contendit, quorum alteri quidem fuissent inferiore loco, iique presbyteri dicti, superiore loco alteri, episcopi per excellentiam nominati. Cf. quae contra monuit Lücke de eccles. Christianor. Apostolica. 109 ff.

b) Varias de munere presbyterorum sententias item docte examinavit Gablerus Pr. Examinatur Forbigeri Sententia de presbyteris aetate Apostolorum. 1811. 12. 4. Reiecta de duabus presbyterorum classibus, *regentium* (laicorum) et *docentium* (clericorum) sententia, Calvino (Institutio chr. rel. IV. c. 3. §. 8. et c. 4. §. 1.) et Salmasio (de foenore trapezitarum. 407 ff.) olim probata, G. medium quasi tenens inter opinionem vulgarem, omnes presbyteros vere fuisse doctores ecclesiae nec modo rectores, atque sententiam a Vitringa (de synagoge vetere. II. cap. 2. et 3), Forbigero (de muneribus ecclesiast. aetate Apostolor. L. 1776. 4.), Zieglero (*Vers. einer progmat. Gesch. d. kirchl. Verfassungsformen.* L. 1798.) aliisque defensam, qua institutionem populi Christiani non pertinuisse ad ipsam muneris presbyterorum rationem et necessitatem affirmatur, ipse demonstrare conatus est: haud paucos fuisse aetate Apostolorum presbyteros, ab ipsis quidem ecclesiis constitutos, qui non docerent, quum neque idonei plures fuissent ad docendum, nec defuissent alii, sive Apostoli eorumque socii, sive prophetae. „Sed hoc improbans Paulus Ap. (idem addit II. 12.) decrevit, ut in posterum *omnes* presbyteri essent διδακτικοί (ad docendum idonei) propter ψευδαποστόλους et ψευδοδιδασκάλους, ne horum errores ac impiae fraudes latius serperent. (1 Tim. 3, 2)" Cf. Eichhorn *Einleit. in d. N. T.* III. 1. p. 389 f. Lücke de eccles. Christianor. Apostolica. 105. Omnino ad solvendam quaestionem illam haud praetereundum est, in ecclesia Apostolica munus docendi non certis hominibus ita demandatum fuisse, ut reliqui omnes eo prohiberentur, sed potius, quicunque spiritu s., i. e. sancto quodam fervore agitatus sibi aliisque videretur, in concionibus Christianorum verba facere et doctoris negotio fungi poterat. Nec minus hoc tenendum est, singulis ecclesiae primae institutis non unam eandemque speciem inter singulos Christianorum coetus fuisse. — Ad diaconorum aeque ac diaconissarum (Rom. 16, 1.) officium pertinebat inprimis cura pauperum ac miserorum, collectio et distributio eleemosynarum et alimentorum. Omnino summa semper laus erit ecclesiae primae, quod, omnibus omnium ordinum membris eadem iura concedens, singularem et bene ordinatam pauperum et miserorum curam susceperit. De reliquis ecclesiae ministris, seriore quidem aetate constitutis, e

quorum numero fuere Presbyteriſſae (πρεσβυτερίδες), Lectores (ἀναγνῶσται), Cantores (ψάλται), Pediſſequi (ἀκόλουθοι), Exorciſtae, Ianitores (θυρωροί), v. J. Ch. Greiling *Ueb. d. Urverfaſſung d. apoſtol. Chriſtengemeinen.* Halberſt. 1819. p. 22 ff. Schöne *Geſchichtsforſchungen üb. d. kirchl. Gebräuche u. Einrichtungen d. Chriſten.* Vol. III. B. 1822. p. 77 ff.

c) Ex *unitate* ea *morali* mature prodiit *unitatis externae* inſtitutorum et decretorum, etiam epiſcopatus, commentum (Henke Hiſt. antiquior. dogmatis de unitate eccl. in Opuſcc. acad. Lipſ. 1802.), quod tot tantaque ſcelera et *inquiſitionis* monſtrum nefandum (cf. §. 50. *h.*) peperit.

d) *Sammlung abweichender Vorſtellungen d. neuteſtam. Schriftſteller üb. einen u. denſelben Gegenſtand.* L. 1803.

e) Vid. libr. noſtr. *D. Paſtoralbriefe des Ap. Paulus neu überſ. u. erklärt.* I. Gött. 1810. ad h. l.

f) Ziegler l. l. 5 ff. Ammon Summa Th. Chr. 278. Greiling l. l. 95 ff.

§. 183.

Doctrina eccleſiaſtica.

Quum temporis ſucceſſu de ſingulis religionis ac theologiae Chriſtianae capitibus lites et controverſiae exortae eſſent graviſſimae, et ipſa ſocietatis Chriſtianae discidia exſtitiſſent, nominis eccleſiae inde a ſec. II anguſtior invaluit uſus, ita, ut eccleſiae, inprimis eccleſiae catholicae nomine, adſerta quidem eiusdem *unitate* [a]) eorum tantum Chriſtianorum ſocietas intelligeretur, qui normam doctrinae profiterentur, aut plurimis probatam, aut publica quadam auctoritate ſancitam [b]), a qua qui recederent, Haeretici appellabantur. Emendatores vero ſacrorum coetui ab ipſis conſtituto eccleſiae nomen vindicantes [c]), reiectis Pontificiorum de inſpiratione divina per omnia tempora eccleſiae tribuenda huiusque *infallibilitate* commentis [d]), hancce eccleſiae notionem, haud tamen usquequaque ſibi conſtantes, propoſuerunt: eſſe eam congregationem ſanctorum, in qua evangelium recte doceatur et ſacramenta rite ad-

miniſtrentur [e]), ita, ut ea ſola dispenſet adminicula gratiae ad ſalutem aeternam adipiſcendam neceſſaria [f]). Quibus poſitis Pontificiorum decretum, quo extra eccleſiam nullam eſſe ſalutem aſſeritur [g]), unde liberalioris inſtitutionis oppreſſio et omnium quorumcunque ſecus ſentientium nefandae exſecrationes horribilesque vexationes exſtiterunt, Reformatores quoque amplexi [h]), docuerunt: unam et catholicam dici eccleſiam, non propter rituum aut traditionum unitatem, aut politiam rerum externarum, ſed quia homines continet, per totum orbem ſparſos, qui de evangelio conſentiunt, eundem ſpiritum ſ. et eadem ſacramenta habent. Damnata ſumma pontificis Romani in eccleſiam poteſtate [i]), eccleſiae ipſi facultatem tribuerunt, minime vero cum civili poteſtate, quae ad iuſtitiam externam ſpectat, commiſcendam [k], tum miniſtros, a coelibatus neceſſitate iniuſte ipſis iniuncta (Gen. 1, 28. Matth. 8, 15. 1 Cor. 9, 5. 1 Tim. 3, 2, Tit. 1, 6. 1 Tim. 4, 3. cf. Matth. 19, 12. 1 Cor. 7, 38.) liberatos [l]), vocandi, eligendi et ordinandi, tum caerimonias atque ritus, ſicut omnem diſciplinam eccleſiaſticam, ad evangelii praecepta temporumque rationes accommodate immutandi [m]). Quum vero ſacrorum emendatores nec eccleſiae nec regiminis eccleſiaſtici ſatis definitam iuſtamque propoſuiſſent notionem, adeo, ut *idealem* et *empiricam* eccleſiae notionem male confunderent, variae poſtea inde prodierunt disceptationes de ratione, quae inter civitatem ſive ſummos imperantes atque eccleſiam intercedere debeat, conſtituenda, de *iure circa ſacra*, de *iure ſacrorum* [n]), de *iurisdictione eccleſiaſtica* et de diverſis eccleſiae regendae formis, quarum tres potiſſimum distingui ſolent, *ſyſtema hierarchicum* [o]), a Proteſtantibus quidem reiectum, quod civitatem eccleſiae ſubiiciendam eſſe praecipit; *ſyſtema territoriale* [p]), quod huic ſententiae, varie quidem explicatae, innititur: cuius eſt regio, eius eſt religio, et quo eccleſiam civitatis legibus omnino regi debere ſtatuitur; et *ſyſte-*

ma collegiale q), cuius summa eo maxime redit, ecclesiam et civitatem, tanquam instituta fine et disciplina diversa, ita mutuo vinculo coniungi debere, ut, ratione habita huius diversitatis et observatis singularum iuribus, intercedente quidem iurium collatione, ab unius eiusdemque, principis nimirum eiusdemque episcopi r) summi, summo regimine pendeant.

a) Ignatius Ep. ad Philedelp. c. 3. 4. Hermas Pastor. II. 9. III. 27. Add. Constitutt. App. II. c. 25—30. Canon. App. 24. 34. 38. Cyprian. de unitate ecclesiae. Ep. 66. „Ecclesia est plebs sacerdoti adunata. Unde scire debes, episcopum esse in ecclesia et ecclesiam in ep., et si qui cum episcopo non sint, in ecclesia non esse, quando ecclesia, quae *catholica una* est, sciscissa non sit, sed cohaerentium sibi invicem sacerdotum glutino copulata." Tantum vero abest, ut Cypr., qui hierarchiam episcopalem tuebatur, monarchiae Romanorum epp. patrocinetur, ut ei strenue adversetur. V. Epp. 73. 74. 75.

b) Notionem ecclesiae *catholicae* iam expressam deprehendimus apud Iren. adv. haeres. I. 10. III. 3. 4. IV. 35. 36. Tertull. de praescr. haer. c. 21. 32. 35. Clem. Al. Paedag. I. 6. Strom. VII. 16. 17. al. Uberius catholicae ecclesiae nomen explicat Cyrill. Hieros. Catech. XVIII. §. 23. Schmidt *Abhandl. üb. d. Entstehung d. Kathol. Kirche*, in *Bibl. f. Kritik u. Exeg. des N. T.* II. St. 1. 1798. Planck *Gesch. der Christl. kirchl. Gesellschaftsverf.* I. 100.

c) Negat utraque pars, alterius esse veram ecclesiam. Catech. Rom. P. I. qu. 14. Artt. Smalc. 335. „Nequaquam largimur ipsis, quod sint ecclesia, quia revera non sunt ecclesia." Singula librorum symbb. decreta de iure ecclesiae collegit H. Stephani *Kan. Recht d. protest. K. in Deutschland.* Tüb. 1825. p. 49 ff.

d) Artt. Smalc. P. II. art. IV. 316. „Mentiri — Pontificii regni proprium est." Marheinecke *System d. Katholicismus.* II. 147 ff. — (F. A. Blau) *Krit. Gesch. d. kirchl. Unfehlbarkeit.* Fr. 1791. Th. Freykirch (Werkmeister) *Freimüthige Untersuch. üb. d. Unfehlbarkeit d. Kath. Kirche.* Gött. 1792.

e) Conf. Aug. art. VII. 11. „Nec necesse est, ubique esse similes traditiones humanas, seu ritus aut caerimonias, ab hominibus institutas." Apol. art. IV. 144. „Ecclesia non est tantum societas externarum rerum ac rituum, sicut aliae politiae; sed prin-

cipaliter est societas fidei et Sp. s., in cordibus, quae tamen habet externas notas, ut agnosci possit, videlicet puram evangelii doctrinam et administrationem sacramentorum consentaneam ev. Christi." 149., ubi discrimen positum inter ecclesiam Chr. et regnum Pontificium. Artt. Smalc. P. II. a. XII. 535. Catech. mai. art. III. 499. Form. Conc. epit. 616. Calvin. Inst. rel. Chr. l. IV. c. 1. §. 9. „Ubicunque Dei verbum sincere praedicari atque audiri, ubi sacramenta ex Christi instituto administrari videmus, illic aliquam esse Dei eccl. nullo modo ambigendum est."

f) Catech. mai. a. III. 497. „Spiritus s. — singularem in mundo communionem (scil. Christianorum) obtinet; haec mater est, haec quemlibet Christianum parturit ac alit per verbum, quod sp. s. revelat et praedicat, et per quod pectora illuminat et accendit." 498. 500. „Extra hanc Christianitatem, ubi huic evangelio locus non est, neque ulla est peccatorum remissio, quemadmodum nec ulla sanctificatio adesse potest." Cf. Apol. IV. 146. „Mali tantum nomine in eccl. sunt, non re, boni vero re et nomine."

g) Decretum illud primus uberius tractavit Cyprian. L. de unitate eccles. passim, Lactant. Inst. div. IV. 30. In altercationibus cum Donatistis studiosius exornatum est, v. August. de bapt. c. Don. IV. 1. c. ep. Parmen. II. 13. de unit. eccl. serm. Denuo sancitum est Concil. Trid. Sess. V. decr. de pecc. orig. Catech. Rom. art. 9. qu. 13. Marheinecke *Systeм des Katholicismus*. 170 ff.

h) Conf. Aug. art. II. 10. „Certissimum est, quod promissio salutis pertinet etiam ad parvulos. Neque vero pertinet ad illos, qui sunt extra ecclesiam Christi, ubi nec verbum nec sacramenta sunt, quia regnum Christi tantum cum verbo et sacramentis exsistit." Apol. 156. Catech. mai. 503. „Quicunque extra Christianitatem sunt, sive gentiles, sive Turcae, sive Iudaei, aut falsi etiam Christiani et hypocritae, quanquam unum tantum et verum Deum esse credant et invocent; neque tamen certum habent, quo erga eos animatus sit animo, neque quidquam favoris aut gratiae de Deo sibi polliceri audent aut possunt: quamobrem in perpetua manent ira et damnatione. Neque enim habent Christum dominum, neque ullius spiritus s. donis et dotibus illustrati et donati sunt." Add. Symb. Athanas. init. et fine. — Calvin. Inst. rel. Chr. l. IV. c. 1. §. 4. „Extra eius (eccl.) gremium nulla est speranda peccatorum missio, nec ulla salus."

i) Artt.

i) Artt. Smalc. P. II. a. IV. de Papatu. 312 ff. 341 ff. — Marheinecke *System d. Katholicismus.* II. 319—426. Ei. Instit. symb. 26.

k) Artt. Smalc. de potestate et primatu Papae. 351 ff. „Quum autem iudicia Synodorum sint ecclesiae iudicia, non Pontificum, praecipue regibus convenit, coërcere Pontificum licentiam, et efficere, ne ecclesiae eripiatur facultas iudicandi et decernendi ex verbo Dei." — „Evangelium tribuit his, qui praesunt ecclesiis, mandatum docendi Evangelii, remittendi peccata, administranda sacramenta; praeterea iurisdictionem, videlicet, mandatum excommunicandi eos, quorum nota sunt crimina et resipiscentes rursum absolvendi. Ac — liquet, hanc potestatem iure divino communem esse omnibus, qui praesunt ecclesiis, sive vocentur Pastores, s. Presbyteri, s. Episcopi. — Ubicunque est ecclesia, ibi est ius administrandi Evangelii. Quare necesse est, ecclesiam retinere ius vocandi, eligendi et ordinandi ministros. Et hoc ius est donum proprie datum ecclesiae, quod nulla humana auctoritas ecclesiae eripere potest." Cf. Apol. IV. 149. „Ecclesia non consistit in hominibus ratione potestatis vel dignitatis ecclesiasticae vel secularis — consistit in illis personis, in quibus est notitia vera et confessio fidei et veritatis." — Conf. Aug. de abus. VII. 38 s. Apol. XIV. 294. Artt. Smalc. 333. — Planck *Gesch. d. protestant. Lehrbegr.* IV. 40 ff.

l) Conf. Aug. de abus. II. 21 ff. Apol. 236 ff. Artt. Smalc. 334. Calixt. de coniugio clericorum. Ed. Henke. Helmst. 1783. Reinhard *Dogm.* 645 s. Nihilominus coelibatum verbi divini ministris eccl. ev. denuo commendarunt Fessler *Ansichten von Relig. u. Kirchenthum.* II. 346 ff. et auctor l. *Aphorismen zur Erneuerung des kirchl. Lebens.* B. 1814. 120 ff., sanae rationis et librorum ff. praeceptis aeque adversati. — Calumnias Pontificiorum contra dignitatem legitimam *ministerii* eccl. ev. prolatas nuper docte refellit Bretschneider *Ueb. d. Rechtmäfsigkeit des ev. Lehramts u. d. Weihe zu demselben;* in *Journ. f. Pred.* Bd. LXVIII. St. 1. 1826. p. 1 ff.

m) Artt. Smalc. de potest. et primatu Papae. p. 353. „(Vera eccl.) certe habet ius eligendi et ordinandi ministros. Idque etiam communissima ecclesiae consuetudo testatur. Nam olim populus eligebat pastores et episcopos." Form. Conc. Sol. decl. X. 791. „Credimus, quod ecclesia Dei quibusvis temporibus et locis pro re nata liberrimam potestatem habeat, in rebus vere

adiaphoris aliquid mutandi, abrogandi, constituendi: si tamen id absque levitate et scandalo, decenter et bono ordine fiat."

n) Sunt, qui distinguant inter *ius circa sacra* s. ius, vi imperii civilis determinandi ea, quae in ecclesia spectant ad reipublicae salutem vel ad tutelam publicam (G. L. Boehmer Principia iur. can. Ed. 7. Gott. 1802. §. 20.), quod principi competit, *qua tali* et inde *maiestaticum* dicitur, et inter *ius sacrorum* s. *ius in sacra* s. potestatem ecclesiasticam, i. e. complexum iurium *collegialium*, quae ecclesiae competunt, tanquam societati particulari, intra fines reipublicae alicuius constitutae, et quae ab origine omnium ecclesiae sociorum sunt communia. Cf. J. H. Boehmer Ius protestantium ecclesiast. T. I. 644 ff. Beck Commentt. 814. Add. Wiese *Handb. d. Kirchenrechts.* L. 1802. III. 42 ff. Fr. von Bülow *Ueb. d. gegenw. Verhältnisse des christl. ev. Kirchenwesens in Deutschland, bes. in Bezieh. auf d. Preuss. Staat.* Magdeb. 1818. 72 ff. Haec iura ecclesiae *collegialia* s. *socialia*, certis quidem finibus circumscripta, ad principem deferri possunt, qui ipse eidem ecclesiae addictus est [(Feuerbach) *Eine längst entschiedene Frage üb. d. obersten Episkopalrechte d. protest. Kirche, von neuem erörtert.* Nürnb. 1823. Bretschneider *Entw. d. dogm. Begr.* 3. *A.* 746.]; etiamsi solennem eiusmodi iurium s. summi episcopatus delationem unquam factam esse, haud constiterit. Stephani *Kan. Recht d. prot. K.* — Tüb. 1825. p. 272 ff.

o) Systema *hierarchicum* sententiis singulorum scriptorum, qui de rebus ecclesiae Romano-catholicae egerunt, commendatur; nuper vel e sanae rationis dictatis summum illius principium derivare studuit: Ulr. Peutinger *Religion, Offenbarung u. Kirche in d. reinen Vernunft.* Salzb. 1795. Verum idem illud systema in duo alia dispescitur, alterum *Pontificium*, alterum *episcopale*, quatenus summa potestas ecclesiastica sive ad papam solum sive ad episcopos ecclesiae defertur. Schnaubert *Beitr. z. deutschen Staats- u. Kirchenr.* Giess. 1782. P. I. n. 7. Systema *hier. Pontificium*, quod Gregorius VII primus constanti animo in agendo expressit, recentiore aetate defenderunt: Muzzarelli (Henke *Magaz.* II. 524 ff.), Gaab (*Apologie Gregors VII*), J. E. Chr. Schmidt (*Beitr. z. Gesch. des Mittelalters.* I. Giess. 1796. N. 4). Antiquiores rec. Jo. Thom. de Rocaberti Bibliotheca max. pontificia, in qua auctores melioris notae, qui hactenus pro s. Romana sede tum theologice tum canonice scripserunt, fere omnes continentur. Romae. 1695—99. VII. XXI. f. Cf. Vater *Kirchen- u. Staatsrechtl. Erörterung d. Verhältnisse akatholischer Landesherren zu dem*

Palſte. Königsb. 1819. — Syſt. *hier. epiſcopale*, quod inde a ſec. II ſenſim exortum, ante et poſt Conſtantinum imp. maxime viguit, et in eccl. Gallicana et apud Ianſeniſtas inde exortos obtinuit, inprimis commendavit Iuſtin. Febronius (Nic. de Hontheim) l. de ſtatu eccleſiae et legitima poteſt. R. P. 1765. Ed. 2. 4. Add. *Punctation d. Emſer Congreſſes.* 1786 et ſcripta, quae noviſſime cauſam Vicar. gen. optime meriti de Weſſenberg defenderunt. Fridolin Huber *Vollſtänd. Beleuchtung d. Denkſchrift üb. d. Verfahren d. röm. Hofes bei d. Ernennung des Generalvikars Frhn. v. Weſſenberg zum Nachfolger im Bisth. Conſtanz.* Rotweil. 1819. Add. Paulus *Beurtheilende Anzeige einiger Schriften, welche d. neueſte Betragen des röm. päbſtl. Kirchenregiments, beſ. gegen d. Generalvicariat v. Conſtanz — beleuchten.* Heidelb. 1818. Koch *Rechtsgutachten üb. d. Verfahren d. Röm. Hofes in d. Angelegenheit des Frhn. v. Weſſenberg.* Frankf. 1819. Alia ſcr. rec. *Jen. Allg. Lit. Zeit.* 1822. N. 159 ff. et 1824. *Eb.* N. 2 ff., ubi l. I. A. Sauter Fundamenta iuris eccleſiaſtici Catholicorum. Ed. 2. Voll. VI. Frib. et Conſt. 1810—16., in quo libro Syſtema hierarch. mitiore forma propoſitum eſt. Add. F. Walter *Lehrb. d. Kirchenrechts.* 3. *A.* Bonn. 1825.

p) Syſtema *territoriale*, cuius principia in ipſa natura ſacrorum reformationis a Luthero perfectae latebant, quatenus maximum eius momentum in eo erat, ut impotentiae papali reſiſteretur, Hugo Grotius (de imperio ſummarum poteſtatum circa ſacra, in Opp. T. III. 21 ff. Amſtel. 1679.) primus diſerte defendit, Chriſtian. Thomaſius autem, ad infringendam cleri eccl. ev. arrogantiam, pluribus ſcriptis (v. inprimis ei. Diſſ. de iure principis circa adiaphora. H. 1695. Vindiciae iuris maieſtatici circa ſacra. H. 1699. germ. 1701.) ita excoluit ac firmavit, ut plurimis, licet non una eademque ratione ab omnibus expoſitum ſit, iuris eccleſ. ſcriptoribus v. c. J. H. Boehmer, Schnaubert, Moſer, Pütter al. probaretur, et recentioribus temporibus adhuc, mitiore quidem forma propoſitum, patronos nanciſceretur, Stephani *Ueb. d. abſolute Einheit d. Kirche u. d. Staats.* L. 1802. Ei. *Das allgem. kanoniſche Recht d. proteſt. K. in Deutſchland aus ſeinen ächten Quellen —.* Tüb. 1825. p. 278 ff., L. A. Kähler *Sonnenklarer Beweis, daſs ein chriſtl. Regent ſtets d. oberſte Biſchof d. Kirche in ſeinem Lande ſei.* L. 1819., qui quidem eccleſiam et rempublicam *idealem* ac *realem* haud bene diſtinguit. De origine et progreſſu eius in univerſum v. Nettelbladt de tribus ſyſtematibus doctrinae de iure ſacror. dirigendor. domini territorialis

Evangelici, in Obſervv. iur. eccl. H. 1783. Fuerunt, qui, ſicut Thom. Hobbes in l. *Leviathan*, omne ius ſacrorum magiſtratui politico *in ſolidum* vindicarent, eccleſiae nihil relinquentes, quod vitium *caeſareopapiae* nomine notatur. Gerhard L. th. XIII. 215.

q) Syſt. *collegiale* primus condidit et tuitus eſt Chr. M. Pfaff in *Akadem. Reden üb. d. ſowohl allgem. als auch deutſche proteſt. Kirchenrecht.* Frankf. 1747. Inde ſingulae eius ſententiae in recentiora iuris eccl. compendia v. c. Boehmeri, Stephanii, irrepſerunt, ita tamen, ut ſyſtematis territorialis principiis immixtae tantum viderentur. Singulari vero ſtudio ſibique conſtantes et defenderunt et copioſius exornarunt illud Greiling (*Hieropolis.* Magd. 1802. *Urverfaſſung d. Apoſtol. Chriſtengemeinen.* Halb. 1819. Cf. Röhr *Neueſte Prediger-Lit.* II. 1819. 77 ff.), Boll (*Vom Verfall u. d. Wiederherſt. d. Religioſität.* Neuſtr. B. II. 1810.), Schuderoff (*Grundzüge zur ev. prot. Kirchenverfaſſ. u. Kirchenrechte.* L. 1817.), qui quidem ſyſtema *confraternitatis* illud appellari voluit. Idem bene adumbravit (Schleiermacher) *Pacificus ſincerus Ueb. d. liturgiſche Recht ev. Landesfürſten. Ein theol. Bedenken.* Gött. 1824. (*Heidelb. Jahrb.* 1825. VI. p. 548. „*Die meiſterhafte Art der Darſtellung, ſo wie die ſcharfſinnige Entwicklung der Gründe für die Selbſtſtändigkeit der Kirche, verſchafften dieſer Schrift bald einen auſserordentlichen Beifall.*") Cf. Auguſti *Nähere Erkl. üb. d. Majeſtätsrecht in kirchl., beſ. lit. Dingen.* Farnkf. a. M. 1825. — Cenſuram trium illorum ſyſtematum ſuccinctam inſtituit Zachariae *Ueb. d. Einheit d. Staats u. d. Kirche.* 1797.

r) Primus inter principes epiſcopatus titulum ac praerogativas ſibi ipſe vindicavit Conſtantinus Imp., qui apud Euſebium in Vita Conſt. M. l. IV. c. 24. his verbis epiſcopos quosdam alloquens inducitur: *ἀλλ' ὑμεῖς μὲν τῶν εἴσω τῆς ἐκκλησίας, ἐγὼ δὲ τῶν ἐκτὸς ὑπὸ θεοῦ καθισταμένος ἐπίσκοπος ἂν εἴην.* Cf. Zoſimus Hiſt. eccleſ. l. IV. c. 36. Socrates Hiſt. eccleſ. V. prooem. Verum omnis narrationis ſeries et facta Conſtantini ſatis luculenter demonſtrant, eum non ſolum iurium maieſtaticorum, ſed et collegialium adminiſtrationem ſibi arrogaſſe eaque, nec repugnante quidem populo, perfunctum eſſe.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-151142297-11/fragment/page=592

§. 184.

Continuatio.

Disceptationibus maxime infructuosis factum est, ut ecclesiae multiplex descriptio et divisio [a]) a theologis, quippe qui notionem ecclesiae historicam a philosophica haud satis secernerent, in medium proferretur. Sic distinxerunt 1. ecclesiam *visibilem* (externam), quae complectitur quoscunque homines religionem Christianam profitentes, probos et improbos (Matth. 13, 24 ff.) [b]), et *invisibilem* (internam), quae eos tantum comprehendit Christianos, qui, licet in variis coetibus dispersi, per religionem Christianam vere emendati sunt; 2. eccl. *universalem* et *particularem* [c]); 3. *veram* et *falsam*, etsi omnes, quaecunque fuere ecclesiae particulares, se *veram* esse ecclesiam gloriantur; 4. *puram*, quae nullis depravata est hominum additamentis arbitrariis et *impuram* (corruptam); 5. *militantem* s. eccl. invisibilem, quatenus in his terris cum multis adversariis dimicat (Eph. 6, 12. 1 Tim. 6, 12.), et *triumphantem* s. coetum beatorum coelitum (Apoc. 12, 7.); 6. *syntheticam* s. singulorum ecclesiae membrorum copiam, et *repraesentativam*, cui illi tantummodo adnumerantur cives, qui auctoritate publica legati, saluti ecclesiae prospiciunt. Virtutes ecclesiae suae easdem Nostri tribuunt, quas Pontificii, esse eam *apostolicam*, *sanctam*, *catholicam* et *unam*, neque tamen omnes in laudibus istis explicandis consentiunt [d]). Notas ecclesiae constituerunt has, puram doctrinae institutionem et legitimam sacramentorum administrationem. Recentiores quatuor proposuerunt ecclesiae characteres, *universalitatem* et *immutabilitatem*, quod quidem ad articulos fundamentales attinet, *puritatem* et *libertatem*, s. immunitatem a quavis vi externa. Ad iura ecclesiae, quatenus potestas legum ferendarum ei tribuitur, referri solent, ius *confessionis* et *fidei*, ius *reformandi*, i. *sacrorum*, i. *regiminis*, i. *sacerdotii* et ius *correctio-*

nis sive disciplinae ecclesiasticae c). Ceterum ecclesia nostra appellata est *evangelica*, quippe quae una cum Zwinglii et Calvini sectatoribus, reiectis traditionibus et quavis auctoritate humana, doctrina evangelica vere divina certam fidei normam contineri docet.

a) Gerhard L. th. XI. 106. Cottae annot. — „patet, distinctionem ecclesiae in *visibilem* atque *invisibilem* non esse divisionem generis in species, quasi duas specie fingeremus ecclesias sibi oppositas, uti perperam nobis adfingunt ecclesiae Romani socii; sed esse duntaxat *limitationem subiecti* secundum *diversos* suos *status*. Quemadmodum scilicet — in eodem homine duplex datur relatio, *exterior* nempe, qua alios homines, atque *interior*, qua Deum respicit; ita et de toto aliquo coetu hominum, qui in certum doctrinae sanctioris typum consentiunt, h. e. de ecclesia vere enuntiari potest, eandem quoad formam externam *visibilem*, quoad internam vero *invisibilem* esse. Prout *visibilis* est, definitur congregatio s. coetus hominum vocatorum, qui amplectuntur verbum Dei sacramentisque utuntur. Prout *invisibilis* autem est, definitur coetus pie credentium atque ad vitam sempiternam infallibiliter praedestinatorum (s. electorum)." Cf. Bretschn. *Entw.* 3. *A.* 740 f. — Gerh. XXIII. 69 ff. Baumgarten *Glaubensl.* III. 587 ff. Schott Epit. Theol. Chr. ed. 2. p. 312. Primus diserte mentionem fecit ecclesiae *invisibilis* et *visibilis* Basilius M. Homil. 1. in ps. 26.

b) Gerh. XI. 50 ff. Nunquam defuerunt, qui omnes peccatores ecclesia eiici vellent, ut *Novatiani*, *Donatistae*, *Meletiani*, *Waldenses*, *Hussitae*, recentiore aetate *Anabaptistae*, ex parte etiam *Herrnhutiani*. Beck Commentt. 785 f.

c) Planck *Abriss d. dogmat. Systeme unserer verschied. Christl. Hauptpartheien*. Gött. 1796. Marheinecke Institutt. symbolicae. 1812.

d) *Apostolica* dici solet, quatenus ab Apostolis condita est Eph. 2, 20., vel quatenus cum doctrina Apostolorum consentit; *sancta*, quia Christiani a profanis separati probitatis studio modo singulari obligati sunt (Eph. 5, 26. Tit. 2, 14. 1 Petr. 2, 9.); *catholica*, quatenus vel in articulis doctrinae fundamentalibus consensum postulat, vel pro indole et destinatione sua ad totum terrarum orbem pertinet; *una*, quatenus Christiani de doctrina evangelica et administratione sacramentorum consentiunt (§. 183.). Conf. Aug. a VII. p. 11. Gerh. XII. 2 ff. 30 f. Haud inepte

quidem dictum est (Löffler *Neues Magazin f. Prediger.* VIII. 273.), Protestantes *ecclesias* habere, non *ecclesiam*. At vero ecclesiae illae singulares, etiamsi non pacti cuiusquam socialis vinculo tenentur, tamen quoniam doctrinarum quarundam fundamentalium consensu inter se coniunguntur, ad unam ecclesiam pertinere recte dicuntur.

c) V. prae cett. Bretschneider *Handb. d. Dogmat.* II. 2. *A.* p. 814 ff.

§. 185.

Uberior doctrinae biblicae explicatio.

Ecclesiae notio ex historia deducta nostris temporibus recte sic definiri posse videtur, ut appelletur societas quaevis singularis hominum, qui religionem Christianam secundum certam quandam doctrinae formulam publice profitentur. Non solum huius religionis doctrinae, ab ipsis scriptoribus ss. obscurius saepe enuntiatae indoles, sed etiam sanae rationis humanae nisus ad fundamenta cuiuslibet fidei historicae ei obtrusae inquirenda atque examinanda, et ipsa ingeniorum diversitas a providentia divina sapienter instituta effecerunt, ut iam inde a rei Christianae primordiis, quod Christus ipse praevidit (Matth. 10, 34.), magna opinionum de religione Christiana varietas et haud multo post ecclesiae etiam singulae essent diversae[a]) (eccl. *particulares*). Accedit, quod ipsi religionis auctores ad examinandam doctrinam ab iis traditam homines quosvis excitaverunt (Io. 5, 39. 1 Cor. 10, 15. 1 Thess. 5, 21. 1 Io. 4, 1.), et quod non modo omnium gentium homines, qui Deum revereantur ac probitati studeant, eidem acceptos esse (Act. 10, 35.), sed etiam unumquemque Deo vitae suae rationem redditurum esse, diserte docuerunt. (Rom. 14, 12.) Quae quum ita sint, dubitari nequit, omnes ecclesias, utpote quae, ipso Deo moderante, ex re Christiana prodierint, eodem iure, dummodo ne iura et officia universis hominibus debita violent ac pervertant, inter homines frui debere, nulla praerogativa

cuiquam conceſſa, nec ulli homini poteſtatem denegandam eſſe, illi eccleſiae ſeſe adiungendi, quae minus quam aliae ſuperſtitionem fovens incitamenta ad veram pietatem et probitatem maxime efficacia cum puriore doctrinae formula coniuncta ſociis ſuis exhibeat [b]). Quo magis autem quaevis eccleſia particularis *vere Chriſtiana* reipublicae civilis, quacum coniuncta eſt, legibus et praeſidibus, ſi modo legibus vere divinis haud adverſantur (Act. 5, 29.), obedientiam praeſtabit eiusque conſilia adiuvabit, eo magis ſummis rerum publicarum moderatoribus officium ac neceſſitas incumbit, tum eccleſias, quae conditionibus iſtis obtemperant, aequali cum ſtudio, ſublato omni civili ſectarum discrimine, tutandi [c]), tum easdem, via quidem et ratione ab iis ipſis conſtituenda, ad altiorem perfectionis gradum enitentes utiliter adiuvandi. Diverſa quidem et reipublicae et eccleſiae eſt ratio, diverſus finis proximus [d]) ſ. *immediatus*; altera quippe eſt ſocietas hominum ad conſequendam ſecuritatem ſalutemque externam (*κοινὴν σωτηρίαν*) ſub communi aliquo imperio conſociatorum, altera vero ſocietas eſt hominum eandem religionis Chriſtianae formulam profitentium ad ſalutem internam aeternamque promovendam conſtituta. Quum autem ſana religio externae quoque civium felicitatis optima ſit altrix et cuſtos, eccleſiam et rempublicam arctiſſimo inter ſe vinculo contineri, facile intelligitur. Imo et rectae rationis et religionis Chriſtianae praeceptis optime convenire videtur ea ratio inter eccleſiam atque rempublicam intercedens, ſecundum quam utraque eosdem *ſummos* fines ſibi propoſitos eſſe iudicans, veram omnium civium virtutem atque ſalutem (1 Tim. 2, 2—5. 4, 8.), ſalva tamen conſcientiae libertate [e]), amice iunctis viribus efficere ſtudet [f]). Inprimis autem ii, qui vel civitatem, vel eccleſiam regunt, ſuo ipſorum exemplo veram virtutem religionemque commendent, neceſſe eſt.

a) Ut praetermittamus dissensiones inter ipsos Apostolos, Iudaeo-Christianos et Ethnico-Chrr., iam primis seculis haud defuerunt sectae a coetu maiori separatae v. c. *Nazaraei* et *Ebionitae*, *Gnostici*, *Manichaei* al. Beck 822 f.

b) Historia docet, haud paucos, qui ecclesiam suam deseruerint, vel phantasiae ludibriis et opinionibus praeiudicatis, vel vitiis, v. c. prava lucrandi cupiditate ductos, ad ecclesiam etiam minus perfectam transiisse, id, quod licet non approbandum, aeque tamen concedendum est (Fr. Köppen *Philos. d. Christenthums.* 1813. I. 169 ff.); modo ne eiusmodi apostatae ecclesiam relictam fictis criminibus obruant et falsis laudibus eam, quam amplexi sunt, extollentes, alios quosque ad suas partes pertrahere studeant, cuius rei nuper exemplum praebuit L. E. von Haller *Schreiben an seine Familie, worin er ihr seinen Rücktritt in d. katholisch-apostolisch-römische Kirche ankündigt.* Lucern. 1821. Cf. Tzschirner *D. Uebertritt des Hn. v. Haller zur kathol. Kirche beleuchtet.* L. 1821. *Ed.* Köhler *Glaube, Unglaube u. Abergl. unserer Zeit. Beiträge zur neuesten Religions- Kirchen- u. Ketzergesch. des Südens.* Dresd. 1825. p. 65 ff.

c) Notetur Friderici magni Borussorum regis praeclare hac de re dictum, quod exstat in: *Mémoires pour servir à l'histoire de Brandenbourg.* Ed. 2. 1751. II. p. 144.: „*Toutes ces sectes vivent ici en paix, et contribuent également au bonheur de l'Etat; il n'y a aucune réligion qui sur le sujet de la morale s'écarte beaucoup des autres; ainsi elles peuvent être toutes égales au Gouvernement, qui conséquemment laisse à un chacun la liberté d'aller au Ciel par quel chemin il lui plait. Qu'il soit bon citoyen, c'est tout ce qu'on lui demande. Le faux zèle est un tyran qui dépeuple les provinces, la tolérance est une tendre mère qui les rend floriſſantes.*" Add. Fr. Aug. Schmelzer, collegae coniunctissimi, Diss. de exacta aequalitate inter utriusque religionis consortes per imperium Germanicum. Goett. 1785. p. 6. „Inde (ex arctissimo inter rempubl. et eccles. vinculo) *ius* illud descendit maiestaticum (summae inspectionis) *circa sacra*, vi cuius imperans determinare potest, *quae in ecclesia respectum habent ad reipublicae salutem vel ad tutelam publicam.* Huic fundamento innituntur iura illa imperii civilis negativa, impediendi scilicet et cavendi, ex institutis ecclesiae ne quid respublica detrimenti capiat. Etnim tantum abest, ut omnis religio civiliter indifferens sit: ut potius dentur aliae, quibus finis rerumpublicarum, i. e. felicitas ex-

terna, valde impeditur: aliae vero, quibus mirifice adiuvatur. Sic v. c. ea religio non poterit reipublicae non inimica ac noxia esse, quae fato cuncta regi docet, quae haeretico fidem non esse servandam tradit (vel quae a pontificis cuiusdam extranei arbitrio unice pendet): periclitatur quoque salus publica pernicioſiſſimis illis dogmatibus, de *probabilismo morali*, *peccato philoſophico*, *intentionalismo*, *reſervatione mentali* rel., cuiusmodi a Ieſuitis propoſita ſunt (v. Baumgarten *Geſch. d. Religionsparth.* 730 f.), quae aliaque huius generis principia turbas excitant innumerisque flagitiis, exitium reipublicae minantibus, anſam praebent. Ea vero religio, quae afferit esse Deum, mundi auctorem, qui, quae nos gerimus, audit ac videt, qui res humanas curat, cunctasque noſtras actiones liberas iuſto arbitrio diiudicat; quae honeſte vivendum, neminem laedendum, ſuum cuique tribuendum tradit, quae virtutis ac pietatis ſtudio Deum colendum esse praecipit, quae dolendum esse ob peccata, ab iisque reſipiſcendum docet, quae nexum hanc inter et futuram vitam ſtatuit, vi cuius virtutem ſalus, malitiam vero infortunium ſequatur: ea profecto non poteſt non legibus esse praeſidio et externae quoque felicitatis optima promotrix. — Conſequitur omnes religiones, quae in principiis iſtis fundamentalibus nihil aberrant, absque periculo in una republica ſimul exerceri poſſe, civesque, cuilibet harum religionum addictos, *aequali iure ac protectione* tutos esse debere." — Reinhard *Moral.* III. §. 346. Krug *Syſtem d. prakt. Philoſophie.* I. Kgsb. 1817. 524 ff. 28. — Wilhelm Mejer *Aphorismen üb. Rel., Kirche u. Staat.* Gött. 1817.

d) Conf. Aug. de abuſ. art. VII. de poteſtate eccleſiaſt. p. 58 ff. Luther *Unterricht, daſs geiſtlich u. weltlich Regiment wohl unterſchieden werden ſollen.* Opp. X. 294 ff. 578 ff. Id. *Auslegung des 2ten Kap. Joh.* Opp. V. p. 1741 ff. „*Die zwei Regimente ſollen bis ans Ende der Welt nicht in einander gemenget werden, wie zu der Zeit des A. T. im jüdiſchen Volke geſchahe; ſondern von einander geſondert und geſchieden bleiben, ſoll man anders das rechte Evangelium und den rechten Glauben erhalten. — Wirds gemenget, ſo wird nichts daraus. Denn alsbald wenn der Fürſt ſagt: höreſt du, Prediger, lehre mir ſo und ſo — ſo iſts gemenget. Wiederum wenn ein Prediger auch fürgibt: höreſt du, Obrigkeit oder Richter, du ſollſt Recht ſprechen, wie ich will; ſo iſts auch Unrecht. — Wo die Fürſten ſolches in einander mengen wollen, wie ſie denn jetzt thun, ſo helfe uns Gott gnädiglich, daſs wir nicht lange leben, auf daſs wir ſolch Unglück nicht ſehn; denn da muſs*

alles in der christlichen Religion zu Trümmern fallen. Wie denn unter dem Pabstthum geschehen ist, da die Bischöfe zu weltlichen Fürsten geworden sind. Und wenn jetzt die weltlichen Herren zu Päbsten und Bischöfen werden, dass man ihnen predige und sage, was sie gern hören, so prediget zu der Zeit der leidige Teufel." Greiling *Hieropolis, ein Versuch üb. d. wechselseitige Verhältniss des Staats u. d. Kirche.* Magd. 1802. 33 ff. Fr. Ancillon *Ueb. d. Staatswissenschaft.* B. 1820. p. 138. „*Zweck des Staats ist die Beschützung der Freiheit Aller durch gesetzmäfsigen Zwang.*"

e) Luther. de captiv. babyl. eccl. T. II. Lat. f. 273. „Neque papa, neque episcopus habet ius unius syllabae constituendae super Christianum hominem, nisi id fiat eiusdem consensu. — Clamo fidenter, Christianis nihil ullo iure posse imponi legum, s. ab hominibus, s. ab Angelis, nisi quantum volunt; liberi enim sumus ab omnibus." Opp. X. Hal. 453 ff. *Von weltl. Obrigkeit.* „*Ueber die Seele kann und will Gott niemand lassen regieren, denn sich selbst alleine. Darum wo weltliche Gewalt sich vermisset, der Seele Gesetze zu geben, da greifet sie Gott ins Regiment und verderbt und verführt nur die Seele. — Weil es denn einem jeglichen auf seinem Gewissen liegt, wie er glaubt oder nicht glaubt, und damit der weltlichen Macht kein Abbruch geschieht, soll sie auch zufrieden seyn und ihres Dings warten, und lassen glauben sonst oder so, wie man kann und will, und niemand mit Gewalt dringen. — Wenn dein Fürst oder weltlich Herr dir gebeut, mit dem Pabst zu halten, oder so oder so zu glauben, oder Bücher von dir zu thun, sollst du also sagen: Lieber Herr! ich bin euch schuldig zu gehorchen mit Leib und Gut, gebietet mir nach eurer Gewalt Maafs auf Erden, so will ich folgen. Heifst ihr mich aber glauben, und Bücher von mir thun, so will ich nicht gehorchen; denn da seid ihr ein Tyrann und greifet zu hoch, gebietet, da ihr weder Recht noch Macht habet.*" Bretschneider *Luther an unsere Zeit.* Erf. 1817. 121 ff. Conf. Aug. de abus. VII. 39. Apol. 297. Haec et similia Lutheri effata his nostris temporibus in memoriam revocari debent contra eos, qui vel tecte vel palam *Papismi* speciem quandam ecclesiae Protestantium obtrudere videntur, v. c. Ig. Aurel. Fefsler *Liturgische Versuche.* Riga. 1823. Fr. Theremin *Die Lehre v. göttlichen Reiche.* B. 1823. p. 107 ff. 117. 133 ff. Cf. *Theol. Annalen.* Dec. 1823. 951 ff. — Cf. N. Funk *Gesch. d. neuesten Altonaer Bibelausgabe nebst d. vorzüglichsten wider sie erhobenen Beschuldigungen.* Altona. 1823. Von Goelln *Ideen über*

Glaubenseinigung u. Glaubensreinigung. L. 1824. p. 43 f. A. Neander *Allg. Gesch. der chr. Relig. u. Kirche.* I. B. 1825. p. 281 ff. „*Das monarchische Princip der Kirchenverfassung widerstreitet dem Geiste des Christenthums.*"

f) Gottl. E. Schulze *Leitfaden d. Entw. d. philos. Principien d. bürgerl. u. peinl. Rechts.* Gött. 1815. 150 f. Ammon *Von d. Vereinigung d. höchsten Staats- u. Kirchengewalt, nach protestant. Grundsätzen*, in *Krit. Journal d. neuesten theol. Literatur.* I. 1813. 105 ff.

§. 186.

Continuatio.

Neque tamen impedit ista ecclesiarum pluralitas atque diversitas, quo minus in eo conveniant, ut omnes unum eundemque profiteantur atque colant religionis auctorem Iesum Christum, et bonis, quae eiusdem doctrinae debentur, communibus frui nitantur. Quapropter summopere optandum est, ut non tam de adunandis vel confundendis ecclesiis, quae doctrinae formulas defendunt plane sibi oppositas, quam de morali quadam consensione inter singulos harum ecclesiarum sodales efficienda et confirmanda sedulo iam cogitetur, ut, quicunque Christo nomen dederint, quantumvis ceteroquin diversi, concordiae tamen mutuae studiosissimi sint et maneant *a*). Non solum scripturae s. effata: Matth. 13, 30. Luc. 9, 54 ff. 2 Tim. 2, 24 ff. 2 Cor. 1, 24. al., sed etiam natura ecclesiae et consilia ipsa, eos quoque eiusdem socios, qui a formula publice recepta dissentiant, humaniter ferre atque tractare, et ecclesiam et civitatem iubent. Haec *tolerantia*, quae dicitur, recentioris aevi progenies nobilis (§. 185. *c.*) *b*), quo magis vel ipsae Protestantium ecclesiae, ea neglecta, delictis gravissimis sese contaminaverunt (§. 90. *c.*) *c*), et novissimis adeo temporibus monstra horrenda, quae iam penitus debellata videbantur, novis viribus instructa contra veram religionem exsurgere coeperunt; eo diligentius atque religiosius tuenda est et alenda.

Videndum tamen, ut eadem iura et praerogativae, quae ab ecclesia evangelica catholicae ecclesiae sociis concessa fuerint, a Catholicis invicem nostrae ecclesiae, quippe quae etiamnum tanquam haeretica ab illis damnatur, haud denegentur [d]); nec minus in eo elaborandum, ut simul omnes eiusdem reipublicae cives, cuicunque religionis formae addicti sint, aequabili semper patriae teneantur amore ac studio. Quod ut efficiatur, necesse est, ut dies festi, quales temporis et reipublicae rationes iam flagitant, rite instituantur, ab omnibus civibus, salva quidem conscientiae libertate, aequaliter celebrandi.

a) Steudel *Ueb. Religionsvereinigung.* Stuttg. 1811. Köppen *Philos. d. Christenthums.* I. 179 ff.

b) Voltaire *Traité sur la tolérance.* 1763. Rousseau *Lettres écrites de la Montagne.* Opp. ed. Bip. XII. 52. „*La religion Protestante est tolérante par principe, elle est tolérante essentiellement; elle l'est autant qu'il est possible de l'être, puisque le seul dogme qu'elle ne tolère pas, est celui de l'intolérance.*" Basedow *Bertachtungen üb. d. wahre Rechtgläubigkeit und Toleranz.* Altona. 1766. Teller *Valentinian der erste, od. d. Religionsfreiheit d. Unterthanen.* B. 1791.

c) Calvini Expos. errorum Serveti — ubi docetur, iure gladii coërcendos esse haereticos. 1554. Bezae l. de haereticis a magistr. civ. puniendis. 1554. Cf. Henke *Kircheng.* III. 392 ff. 481 ff. Quam perverse quamque parum constanter ipse Lutherus hac de re interdum iudicaverit, docuit Bretschneider *Worte Luthers an unsre Zeit.* 130 ff.

d) Planck *Ueb. d. gegenw. Lage u. Verhältnisse d. kathol. u. protest. Parthei in Deutschland.* Hannov. 1816.

§. 187.

Continuatio.

Quod vero *internam* attinet ecclesiae constitutionem et administrationem, cuius suprema inspectio et moderatio in plurimis ecclesiis Protestantium ad iudicia s. collegia ecclesiastica (*Consistoria*), a sola principum

et ſummorum magiſtratuum, quaſi *ſummorum epiſcoporum*, auctoritate pendentia, delata eſt [a]), neminem rei peritum fugiet, etiamſi respublica civilis et eccleſiaſtica vinculo quidem feliciſſimo coniungi poſſe videantur (§. 185.), fines tamen certos, iura, officia et adminiſtrationem utriusque longe diverſa eſſe, ita, ut nullo modo coaleſcere poſſe videantur. Quamobrem nuper ſtudioſius quaeſitum, quo pacto iura *collegialia*, quae ad communem eccleſiae finem obtinendum et promovendum proprie referenda ſint (§. 184.), inprimis ius *reformandi*, et quae inde a reformatione ſacrorum penes ſummos civitatum rectores fuerunt, eccleſiae ipſi denuo reſtitui poſſint ac debeant. Quae quum negari nequeat, eccleſiae primitivae propria fuiſſe (§. 181.), eademque eccleſiae, tanquam ſocietati in ipſa civitate rite conſtitutae, omnino deberi eique ab Reformatoribus vere vindicata eſſe [b]); quum praeterea hiſtoria doceat, iura iſta collegialia tempore emendationis ſacrorum vel temere occupata fuiſſe a principibus Proteſtantibus, vel a ſingulis tantum doctoribus ordinibusve provincialibus ad eos ſponte delata: iam ipſi principes ſapientiſſimi de via et ratione cogitarunt, iura illa, quantum per temporis ac reipublicae rationes fieri queat, eccleſiae reſtituendi. Quod ut commode efficiatur, eccleſiae conſtitutionem et adminiſtrationem ad normam certam *repraeſentativam* conformari debere recte intellectum eſt, ita, ut per ſingulos ſingulorum coetuum ſocios *Presbyteria* conſtituantur, praeter verbi divini miniſtros viros aliquot ſapientia Chriſtiana inſignes, a reliquis eiusdem coetus ſodalibus eligendos [c]), complectentia, atque *ſynodi* ſubinde convocentur non ſolum clericorum et theologorum doctiſſimorum, ſed etiam Laicorum, qui dicuntur, a Presbyteriis delegandorum, qui de ſalute eccleſiae conſulant. Ex his ſynodis denique deligenda et conſtituenda ſunt collegia ea eccleſiaſtica, e viris eccleſiaſticis et laicis (Act. 15, 22.) compoſita, quae tutante ac moderante principe

de rebus eccleſiaſticis, prout progreſſus in excolenda ratione recteque iudicando ſcripturae ſ. uſu facti poſtulaverint, cognoſcant et conſulta ac decreta ſua, ne nova quaedam hierarchia inde oriatur, principi approbanda atque exſequenda transmittant [d]). Ex ipſius eccleſiae natura et luculentis ſcripturae ſ. praeceptis, quaenam partes ſint civitatis huius ethicae eiusque antiſtitum, facile intelligitur. *Primum* quidem curare debet eccleſia, ut omnibus, quicunque ipſi adſcripti ſunt, religionis doctrinae recte cognoſcendae opportunitas detur, quod fit tum probis religionis doctoribus eligendis, legitime vocandis et inaugurandis *(ordinandis)* (Act. 6, 6. 1 Tim. 4, 14.), tum ſcholis inſtituendis, conſervandis et emendandis. Doctores publica auctoritate conſtituti *(miniſterium eccleſiaſticum)*, a ſacrificulorum negotio pariter atque nomine abhorrentes [e]), docendo verbo divino adminiſtrandisque ſacramentis a Chriſto ipſo unice obſtricti ſunt. (Matth. 28, 19. cf. 2 Tim. 2, 2.) Quo munere ſancto ſic fungi eos neceſſe eſt, ut, vita moribusque cum doctrina ab ipſis tradita conſentientibus, religionem denuo commendent et conſcientiam hominum moralem excitando atque acuendo verae pietatis virtutisque incrementa quam maxime augere ſtudeant. (Matth. 5, 13—16. Luc. 12, 47. 48.) Ceterum ſicut eos cognitione religionis, dono docendi et dicendi [f]) et vitae integritate (1 Cor. 4, 16. 11, 1. 1 Tim. 3, 1 ff.) inter alios eminere decet [g]), ita ſubeſſe debent cum reliquis magiſtratui civili, neque ea poteſtate praediti ſunt, qua Apoſtoli a Chriſto inſtructi eſſe dicuntur Matth. 16, 19. Luc. 11, 52., et quae *poteſtas clavium* appellatur [h]).

a) J. H. Boehmer Ius parochiale. Sect. III. c. 1. G. L. Böhmer Principia iuris canonici. §. 41. Wieſe *Grundſätze des proteſt. Kirchenrechts.* 4. *A.* Gött. 1819. §. 360 ff. — In antiqua eccleſia, teſte Cypriano (Epp. 5. 14. 31.) populus neque ab iudicandis controverſiis, neque ab eligendis epiſcopis removebatur. Sec. IV Conſtantino M. et ſucceſſoribus eius ſummus

quidam episcopatus attributus est, v. Zosimus Hist. eccl. IV. c. 36. et Eusebius de vita Constantini. l. c. 44 f. Temporis decursu autem omnis ecclesiae potestas, in summum religionis Christianae detrimentum, ad episcopos et papam Romanum transiit, quibus per sacrorum emendatores, quod ad ecclesias evangelicas attinet, feliciter erepta, maxima ex parte vel tota ad principes vel summos magistratus rediit.

b) Aug. Confess. de abus. VII. p. 42. „Licet episcopis seu pastoribus facere ordinationes, ut res ordine gerantur in ecclesia. — Tales ordinationes convenit ecclesiis propter caritatem et tranquillitatem servare eatenus, ne alius alium offendat, ut ordine et sine tumultu omnia fiant in ecclesiis. Verum ita, ne conscientiae onerentur, ut ducant res esse necessarias ad salutem, ac iudicent se peccare, cum violent eas sine aliorum offensione. — Talis est observatio Diei Dominici, Paschatis, Pentecostes, et similium feriarum et rituum." Ben. Carpzovii ICti. Iurisprudentia ecclesiastica s. consistorialis. L. 1649. f. Lib. II. tit. 15. definitio CCXLVII. „Non consultis in Synodo verbi divini ministris, nec convocatis ecclesiae ordinibus suscipienda haud est a principe et magistratu mutatio vel abrogatio rituum ecclesiasticorum." Huc referendum esse ius circa res *liturgicas* docuit Bretschneider *Eine alte Stimme üb. d. liturgische Recht u. das* ius in sacra *überhaupt, in Vergleichung mit einigen neuern Stimmen hierüber;* in Br. u. Schröter *für Christenth. u. Gottesgel.* VIII. H. 3. 1825. p. 456 ff. Alia hac de re scripta nuper in utramque partem edita rec. Winer et Engelhardt *N. krit. Journ. d. theol. Lit.* Bd. IV. St. 2. 1825. p. 162—201.

c) Spener *Theol. Bedenken.* III. Art. 1. dist. 3. §. 20. „*Auch sehe ich nicht, wir mögen es bemänteln, wie wir wollen, auf was Weise wir's verantworten können, dass wir den dritten Stand von allen denjenigen* officiis *und Pflichten, so ihnen nach göttlicher Ordnung und Exempel der ersten Kirchen gehören, ausgeschlossen haben, daraus mehr Ungemach entstehet, als mit wenigem sich ausführen lässet.*"

d) V. prae ceteris *Entwurf d. Synodal-Ordnung f. den Kirchenverein beider ev. Confessionen im Pr. Staate.* 1817. Schleiermacher *Ueb. d. für d. protest. Kirche d. Preuss. Staats einzurichtende Synodalverfass.* B. 1817. Schuderoff *Grundzüge zur ev. prot. Kirchenverfass. u. zum ev. Kirchenr.* L. 1817. Bretschneider *Dogm.* II. 811 ff. Greiling *Ueb. d. Urverfassung d. apostol. Christengemeinen od. bibl. Winke f. d. ev. Synoden,* Halberst. 1819. Schaaf *Ueb. d. Pflichten u. Verhält-*

hältniſſe d. ev. Presbyterien in d. Preuſs. Staate. Magd. 1819. Röhr *Neueſte Prediger-Lit.* Bd. I. Heft 4. B. II. H. 1. 88 ff. Bäumer *Die Presbyterial-Verfaſſung in ihrer Begründung u. in ihrem Werthe dargeſtellt.* Hamm. 1823. — *Schreiben eines Landgeiſtlichen an einen Staatsrath üb. Synoden u. Synodalverfaſſung.* B. 1817. Fr. von Bülow *Ueb. d. gegenwärt. Verhältniſſe d. chriſtl. ev. Kirchenweſens in Deutſchl., beſ. in Beziehung auf d. Preuſs. Staat.* Magd. 1818. 126 ff. — *Verhandlungen d. weſtphäl. Provinzialſynode üb. Kirchenverfaſſung u. Kirchenordnung.* Lippſt. 1819. f. Zimmermann *Grundzüge einer ev. Kirchenverfaſſ.*; in ei. *Monatſchrift f. Predigerwiſſenſchaften.* B. I. H. 1. u. 2. Darmſt. 1821. Cf. Friedr. Jacobs *Vermiſchte Schriften.* I. Goth. 1823. p. XXVI. „*Wenn die Staaten auf Religion ruhen ſollen, weil die Grundfeſte aller Macht zuletzt Sittlichkeit iſt, Sittlichkeit aber ohne Religion keinen dauernden Gehalt hat, ſo fällt in die Augen, daſs der Staat, welcher die Bildung der Geiſtlichkeit vernachläſſigt, und indem er ſie darben läſſet, hemmt, die Säulen ſeiner eigenen Macht untergräbt und die Sicherheit ſeines Daſeyns durch Verletzung der heiligſten Pflicht gefährdet.*"

e) Niemeyer *Pop. u. prakt. Theol.* 6. *A.* 392 ff. Löffler *Neue Predigten. Dritte Samml., nebſt Beantwortung d. Frage: Ob und in welchem Sinne die proteſtant. Geiſtlichen Prieſter ſind.* Gotha. 1813. Ei. *Magaz. f. Prediger.* VIII. St. 1. 65 ff. *Ueb. d. Gebrauch d. Worts Prieſter von proteſt. Geiſtlichen.* Cannabich *Kritik d. prakt. Chriſtl. Religionslehre.* L. 1813. III. 188 ff.

f) Melanchthon Orationes ſelectae. Ed. Friedemann. V. I. Wittenb. 1822. III. De artibus dicendi ad omne genus doctrinae neceſſariis. p. 28 ff. Luther *An die Rathsherrn aller Städte Deutſchlands, daſs ſie chriſtl. Schulen aufrichten u. halten ſollen.* Opp. T. X. p. 545 ff. Ed. Walch. „*Obwohl der Glaube und das Evangelium durch ſchlechte Prediger mag ohne Sprachen gepredigt werden; ſo gehts doch faul und ſchwach, und man wirds zuletzt müde und überdrüſſig und fällt doch zu Boden. Aber wo die Sprachen ſind, da geht es friſch und ſtark, und wird die Schrift durchtrieben, und findet ſich der Glaube immer neu, durch andere und aber andere Worte und Werke.*" Friedemann *Schulreden.* Wittenb. 1822. p. 22 ff.

g) L. Hüffel *Ueb. d. Weſen u. d. Beruf des evang. chriſtl. Geiſtlichen.* Th. I. Gieſs. 1822.

h) Ex uſu loquendi eccleſiaſtico perantiquo, non biblico, omnis

disciplinae ecclesiasticae publicae administratio nominata est *officium clavium*, sive *solvendi ligandique*. (Artt. Smalc. 330.) Nomina deducta sunt e Matth. 16, 19. (coll. 18, 18. Luc. 11, 52. Ies. 22, 22 ff. vid. Gesenius ad h. l.), ubi Petro potestas traditur, in regno coelesti s. novo religionis instituto, prohibendi aut permittendi, quodcunque illi visum fuerit. Inprimis vero, ratione habita dicti Io. 20, 23., quo Apostolis potestas conceditur, non satis quidem definita, peccata solvendi, a Nostris potestas clavium sive solvendi ligandique dicta est de facultate *absolvendi* homines, peccata confessos, maxime ante coenae s. usum. Recte tamen theoll. recentiores cum Reformatis hanc absolutionem dixerunt mere *declarativam* et *conditionatam*, non *collativam* et *iudiciariam*. Gerhard VI. 274 ff. 304. X. 411. (Walch Bibl. th. I. 131.) Baumgarten *Glaubensl.* III. 264 f. Morus Comment. in epit. II. 678 ff. Reinhard *Dogmat.* 637. Bretschneider *Entw. d. dogmat. Begr.* 3. *A.* 777 ff. Cf. tamen Conf. Aug. de abus. IV. 27. „Docentur homines, vt absolutionem plurimi faciant, quia sit vox Dei, et mandato Dei pronunciatur. Ornatur potestas clavium, et commemoratur, quantam consolationem afferat perterrefactis conscientiis, et quod requirat Deus fidem, ut illi absolutioni tanquam voci de coelo sonanti credamus, et quod illa fides in Christum vere consequatur et accipiat remissionem peccatorum." Apolog. IV. 158. v. 176. 181 ff. G. Wernsdorf Diss. de absolutione ministri eccles. non mere declarativa. Viteb. 1716. 4. Walch Bibl. th. II. 769 f. Ei. *Rel. Streitigk. d. Luther. Kirche.* II. 486. IV. 858. In eccl. antiqua usque ad sec. XII. haec formula usitata fuit, quae eadem etiamnum in eccl. graeca obtinet: *Deus s. Christus absolvat te!* Vid. Morin. de administr. sacr. poenit. l. VIII. c. 8. Versus finem sec. XII. demum formula, quam tenet eccl. cath.: *Ego te absolvo!* invaluit. Thom. Aquin. Opusc. ed. Paris. 1634. p. 375 ff. de forma absolutionis. Cf. Petri *Art. Absolution* in Ersch u. Gruber *Encyklopädie.* I. 180 ff.

§. 188.

Continuatio.

Deinde prouideat ecclesia necesse est, ut, oppressis superstitionibus atque erroribus pernicioſis, profligatis pravis hominum consuetudinibus et diremtis liti-

bus obviis, cultus Dei internus moralis (Io. 4, 23 ff. Rom. 12, 1 ff.) purus et incorruptus commendetur et servetur novaque in dies capiat incrementa [a]). Doctrinae puritas quum per formulas publicas sive libros symbolicos (§. 21.), quibus religionis doctores obstringantur, optime servari visa sit, neque tamen ulla humana instituta omnino perfecta et omni tempori et cuivis rerum externarum conditioni apta reperiantur, videat ecclesia, ne, formulas iam antiquandas pertinaciter retinendo [b]), vel animos hominum, qui veri norma aeterna unice regi et ad cultum Dei moralem excitari possunt [c]), servili iugo oneret (Act. 5, 29. 39.), vel impiae cuidam licentiae fraena laxet. Verum autem religionis ac virtutis studium cum *positivis* fidei religiosae formulis non esse necessario coniunctum, sed eos potius, qui illas mordicus teneant, nihilo secius vitiis omnique nequitiae indulgere posse, ita, ut ipsas formulas illas ipsorum pravitati praetendere audeant, religionum *positivarum* historia satis demonstrat. *Tum* ecclesia prospicere iubetur cultui sacro externo rite instituendo (Marc. 2, 27.), et, religionis, sacrorum et ecclesiae natura et vi et consiliis iam rectius intellectis, apte immutando atque emendando [d]). *Denique* curare oportet ecclesiam, servata tamen singulorum conscientiae libertate, ut vita quoque et mores cum veris doctrinae Christianae praeceptis bene congruant, id, quod optime efficitur partim iusta religionis institutione monitisque gravibus, tempori accommodatis, partim exemplis probis, eorum potissimum, qui ecclesiae praesunt, nec minus institutis piis, quibus tum morum depravationi ac licentiae frena iniiciantur, tum paupertati, multorum vitiorum adiutrici, et miseriae cuivis succurratur et prospiciatur. Quae nuper, quum *excommunicatio* [e]) minor, quae dicitur, a sacrorum emendatoribus quidem, licet scripturae s. auctoritate haud diserte commendetur, conservata et ministris ecclesiae permissa, in desuetudinem venisset, de revocanda in

ecclesiam severiore disciplina in medium prolata sunt *f*), ea neque ecclesiae neque civitatis rationibus, ut nunc quidem sunt, satis conveniunt, quin etiam ipsius scripturae s. dictis (Matth. 13, 29. 38. 7, 1. 2. Rom. 14, 4. 10. 13.) aperte adversantur. Unde intelligitur, religionis doctoribus et ecclesiae antistibus nihil nisi vim ac potestatem quandam spiritualem, minime vero iudicialem et poenalem, recte concedi *g*).

a) Ammon Summa Theol. Chr. 281. Johannsen *Die Feinde d. ev. Kirche in der ev. K.*; in Schröter u. Klein *Für Christenth. u. Gottesgel.* II. 2. 1819. p. 251 ff. Quum nostris temporibus *conventicula*, quae dicuntur, ab hominibus mysticis et fanaticis et laudentur et celebrentur, videndum est, ne quid detrimenti ecclesia inde capiat. H. Escher *Die Marianischen Brüderschaften der Jesuiten u. die Conventikel d. Herrnhuter.* Zür. 1822. J. L. Mezger *Briefe üb. d. Werth rel. Privat-Versammlungen auf Veranlassung d. neuesten rel. Konventikeln im Kanton Schafhausen. Nebst einem Anhang üb. d. neuesten Schwärmerscenen zu Wildenspuch im Kanton Zürich.* Aarau. 1823. *Allg. Kirch. Zeitung.* 1825. Nr. 153. *Auch eine Stimme üb. rel. Conventikel.* Notetur Rescriptum praeclariss. a Summo Ministerio Regni Boruss. ad Consistoria ecclesiastica missum de hominum fanaticorum aut mysticorum, *Separatismo* indulgentium, moliminibus strenue opprimendis d. Berol. d. 24. Oct. 1825. typis express. in *Allg. Lit. Zeit.* 1826. Nr. 24.

b) Nostra aetate, religionis Christianae fontibus eiusdemque decretis accuratius examinatis atque diiudicatis, facile intelligitur, libros symbolicos multis in locis doctrinae biblicae puriori aperte repugnare. (Cf. vitia ll. symb. nonnulla notata in Ammon *Wissenschaftl. prakt. Theol.* 287. et l. l. p. 283.) Ne igitur dissidium inter religionem *esotericam* et *exotericam* progressu literarum indies augeatur, libri symbolici vel ad temporis meliorisque cognitionis rationes emendandi, vel eatenus tantum pro norma fidei, cui religionis doctores obstringantur, declarandi atque habendi sunt, *quatenus* errores atque abusus ecclesiae Romanae reiiciunt eosque scripturae s. effatis refutant (Schleiermacher *Ueb. d. eigenthüml. Werth u. d. bindende Ansehn d. symbol. Bücher*; in *Reformationsalmanach.* II. 376 ff.), vel *quatenus* omnino cum puriore doctrinae biblicae formula conveniunt; reliqui eorum argumenti, quantum fieri poterit, conservato usu quodam symbolico, quo

verae religionis ideae sub singulis thesibus latentes a modo eas significandi et enunciandi bene distinguuntur. Quemadmodum enim sacrorum emendatores sec. XVI., quippe qui contra decreta synodorum et singulorum doctorum ecclesiasticorum insurgerent, non nisi iure suo usos esse recte statuimus; ita et nostris temporibus vestigiis eorum insistendum est. Act. 5, 29. Atque ita factum est, ut ii ipsi, qui nunc acerrimos fidei symbolicae defensores esse se iactant, plus minusve a librorum symbolicorum argumento deflexerint, neque omnibus et singulis, quae in iis continentur v. c. de daemonologia, fidem adhibeant. Nec minus ecclesiarum proceres, qui religionis doctores inaugurandos libris symbolicis obstringunt, eiusmodi fidem coecam, quam ipsi aspernantur, illis iniungere possunt. Ut formulae isti iurandi in libros symbolicos: *quia* (consentiunt cum s. s.) substitueretur verior ac mitior: *quatenus* —, Spenerus potissimum auctor fuit. Bretschneider *Handbuch der Dogmatik.* II. 2. *A.* p. 816 ff. — In terris nonnullis v. c. Badensibus (*Badische Kirchenrechtsinstruction.* Carlsruhe. 1804. p. 19. 308.), Vinariensibus, in Regni Bavariae parte transrhenana al. religionis doctores, id, quod Fridericus Wilhelmus, magnus ille Elector, decreto iam d. 1. Dec. a. 1660 edito in terris Brandenb. sanciverat, Fridericus I. rex, lege data d. 1. Ian. 1713 confirmaverat, scripturae s. simpliciter obstringuntur, quod maxime commendandum. Niemeyer *Die Univers. Halle nach ihrem Einfluss auf gelehrte u. prakt. Theologie.* 1817. rec. in ei. *Akadem. Predigten u. Reden.* H. 1819. p. CXIV. „*Neue symbolische Schriften? Wozu? Es würde doch nur Menschenwerk! Haben wir nicht völlig genug an dem göttlichen Wort? Die früheren waren nothwendig zum Bekenntniss der Lehre gegen die herrschende Kirche, die uns der Irrlehre anklagte. Aber hätten wir sie entbehren können, es wäre in die unsrige des unwürdigen und nutzlosen Streitens weit weniger gekommen.* „*Trinkt, sagte Luther, doch vielmehr aus dem Brunnen selbst, als aus den Flüsslein, die aus dem Brunnen geleitet sind.*" *Keine Beschränkung der Lehrfreiheit! Wohl aber steies Empfehlen, Fördern, Halten auf Lehrweisheit. Nach dieser zu fragen, sie zu bewachen sei ein Hauptgeschäft aller, welche die Lehrer der Kirche prüfen und die Aufsicht über sie führen sollen.*" Sententiam contrariam de verbi divini ministris et scholae magistris nostra aetate librorum symbolicorum argumento severe obstringendis, denuo proposuit Fr. v. Bülow *Ueb. d. gegenw. Verhältnisse des chr. ev. Kirchenwesens* —. 100 ff., ita tamen, ut academiae doctoribus docendi

libertatem ullo modo coërcendam esse negaret. Cf. quae contra hanc sententiam diximus in *Allg. Lit. Z.* 1818. Nr. 276. 77. E reliquis hac de re scriptis vv. prae ceteris: Weland u. Braftberger *Beantwortung der Preisfrage, ob es recht sey, die Erklärungen v. Jesu Lehre zu Glaubensartikeln zu machen. Herausg. von* Salzmann. 1787. Hufeland *Ueb. das Recht protest. Fürsten, unabänderl. Lehrvorschriften festzusetzen.* Jen. 1788. Ritter *Philos. Beweise, dass unabänderl. Lehrvorschriften weder festgesetzt werden können noch sollen*; in Henke *Magaz.* III. 356 ff. Ib. IV. 36 ff. *Ist es in den jetzigen Zeiten schicklich u. vernünftig, einen prot. Lehrer auf symb. Bücher zu verpflichten?* Büsching *Untersuchung, wann und durch wen der freyen evang. luther. Kirche d. symb. Bücher zuerst aufgelegt worden?* B. 1789. A. G. Masch *Die Rechte des Gewissens bei d. Lehrvortrage in d. Protest. Kirche.* H. 1791. (J. A. Eberhard) *Ist die Augsb. Conf. eine Glaubensvorschrift der Luther. Kirche?* H. 2 *Hefte.* 1795. 97. Garve *Vermischte Aufsätze.* 1800. 266 ff. Henke *Beurtheilung d. Schriften üb. das Preuss. Religionsedict, bes. abgedr. aus der Allg. Deutschen Bibliothek.* B. 114. 115. Kiel. 1793. Ei. *Eusebia.* III. 249. C. F. Ammon *Ueb. d. Verpflichtung auf d. symbol. Bücher. Neues Theol. Journ.* II. 369 ff. add. XI. 148. Niemeyer *Briefe an Christl. Religionslehrer.* I. 157 ff. *Briefe üb. d. Rationalismus.* 443 ff. Schuderoff *Ansichten u. Wünsche, betreffend das protestant. Kirchenwesen.* L. 1814. Klein *Besteht die luth. Kirche noch?* in Schröter u. Klein *Für Christenthum u. Gottesgel.* II. 2. 1819. p. 203 ff. *Rechtfertigung d. Protestanten des Baierischen Rheinkreises üb. Beseitigung d. symb. Bücher als Lehrnorm*; in Paulus *Sophronizon.* Bd. IV. H. 4. 1822. p. 35 ff. Ib. VI. 1. 1824. p. 128 ff. Dr. Gurlitt *Gegen einen Versuch von mystischer Ketzermacherei in Hamburg.* Krug *Die Kirchenverbesserung u. die Gefahren des Protestantismus.* L. 1826. p. 81 f. — Meyer Commentatio librorum symbolicorum ecclesiae nostrae utilitatem et subscriptionis eorundem historiam exponens. Gott. 1796.

c) Greiling l. l. 108 ff. Henke *Magaz.* III. 356 ff. IV. 36 ff. Ammon Summa Theol. Chr. 282.

d) Henke *Eusebia.* P. I. — Beck Commentt. 803. — Cavendum est, ne novaturiendi pruritu aliisve de causis novi ecclesiae ritus obtrudantur, qui cum vero Dei cultu spirituali eodemque simplicissimo conciliari nequeunt, cuiusmodi nuper commendarunt G. C. Horst (*Mysteriosophie, od. üb. die Veredlung d. protest. Gottesdienstes durch die Verbindung eines ein-*

fach- erhabenen innern Acts des Cultus mit der Predigt. 2 Thle. Frankf. 1817.) aliique, neve eiusmodi revocentur institutiones liturgicae, quae cultioris ingenio seculi repugnant. Tzschirner de sacris eccl. nostrae publicis caute emendandis. Commentatt. III. 1815. 4. p. XLVIII. denuo typis expr. in ei. *Memorabilien f. d. Studium u. d. Amtsführung d. Predigers.* B. V. St. 1. 1816. — „At enim vero, quae tempus abolevit, nunquam eadem redeunt, et frustra laborant semper, qui sui temporis homines ad praeteritorum temporum sententias, mores et instituta revocare studeut. — Quae autem in hominum nostrorum animos revocari nequeunt, ea nec liturgiae immiscenda sunt; nam sacra publica, ut alliciant homines et teneant, religioni eorum convenire debent. — Quaeque aetas suam habet religionem eamque ob causam sua quoque habere debet sacra; sacris mutandis non mutatur religio, religione autem mutata, sacrorum mutatio insequatur necesse est. — Procul absint ab iis illotae hominum temerariorum manus, non emendationem, sed conversionem iis parantes, nec sequamur eos, qui, res divinas sensibus magis quam animo admovendas iudicantes, spectacula malunt in ecclesiis agi, quam voces graves audiri. Transeant ad sacra peregrina, qui ea admirantur, revereantur Deum praesentem, sacerdotis formula e coelis devocatum, adorent in genua strati beatam virginem et imagines sanctorum, osculentur martyrum ossa, tingantur aqua lustrali, delectentur thuris suffitu, et, si iis placet, ad rosarii legem precum formulas decantent. At sacra nostra intacta sinant, nec caerimonias cum ecclesiae nostrae decretis, tum ingenio seculi repugnantes obtrudere nobis laborent." Omnino omnis cultus Dei externus publicus recte ponitur in concionibus (Rom. 10, 13—17.), precibus (Matth. 6, 7—13.) et hymnis sacris (Matth. 26, 30. Eph. 5, 19. Col. 3, 16.). *Jen. Allg. Lit. Zeit.* EB. 1816. Nr. 84. p. 283. „*Der Name Prediger giebt dem Geistlichen die wahre protestantische Hauptbestimmung, dass er predigen, d. h. die reine Lehre Jesu verkündigen soll. Was die jetzt so manchen theol. Kopf beschäftigende Liturgie — bei manchem Prediger ein Ersatz seiner geistesschwachen Predigten — betrifft, so sollte man nicht gegen Luthers Willen alle Protestanten auf eine zu lange Zeit binden wollen, durch welchen Zuschnitt nur das Fortschreiten im Nothwendigen und Höhern gehemmt werden möchte. Wenn man, wie die poetische Mystik, in den Gebräuchen fast alles findet, um die Menschen zu dem Anschauen des Göttlichen zu führen, und die Predigt im ächt Lutherischen Geiste für unwesentlich*

hält: dann sehen und hören wir Farcen und heuchlerisches mystisches Geheul, das der tief und hohl Athem holende Sprecher am wenigsten in klare Ideen zu bringen vermag, und dem jeder vernünftige Christ, im Geiste Christi, abhold seyn muss, wenn nicht unsere Tempel dem Katholicismus, dem heidnischen Baalsdienste, der die Menschen nicht für Leben und Sterben besser macht, wieder geöffnet werden sollen! — Die Religion ausser Beziehung zur Moral zu setzen, heisst dem Christenthum seinen wahren Nerv, das Reich Gottes herbeizuführen, zerschneiden. Statt kraftvoller, tugendhafter Menschen, die für Gott, Religion and Tugend ihr Leben jeder Gefahr opfern, werden wir schwärmerische Schwachköpfe haben, die Teufel und Gespenster fürchten, und vor mystischem Rauche den Tag nicht sehn. Euer Prunkgottesdienst wird euern Jesuitismus nicht verstecken; wir heiligen mit klaren Worten unsern verständigen Luther, indem wir das im klaren Bewusstseyn stehende göttliche Gefühl Jesu zu erreichen trachten. Um das Herz der Menschen für Religion und Sittlichkeit zu erwärmen, muss in Schulen und Kirchen, als Bildungsanstalten der Menschheit, der Grund zu ihrer Aufklärung und Veredlung gelegt, und durch ein sittliches Leben überall geweckt werden."

e) Excommunicationem *maiorem*, qua quis societate Christianorum prorsus excludebatur, summis periculis damnisque obnoxius, civilem tantum poenam esse docuerunt sacrorum emendatores, *minorem* exc., quae peccatores manifestos et contumaces a s. coena prohibet, donec emendentur, veram et Christianam appellantes. Artt. Smalc. III. art. IX. 333. — Planck *Gesch. d. prot. Lehrbegr.* IV. 50 ff. — Schleiermacher *Reden üb. d. Religion.* 3. *A.* B. 1821. p. 188. „*Die evang. Kirche wird gegen solche Menschen, die irgend jemand für ketzerisch halten und mit dem Banne belegen möchte, keine andere Pflicht anerkennen, als die Gemeinschaft mit ihnen zu unterhalten, damit sie um so eher durch gegenseitige Verständigung auf die richtigen Wege können zurückgeleitet werden. — Es läge darin die Anmassung eines Ansehns, welches unsere Kirche niemanden zugesteht.*"

f) Vid. prae cett. Küster, Neumann u. Tiebel *Grundlinien einer künftigen Verfassung d. protest. Kirche im Preuss. Staate.* B. 1815. J. Schuderoff *Ueb. Kirchenzucht. Mit bes. Hinsicht auf d. protest. Kirche.* L. 1809. Boll *Von d. Verfall u. d. Wiederherstellung der Religiosität* —. Voll. II. 1810. Pöschel *Ideen üb. Staat u. Kirche, Cultus, Kirchenzucht u. Geistlichkeit.*

Nürnb. 1816. Kirchhof *Auch einige Gedanken üb. d. Wiederherſtellung d. prot. Kirche.* L. 1817. Hic tamen per ironiam eccleſiae diſciplinam ſeveriſſimam commendaſſe videtur. Gaſs *Ueb. d. Weſen d. Kirchenzucht u. üb. d. Möglichkeit ihrer Herſtellung in d. proteſt. Kirche.* Bresl. 1819.

g) Lactant. Inſtitutt. V. c. 20. „Non eſt opus vi et iniuria, quia religio cogi non poteſt; verbis potius, quam verberibus res agenda eſt." Luther. Opp. X. Ed. Walch. *Ordnung d. Gottesdienſtes.* 285. „*Die, bei denen weder Geſetz, noch Ordnung, noch Vermahnen, noch Treiben (zum Gottesdienſte) hilft, die laſſe man fahren, daſs ſie williglich und frei laſſen im Gottesdienſte, was ſie unwillig und ungerne thun. Gott gefallen doch gezwungene Dienſte nicht; und ſind vergeblich und verloren.* X. *Wie man ſich zum h. Abendmahle bereiten ſoll.* 2667 f. 70. „*Man lernet daraus, wie gar fein man die Leute mit Zwang Chriſten und fromm machen kann, nämlich, daſs eitel falſche Heuchler, unwillige und gezwungene Chriſten daraus geworden ſind. — Gott hat das Predigtamt nicht dazu geſtiftet, daſs es ihm ſoll ſichere, faule Prediger, und unwillige gezwungene Chriſten machen. Und wer nicht willig und gern ein Chriſt iſt, oder zum Sacrament geht, der bleibe nur weit davon, und fahre, wohin er fährt, Gott mag keinen gezwungenen Dienſt haben.*" Niemeyer *Die Univerſität Halle in ihrem Einfluſs auf Theol.* 1817. recuſ. in ei. *Akadem. Predigten u. Reden.* H. 1819. p. CXVII. „*Kirchenzucht, im alten Sinne des Worts, muſs nicht zurückkehren; irre ich anders nicht ganz in der Einſicht in die Lage unſerer zum Theil groſsen, unüberſehbaren Gemeinen, in das jetzige Verhältniſs der Stände, und ihre unabänderliche Stellung gegen einander. Unvermeidlich würde ſie führen zur Herrſchſucht, zu einer in das Innerſte des häuslichen Lebens eindringenden Späherei, zum liebloſen Richten, zur Heuchelei. Was hilft es euch, die ihr davon das Heil hofft, wenn noch ſo viele eure Kirchen beſuchen, eure Predigten hören, das Abendmahl feiern und das Herz ferne bleibt von Gott? Jenes könnt ihr annöthigen oder erzwingen; dieſem wehrt keine Gewalt.*" Fr. von Bülow *Ueb. d. gegenw. Verhältniſs d. chriſtl. evang. Kirchenweſens —.* 1818. §. 91 ff. Fritzſche *Freimüthige Bemerkungen üb. die Frage: ob die Kirchenzucht — anwendbar ſei? Mit entgegengeſetzten Bemerk. begleitet v.* Breſcius. Frankf. a. d. O. 1818. Gaupp *Ueb. d. Verhältniſs d. proteſt. Kirche zum Staat.* Glog. 1820. 59 ff. Cf. Friderici Magni dictum memorabile (*Mémoires pour ſervir à l'hiſtoire de Brandebourg. nouv. édit.* T. II.

1751. p. 142.): „*La religion ne détruit pas les paſſions dans les hommes, et les gens d'égliſe, de quelque opinion qu'ils ſoient, ſont toujours prêts à opprimer leurs adverſaires, quand ils ſe croient les plus forts.*"

De controverſiis ſuper inſtitutione Presbyteriorum in Bavaria a. 1822 motis vid. prae cett. Gieſeler *u.* Lücke *Zeitſchrift f. gebildete Chriſten.* Heft I. Elberfeld. 1823. p. 125 ff. H. II. 1823. p. 125 ff. Paulus *Sophronizon.* B. VI. H. 1. 1824. p. 59 ff. *Der Presbyterialſtreit in Baiern, oder: Will d. evang. Baier. Landeskirche nicht mündig werden?*

THEOLOGIAE DOGMATICAE

PARS IV.

De rebus post mortem futuris.

CAPUT I.

DE VITA POST MORTEM SPERANDA.

§. 189.

Introductio.

Ut vitae humanae vera ratio atque dignitas constet moralis, et homo beneficiis per religionem Christianam ipsi oblatis frui queat, immortalis sit necesse est, i. e. ita factus, ut animus eius morte a corpore separatus, sui conscius, in aeternum esse pergat eaque forte fruatur, in qua sit iusta huius vitae merces. Immortalitatis animi ac Dei cogitatio arctissime iuncta omnis verae religionis fundamentum est primarium [a]). Sed opinio ea, licet cum ipsa animi natura et cum summis hominis viribus atque desideriis intimo cohaereat nexu, et omnia, quaecunque agit, tolerat speratque, vi sua afficiat, nulla tamen nititur demonstratione geometrica, nec clara scientia, quippe quae hominibus a providentia ipsa denegata videatur, sed mera fide, quae quidem argumentis et *historicis* et *philosophicis* (theoreticis et practicis) (§. 194.) ad summam evidentiam evehi potest. Quo magis autem haec persuasio facit ad veram religionem, virtutem et tranquillitatem, eo diligentius in animis hominum excitari atque confirmari debet, adiuvante potissimum religione Christiana, ut-

pote quae vitam hominis terreſtrem atque poſt mortem futuram nexu arctiſſimo iungi docet. Negari tamen nequit, doctrinam de animi immortalitate, quae in libris ſſ. cum Chriſtologia maxime coniuncta propoſita eſt, variis involutam eſſe imaginibus, quas ad populi et ſeculi ingenium, cui accommodatae fuerint, revocare et cum puriore doctrinae biblicae typo verisque rationis ideis recte componere res maximi eſt momenti.

Kant *Kritik d. prakt. Vern.* 263 ff. Schmidt *Philoſ. Dogmat.* 47 ff. Jacob *Allg. Religion.* 67 ff. (Sintenis) *Elpizon, od. üb. meine Fortdauer im Tode.* VI Voll. 3. *A.* L. 1810—1815. J. P. F. Richter *Das Kampanerthal, od. üb. die Unſterblichkeit d. Seele.* L. 1797. Thiele von Thielenfeld *Alfred u. Ida. Briefe üb. Fortdauer u. Wiederſehn.* 2. *A.* L. 1818. Krug *Euſebiologie.* Kgsb. 1819. p. 114 ff. Chriſtiani *Die Gewiſsheit unſerer ewigen Fortdauer.* Kopenh. 1821. J. H. F. v. Autenrieth *Ueb. d. Menſchen u. ſeine Hoffnung einer Fortdauer vom Standpuncte d. Naturforſchers aus.* Tüb. 1825.

a) Pherecydes Syrus cf. §. 14. *a.* teſte Cicerone (Quaeſt. Tuſc. I. 16.) primus docuit, animos hominum eſſe ſempiternos. Cf. Platon. Tim. IX. 325. Phaedr. X. 318. ed. Bipont. πᾶσα ψυχὴ ἀθάνατος —. Kaiſer *Bibl. Theol.* I. 291 f. Ab aliis inventum hoc Thaleti tribuitur, vid. Diog. Laert. I. 24.; Herodotus tamen II. 123. ait, primum Aegyptios hoc docuiſſe, Pauſanias IV. 32., Chaldaeorum et Indorum ſapientes. Neque vero praetereundum eſt, notionem *immortalitatis* ſ. *perpetuitatis* animorum ſaepe non ſatis explicatam deprehendi, ne apud ipſos quidem philoſophos veteres, qui interdum temporis diuturnitatem vel longam annorum ſeriem pro immortalitate fingerent. Quemadmodum Cicero (Tuſc. quaeſt. I. c. 31.), „Stoici, inquit, uſuram nobis largiuntur, tanquam cornicibus; diu manſuros aiunt animos, ſemper, negant."

§. 190.

Doctrina V. T. de vita poſt mortem futura.

Quum immortalitatis notio, quamvis obſcura atque imperfecta, apud plerasque gentes, rudiores etiam, reperiatur *a*), haud mirandum eſt, veſtigia eius anti-

quiore iam aetate apud Hebraeos quoque deprehendi [b]), quippe qui, sicut alii populi incultiores [c]), viros nonnullos probos a Deo in sedes coelestes receptos esse sibi finxerint. (Gen. 5, 24. 2 Reg. 2, 11.) Verum sententia ista de homine morti superstite, licet Aegyptiis cognita atque probata fuerit [d]), nullo tamen tempore religione Mosaica aperte declarata et publice sancita est, imo in dubium eam vocatam legimus Eccl. 3, 19. 20. (cf. tamen 12, 7.), et quaecunque hac de re obscurius dicta ex aetate antiquiore in V. T. exstant, opiniones referunt singulorum tantum virorum sapientum proprias. His adnumeranda sunt, quae de animis mortuorum (רְפָאִים) in Orco (שְׁאוֹל) [e]), sede quidem tristissima [f]) (Gen. 37, 35. Num. 16, 30. Iob. 7, 9. coll. 3, 14 ff. — 10, 20. 26, 4. Ps. 6, 6. 23, 4. 30, 10. 49, 20. 88, 11 ff. Ez. 32, 21 — 32. Ies. 38, 18.) congregatis et vitae quadam perennitate fruentibus, tradita sunt. (Gen. 25, 8. 37, 35. 49, 33. Iob. 10, 21. 11, 8. 30, 23. 38, 17. Ps. 63, 10. 94, 17. 115, 17. Prov. 9, 18. 21, 16. 30, 16. Ies. 14, 9 ff. [g]) 38, 11. Ez. 31, 16. 17. 32, 21 ff. Hos. 13, 14. cf. Sir. 14, 16. 17, 27 f. 18, 12. 38, 16 ff. 41, 1. 3. 4.) Inde ab exilii Babylonici tempore, e Zoroastris fortasse commentis [h]) sententia de mortuorum, inprimis Israelitarum, resurrectione [i]) prodiit [Ez. 37, 1 — 14. Ies. 26, 14. 19. [k]) Dan. 12, 2. 13.], quae notionibus Messianis, v. c. de Messia magni regni conditore et vivorum mortuorumque iudice, nec minus Maccabaeorum forte tristissima confirmata atque exornata, in fidem Iudaeorum, praesertim Pharisaeorum (Act. 23, 6 ff. 24, 15.), publicam sensim sensimque translata est. (2 Macc. 7, 9. 11. 14. 23. coll. 12, 43 ff. 15, 12. 14.) [l]). Nihilominus puriorem etiam immortalitatis ideam in Apocryphis (Sap. 1, 15 f. 2, 22 — 24. 3, 1 ff. 5, 15. 6, 18. 19.) et a Philone [m]) adumbratam reperimus, ad quam, Sadducaeis omnem vitam futuram negantibus [n]) (Act. 23, 6 — 8. Matth. 22, 24.), Esseni propius accesserunt,

qui ſtatuerent, animas pias ſtatim poſt mortem, a corporis quaſi carcere liberatas, in beatas ſedes transire, impias vero in ſpeluncas ſubterraneas ad poenam luendam detrudi [o]).

Flügge *Geſch. d. Glaubens an Unſterblichkeit, Auferſtehung, Gericht u. Vergeltung.* 1794. Th. I. Abſchn. 4. 5. Thym *Hiſt. krit. Darſtellung d. jüd. Lehre v. einer Fortdauer nach d. Tode, ſoweit ſich Spuren davon im A. T. finden.* B. 1795. J. E. C. Schmidt *Entw. einer Geſch. d. Glaubens an Vergeltung u. Unſterblichkeit bei d. Juden.* 1797. Bauer *Theol. d. A. T.* 248 ff. Ammon *Bibl. Theol.* III. 222 ff. E. Simon *Geſch. d. Glaubens älterer u. neuerer nichtchriſtl. Völker an eine Fortdauer der Seele nach d. Tode.* Heilbr. 1803. C. T. Struve Hiſt. doctrinae Graecorum ac Romanorum philoſophor. de ſtatu animarum poſt mortem. Alton. 1803. Kaiſer *Bibl. Theol.* I. 271 ff. De Wette *Bibl. Dogm.* §. 113. 178 ff.

a) Knapp Comm. ſuper origine opinionis de immortalitate animorum ap. nationes barbaras atque a cultu veri Dei alienas, in ei. Scriptis var. arg. Ed. 2. p. 79 ff. Flügge l. l. 211 ff.

b) Scriptores, qui hac de re iam ſatis illuſtrata in utramque partem disputaverunt, l. Beck 843 f. Bretſchneider *Handb. d. Dogm.* II. §. 167.

c) De Wette l. l. p. 90.

d) Herod. II. c. 123. Plutarch. de Iſide et Oſir. 145. Porphyrius de abstinentia. IV. §. 10. Horn *Bibl. Gnoſis.* 311. De Wette 89.

e) Bährens *Ueb. den Scheol d. Hebräer.* H. 1786. Von Zobel *Ueb. d. Schattenreich d. frühern Juden, in deſſen Magaz. f. bibl. Interpretat.* I. St. 1. Meyer de notione Orci ap. Hebraeos, commentat. Lubec. 1793. Ammon *Ueb. d. Todtenreich d. Hebräer*, in Paulus *Memorabilien.* IV. St. 9.

f) Cf. Homer. Odyſſ. XI. 488 ff. Cic. Tuſc. quaeſt. I. 16. — Von Zobel l. l. 52 ff.

g) Geſenius *Commentar üb. den Jeſaia.* I. 476. ad h. l. „*Die Bewohner der Unterwelt, ſonſt als empfindungslos geſchildert* (*ſ.* De Wette *Bibl. Dogm. 2. A.* §. 114.), *wie ſie auch bei den Aegyptiern in Amenthes dumpf ſchweigend der Auferſtehung harren* (*ſ.* Creuzer Commentatt. Herodott. 307. Ei. *Symbolik.* I. 404 ff. V. Hammer *Lehre der Aegypter von d. Unterwelt, Fundgruben.* V. 273 ff.), *erſcheinen hier, ähnlich den Schatten*

der Griechen (V. Zobel *Magaz. f. bibl. Interpretation.* Bd. I. St. 1, S. 24.), *belebt, und selbst ihre Lebensverhältnisse fortsetzend, was schon ein kleiner Schritt zur Vervollkommnung der Vorstellung ist. Etwas Aehnliches nur Ezech.* 31, 16. 17."

h) Fenel *Ueb. d. Lehre d. Alten, besonders d. Magier, von Auferstehung*; in Hilsmann *Mag. f. die Philos.* II. 337 ff. *Zend-Aveſta im Kleinen.* II. 129 ff. Flügge II. 250 f. — J. G. Rhode *Die h. Sage od. d. gesammte Religionssystem der Baktrer, Meder u. Perser, od. d. Zendvolks.* Frankf. 1820. N. XIV. p. 416 ff. „*Von Sosiosch, dem künftigen Erlöser der Menschen, von der Auferstehung der Todten und dem Weltgericht, von dem Kometen Gurzscher, dem Ende der Erde in Feuer*" —. 463. „*Dass die Erwartung eines Welthеilandes, zu einer Zeit, wo das Menschengeschlecht seiner am meisten bedürfte, alter Volksglaube war, beweist nicht allein die Art, wie davon in den Zendschriften, als einer allgemein bekannten Sache, gesprochen wird, sondern auch, dass sie in den Schriften und dem ganzen Religionssystem der Hindu liegt. Freilich ist sie hier ganz anders ausgebildet, aber doch in Bestimmung des Zwecks, der Erlösung der Menschen aus der Macht der Teufel und des Bösen, und der Wiederbringung des Guten, völlig dasselbe. Bei dem Zendvolk ist dieser Erlöser ein Mensch, durch welchen Ormuzd wirkt; bei den Hindu ist es eine Avatar, eine Menschwerdung der Gottheit (des Vischnu) selbst, welche das Werk vollführen wird.*" Commenta ista de resurrectione mortuorum et de iudicio extremo apud plurimos Orientis populos pervulgata, inde ad Iudaeos, ab aliis quidem aliter efficta, transiisse, satis probabile est.

i) De resurrectione iustorum s. prima vid. Flügge I. 286 ff. Bertholdt Christologia Iudaeor. 176 ff. Gesenius *Commentar üb. den Jes.* I. 805. ad Ies. 26, 19. „*Nachdem man einmal angefangen hatte, die messianischen Hoffnungen und Vorstellungen ins Uebersinnliche hinüberzuziehn, und damit über den gewöhnlichen Lauf der Dinge hinauszugehn, brachte man die Lehre des Zend-Aveſta von der Auferstehung der Todten damit in Verbindung, um sich das Räthsel über das häufig für immer unglückliche Schicksal der verstorbenen Frommen zu lösen und diese an den Freuden des messianischen Reichs Theil nehmen zu lassen. Daher lässt die jüdische Dogmatik seit dem Exil nicht alle Todte auferstehn, Fromme und Gottlose, wie der Parsismus lehrt, sondern nur die Frommen, und erst nach dem messian. Reich folgt die zweite Auferstehung des ganzen Menschengeschlechts.*"

k) Geſenius l. l. ad h. l.

l) Ioſeph. de bell. Iud. II. 8. 14. coll. VII. 8. 7. Archaeol. XVIII. 1. 3. Stäudlin Doctrinae de futura corporum exanimatorum inſtauratione ante Chriſtum hiſtoria in Commentatt. theol. a Velthuſ. — edd. I. 268 ff. Similem de reſurrectione ſententiam ipſe profeſſus eſt Ioſeph. Bell. Iud. III. 7. 5., ſed de vero horum verborum ſenſu varie diſceptatum eſt. Neque aliter ſtatuere Talmudici et Rabbini. Vid. Targum Hieroſolymit. Gen. 35, 34. et Lightfoot et Wetſtein ad Matth. 22, 23 ff. Add. Flatt *Etwas üb. d. Lehren der Phariſäer vom Zuſtande nach d. Tode*; in Paulus *Memorabilien*. St. 2. Paulus *Commentar*. III. 284 ff.

m) De ſomn. 586. *Τούτων τῶν ψυχῶν αἱ μὲν κατίασιν ἐνδεθησόμεναι σώμασι θνητοῖς, ὅσαι προχειρότατοι καὶ φιλοσώματοι. αἱ δ' ἀνέρχονται διακριθεῖσαι πάλιν κατὰ τοὺς ὑπὸ φύσεως ὁρισθέντας ὁρισμοὺς καὶ χρόνους· τούτου αἱ μὲν τὰ σύντροπα καὶ συνήθη τοῦ βίου ποθοῦσαι, παλινδρομοῦσιν αὖθις· αἱ δὲ πολλὴν φλυαρίαν αὐτοῦ καταγνοῦσαι, δεσμωτήριον μὲν καὶ τύμβον ἐκάλεσαν τὸ σῶμα, φυγοῦσαι δ' ὥσπερ ἐξ εἱρκτῆς ἢ μνήματος, ἄνω κούφοις πτεροῖς πρὸς αἰθέρα ἐξαρθεῖσαι μετεωροπολοῦσι τὸν αἰῶνα· ἄλλαι δ' εἰσὶν καθαρώταται καὶ ἄρισται, μειζόνων φρονημάτων καὶ θειοτέρων ἐπιλαχοῦσαι μηδενὸς μὲν τῶν περιγείων ποτὲ ὀρεχθεῖσαι τὸ παράπαν, ὕποχοι τοῦ πανηγεμόνος, ὥσπερ μεγάλου βασιλέως ὀφθαλμοὶ καὶ ὦτα, ἀφορῶσαι πάντα καὶ ἀκούουσαι· ταύτας δαίμονας μὲν οἱ ἄλλοι φιλόσοφοι· ὁ δὲ ἱερὸς λόγος ἀγγέλους εἴωθε καλεῖν, προσφυεστέρῳ χρώμενος ὀνόματι.* Stahl in Eichhorn *Bibl.* IV. 877 ff. Schreiter *Philo's Ideen üb. Unſterblichkeit, Auferſtehung u. Vergeltung*; in Keil u. Tzſchirner *Analekten*. St. 2. 1813.

n) Ioſeph. Bell. Iud. II. 8. 14. Arch. XVIII. 1. 4. Cf. Paulus *Commentar*. III. 280 ff. Apud Graecos et Romanos nulla huius opinionis veſtigia exſtant. Cf. Aeſchyl. Eumenid. V. 631. *ἅπαξ θανόντος οὔτις ἐστ' ἀνάστασις.* Plin. Hiſt. nat. II. c. 5. reſurrectionem a numine ipſo effici poſſe negat. Paulus reſurrectionis mentione facta ab Athenienſibus irriſus eſt. Act. 17, 32.

o) Ioſeph. Bell. Iud. II. 7. et 8. 11. cf. Archaeol. XVIII. 1. 5. Stäudlin *Geſch. d. Sittenlehre Jeſu*. I. 446 ff. 461.

§. 191.

§. 191.

Doctrina N. T.

Duplex in N. T. libris continetur sententia de animarum perennitate, altera simplicior, quae omissis commentis istis de Orco s. Hade, statim a morte homines ad vitam futuram ducit (Matth. 10, 28. 19, 17 ff. 22, 32. Luc. 16, 25. 23, 43. 46. Io. 4, 14. 11, 25. Act. 7, 59. 2 Cor. 5, 1—8. Phil. 1, 23. 1 Io. 2, 17. Hebr. 4, 1. 9, 27.), altera, imaginibus referta et Iudaicis accommodata notionibus, de resurrectione corporis et piorum et impiorum hominum in reditu Messiae prope instante exspectanda (Matth. 22, 30 s. Luc. 20, 35 s. Io. 5, 28 ff. 6, 40. Rom. 8, 11. 1 Cor. 6, 14. 15, 3—14. 35—48. 51 ff. Phil. 3, 21. 1 Thess. 4, 14 ff.) [a]). Etsi fuerunt, qui Iesu dicta nonnulla, praesertim Io. 5, 28 ff., de vitae moralis institutione interpretantes [b]), non tam ab Iesu ipso, quam ab Apostolis doctrinam de resurrectione corporis propositam esse contenderent; negari tamen nequit, eam et his et aliis, quae Iesu ipsi tribuuntur, effatis, si modo accuratius examinata fuerint, re vera significari [c]). Ex Apostolis Paulus, Pharisaicam disciplinam pressius secutus, solus diserte atque copiose hunc locum explicat, ita, ut discernat mortuos, quorum corpora cum animabus ex Orco ad mundum superiorem revocatis denuo coniungenda vitae restituentur praestantiora et nobiliora (1 Cor. 15, 35 ff.), et superstites Christo redeunte futuros, quorum corpora mutationem subitura esse ostendit. (1 Cor. 15, 51. 1 Thess. 4, 15 ff.) Ceterum nonnullis in locis vel duplicem mortuorum resurrectionem olim futuram commemoravit (1 Cor. 15, 23 ff. 1 Thess. 4, 16. 17. cf. Apoc. 20, 4. 5.) [d]), et omnis huius doctrinae, cui tamen Phil. 1, 23. repugnare videtur, argumentum gravissimum e Christi reditu in vitam, non satis commode quidem [e]), repetiit (Rom. 8, 11. 1 Cor. 15, 12 ff. 1 Thess. 4, 14.), omnino

autem perfectiſſimam fore docuit vitae aeternae conditionem. (1 Cor. 13, 8—13.)

a) Ammon Summa Th. Chr. 289 f. Auguſti *Die kathol. Briefe neu überſetzt u. erklärt.* II. Lemg. 1808. 171. — Sententia prior cum poſteriore hac ratione conciliari poſſe videtur, ut illa conditionem animae ante reſurrectionem indicari ſtatuamus. Iudaei enim ſeriores duas Orci ſub tellure ſiti partes conſtituiſſe putantur, *Geennam* et *Paradiſum*, in quo piorum animae verſari dicebantur, donec reſurrectione in coelum eveherentur, Luc. 16, 19 f. 23, 43. 1 Petr. 3, 19. 4, 6. Ioſeph. B. Iud. II. 8. 11. Zioni in Paraſcha Bereſchit. f. 11. Kaiſer *Bibl. Th.* I. 278. Bretſchneider *Handb. d. Dogm.* II. 570 ff. — Verum quum Paulus nec Geennae nec Paradiſi mentionem fecerit, et Chriſtum, ad quem ſe ſtatim poſt mortem ſublatum iri ſperat, in coelo ad dextram Dei verſari docuerit Rom. 8, 34. Eph. 1, 20. cf. Act. 7, 55. Hebr. 8, 1; ille loco ſupra l. Phil. 1, 13. add. 2 Cor. 5, 1—8. (Hebr. 10, 19. 34. 12, 22 ff. Apoc. 6, 9—11. 7, 13—17.), idem etiam docuiſſe videtur, animas piorum Chriſti cultorum, reſurrectioni haud obnoxias, a morte ſtatim in coelum f. conditionem beatiſſimam transire, licet hanc ſententiam profeſſus ſibi ipſe non conſtiterit.

b) Ammon *Bibl. Theol.* III. 257 ff. Ei. Opuſcc. theol. 1793. 53 ff. Eichhorn *Bibl. der bibl. Lit.* VI. 997 ff. Paulus *Commentar.* IV. ad Io. 5, 28. 29.

c) De Wette *Bibl. Dogm.* 2. *A.* §. 243.

d) Bertholdt Chriſtol. 176 ff. Sententiam ab Iudaeorum opinione iſta plane diverſam de iterata quadam mortuorum reſurrectione et duplici ſingulis ſubeundo iudicio propoſuit Kaiſer Monogrammata theol. Chr. dogmaticae. Erl. 1819. p. 155 ff. 175. et exegeticis et philoſophicis argumentis uſus parum probabilibus. Cf. *Allg. Lit. Zeit.* 1820. N. 289.

e) Chriſtus corpore minime immutato in vitam rediiſſe dicitur Io. 20, 27. Cf. tamen Knapp Scripta var. arg. Comment. IX. De nexu reſurrectionis Ieſu Chriſti e mortuis et mortuorum ad illuſtranda varia N. T. loca, inprimis 1 Cor. 15, 12—29. Ed. 2. p. 300 ff.

§. 192.

Historia dogmatis.

Ambiguitate ista et diversitate sententiarum, quae de immortalitate animorum in N. T. libris propositae sunt, potissimum factum esse videtur, ut in ecclesia Christiana mature iam duo prodierint opinionum genera, nunquam postea plane exstincta, alterum eorum, qui literis scripturae s. inhaerentes, imaginibus Iudaeorum servatis varieque exornatis, futuram hominis conditionem omnem ad sensus revocarent, *Chiliastis* [a]) maxime probatum, alterum eorum, qui liberius philosophantes et placito de naturarum *emanatione* ex summa quadam et perfectissima natura nitentes, simpliciter reditum ad illam, materia deposita, exspectarent, a *Gnosticis* et Origene cum sectatoribus varie expositum. Inter quae medium fere tenentes plerique theologi ecclesiae catholicae locum hunc subtilius tractarunt, haud satis quidem illi definitis rerum notionibus. Namque reiecto Chiliasmo duriore, carnis resurrectionem, iam inde a rei Christianae primordiis nonnullis improbatam (1 Cor. 15, 12.) [b]), firmissime tenuerunt, de conditione autem animae a corpore separatae ad resurrectionem usque futura varia vel ex vetustis de orco opinionibus repetierunt, vel nova finxerunt commenta, quae homiletarum grandiloquentia, clericorum superstitionibus et hierarchiae exstruendae ac confirmandae studio mirifice exornata sunt atque commendata. Huc referri possunt opiniones de statu medio animorum a corporibus seiunctorum [c]) variisque animorum receptaculis [d]), de igne purgatorio [e]), cum quibus mature coniuncta sunt alia commenta de precibus et donis defunctorum in usum offerendis; de invocatione sanctorum, qui apud Deum iam versantes intercedere pro viventibus putabantur, et de animabus post mortem in terra apparentibus. Praeterea etiam de migratione futura animi in alia corpora (μετενσωμά-

τωσις, μετεμψύχωσις) *f*) et de somnio eius diuturniore (ψυχοπαννυχία), diversis temporibus cogitatum est *g*). Sacrorum emendatores, plurimis quidem horum commentorum repudiatis, non prorsus tamen hunc locum perpurgarunt, quo factum est, ut partim nova eaque varia hac de re spargerentur somnia, partim doctrina scholarum theologicarum publica diversis ac gravissimis argumentis impugnaretur, nec nisi recentiori aetate sensim emendaretur *h*).

Dav. Blondel *Traité de la créance des pères, touchant l'état des ames après cette vie* —. Charenton. 1651. o. Baumgarten Hist. doctr. de statu animarum separat. H. 1754. Teller Fides dogmatis de resurrectione carnis per quatuor priora secula. H. et Helmst. 1766. Corrodi *Gesch. d. Chiliasmus.* Münscher *Dogmengesch.* II. Wundemann II. Flügge *Gesch. d. Lehre v. Zustande d. Menschen nach d. Tode in d. Christl. Kirche.* 2 Thle. L. 1799. 1800. (Voll. III. et IV. libri: *Gesch. des Glaubens an Unsterbl.*) Augusti *Dogmeng.* 332 ff. Beck 830 ff. 914 f.

a) Defensoribus Chiliasmi (§. 144. n. *c*.) antiquissimis non solum Cerinthus, Papias et Nepos, episc. Aegypt., cui Origenes gravissimus exstitit adversarius, adnumerandi sunt, verum etiam Iustinus, Irenaeus et Tertullianus, et in ipsa ecclesia nostra praeter Anabaptistas nonnulli Chiliasmi vel crassioris vel subtilioris exstiterunt laudatores, de quibus vid. Beck 570.

b) Vid. Münscher *Dogmengesch.* II. 467 ff. et scriptores, quos l. Beck 860 ff. — Vogel Progrr. II. de resurrectione carnis. Erl. 1822.

c) Ernesti de vett. PP. opinione de statu medio anim. a corp. seiunctorum. Lectt. in ep. ad Hebr. 538 ff. Münscher l. l. II. 422 ff. — Sententia illa ex Iudaeorum seriorum commento de Hade progressa plurimis Patribus usque ad sec. IV probata fuit. Bretschneider *Handb. d. Dogm.* II. 2. *A.* 571 ff.

d) Distinguuntur inde ab aetate theologiae scholasticae *paradisus* (coelum), *limbus* patrum (sinus Abrahami), *limbus infantum*, locus *purgatorii*, atque *infernus* (Geenna). Gerhard L. th. XVII. 178 ff.

e) Dogma de igne purgatorio, locis 2. Macc. 12, 43. 1 Cor. 3, 15. male defensum, Clementis Alex. maxime et Origenis

auctoritate commendatum, et per Augustinum atque Gregorium M. confirmatum, Concil. Florentino a. 1439. sanctitum est. — Doctrinae de purgatione quadam animarum, post mortem futura, ab aliis populis creditae (Flügge II. 255. 293. 555.), nec Iudaeis serioribus incognitae (2 Macc. 12, 44.) vestigia apud Platonem etiam reperiuntur, Phaed. c. 29. 62. Gorg. 168 ff. ed. Bipont. cf. Virg. Aen. VI. 741 ff. Tennemann *Syst. d. Platon. Philos.* III. 121 ff.

f) (Conz) *Schicksale d. Seelenwanderungshypothese unter verschiedenen Völkern u. in versch. Zeiten.* Königsb. 1791. Platner *Aphorismen.* I. 635 f. Beck 846 f. — Sententiae isti quodammodo faverunt philosophi nonnulli recentiores, G. Ephr. Lessing (*Erziehung d. Menschengeschlechts.* B. 1780.), J. G. Schlosser *Gespräche üb. die Seelenwanderung.* L. 1782. — Similem sententiam nuper defendit Grävell *Das Wiedersehn nach d. Tode. Als Anhang zu dessen Werke: Der Mensch.* L. 1819. 35 ff. De metempsych. doctrina Indis probata vid. Fr. Majer *Brahma.* L. 1818. 58 ff.

g) Io. Calvini l. Psychopannychia inscriptus, a. 1534 contra Anabaptistas primum editus. Gerhard XVIII. 1 ff. Baumgarten *Pol.* III. 453 ff. Flügge III. 2. 333 ff. Cf. Reinhard *Dogm.* 661.

h) Beck 866 f. Flügge 365 ff. Münscher *Lehrb. d. Dogmengesch.* 220.

§. 193.

Doctrina ecclesiastica.

Numero novissimorum (ἐσχάτων) i. e. omnium rerum, quae ad extrema hominis et futura spectant, ad quatuor reducto, *mortem* scilicet, *mortuorum resurrectionem*, *iudicium extremum* et *mundi interitum* [a]), ecclesiae nostrae theologi docuerunt [b]), mortem *naturalem*, a morte quippe *spirituali* atque *aeterna* distinguendam, esse separationem animi et corporis eam, quae utriusque unionem prorsus solvat, eandemque lapsum protoplastorum poenae loco secutam esse (§§. 114. 117.) [c]). Animi corpori superstitis perennitas probatur tum ex animae et corporis diversitate

(Gen. 2, 7.), tum ex Iesu effato, eam interfici non posse (Matth. 10, 28.), tum e promissione diserta, eam ad Deum esse reversuram. (Eccl. 12, 7. Luc. 23, 43. Act. 7, 59. Phil. 1, 23.) Corpus ab anima disiunctum corrumpi quidem, neque tamen in nihilum redigi traditur, itemque animam neque exstingui, neque dormire, neque in limbo aut purgatorio versari, quod e locis 2 Macc. 12, 43. 1 Cor. 3, 15. perperam ducitur [a]), sed in coelum statim vel infernum abire; denique sub finem huius mundi omnes mortuos, pios et impios (Dan. 12, 2. Matth. 25, 32.), Christo auctore in vitam revocatum iri (Iob. 19, 25 ff. Ies. 26, 14. 19. Ez. 37, 5—10. Hos. 13, 14. Dan. 12, 1—3. [c]) Matth. 22, 31. Io. 5, 28. 1 Cor. 15, 12 ff.), ita, ut corpora hominum antea defunctorum numero et substantia eadem, futurae tamen vitae accommodata [f]), cum animabus suis denuo coniungantur, eorum vero, qui extremo die essent superstites, corpora in augustiorem formam mutentur. Argumenta proposuerunt tum *possibilitatis*, quam dicunt, *physicae* et *moralis*, ex divina omnipotentia, ex ipsa rei notione rationi non repugnante et ex analogia naturae depromta, tum *necessitatis*, ut integer homo restitutus vitae anteactae mercedem ferre possit, et *veritatis*, ex scripturae s. dictis, e morte et resurrectione Christi petita [g]).

a) Gerhard L. th. XVII. 7 ff. Baumgarten *Glaubensl.* III. 678. Bretschneider *Entw. d. dogm. Begr.* 3. *A.* 784 ff.

b) Quenstedt Theol. did. pol. II. 1689 ff.

c) Form. C. Sol. decl. I. 641. Et piorum regenitorumque mors poena dicta est a plurimis theologis (Gerh. XVII. 54. Reinhard 653.), dissentientibus tamen nonnullis, praeeunte Melanchthone Apol. IV. 194. „Neque iam in morte credentis, postquam fide terrores mortis vicit, ille aculeus est et sensus irae, de quo Paulus dicit: aculeus mortis peccatum est; potentia vero peccati lex. Illa potentia peccati, ille sensus irae vere est poena, donec adest; mors sine illo sensu irae non est poena." Buddeus Comp. Th. dogm. 515. Seiler Theol. dogm. pol. 692.

d) Artt. Smalc. P. II. art. II. 307 ff. — Cf. Ammon Summa theol. Chr. p. 290.; ubi 1 Petr. 4, 6. de animorum καθαρισμῷ post mortem futuro intelligitur, rectius tamen ad mortem in vita terrestri obitam referri videtur.

e) Dicta supra allata, praeter Iob. 19, 25 ff., quo certissima Iobi spes sanitatem recuperandi significatur, et Dan. 12, 1—3., ubi resurrectio mortuorum vere commemoratur, de morte quasi politica penitus sublata et de restitutione reipublicae minus recte explicantur. Vid. Gesenius *Commentar. üb. d. Jesaia* ad 26, 19.

f) Symb. Athanas. (Chr.) „inde (de coelo) venturus est iudicare vivos et mortuos, ad cuius adventum omnes homines resurgere habent cum corporibus suis et reddituri sunt de factis propriis rationem, et qui bona egerunt, ibunt in vitam aeternam, qui mala, in ignem aeternum." Conf. Aug. art. XVII. Catech. mai. art. III. 501. „Exspectamus, ut haec nostra caro, cum omnibus suis sordibus et vitiis, abolita et sepulta putrescat, verum praeclare et magnifice iterum prodeat et exsurgat a mortuis ad perfectam et absolutam sanctitatem, nova atque immortali vita animata." Form. Conc. I. 649. Cf. tamen Catech. min. petit. VII. 375. „Oramus — ut tandem, quum hora mortis venerit, felicem vitae exitum nobis largiatur nosque — ex hac miseriarum valle *ad se in coelum recipiat.*" — Baier Comp. Theol. posit. 334. „Recipient etiam sexum et partes seu membra omnia, quae in hac vita habuerunt, licet non ad veterem usum redintegrandum, tamen ad integritatem corporis organici. Piorum autem corpora in ipsa resurrectione reddentur glorioſa, et si forte in hac vita membris quibusdam privati fuerint, tunc illa recipient." Gerhard XIX. 44 ff. Morus Epit. Th. Chr. 292. „Subiectum, cui resurrectio et mutatio in melius attribuitur, est idem illud corpus, quo nunc utimur; et id, quod fiet, eidem subiecto accidet eritque destructae rei instauratio, et eiusdem rei mutatio, non alius plane rei procreatio (cf. Dissertt. p. 170. Scherzeri Colleg. Antisocin. 1209.). Inde veteres maluerunt ἀνάστασιν σαρκός, quam σώματος, dicere, et resurrecturum dixerunt σῶμα τοῦτο μὲν, ἀλλ' οὐ τοιοῦτο, sive corpus numero idem: et Aquileiense symbolum verbis, *credo resurrectionem carnis* (quae symb. Apost. continet), addidit *huius* carnis." Similiter Rufinus v. symb. eius in opp. Hieronymi ed. Francof. IV. 68. Pro *identitate* corporum vitae restitutorum *totali*, a theologis antiquioribus defensa (Gerhard L. th. VIII. 407. Calov. XII. 123. Quenstedt IV. 604.), Buddeus Institutt. th. dogm. p. 480.

„Iuſtitiae divinae hoc poſtulat ratio, quum iniquum foret, ſi aliud, et non illud ipſum, quo improbi peccarunt, corpus puniendum ſit; — dubia eum non morabuntur, qui expenderit, apud Deum non eſſe ἀδύνατον πᾶν ῥῆμα Luc. 1, 37.", recentiores non niſi *id. partialem* admiſerunt. Baumgarten *Ev. Glaubensl.* III. 707. Michaelis *Dogm. 2. A.* 729 ff. Seiler Theol. dogm. pol. 381. Doederlein Inſt. th. Chr. II. 482 ff. Reinhard 665. al.

g) Gerhard XVIII. 285 ff. XIX. init. Morus Comm. in epit. II. 696 ff. Doederlein *Religionsunterr.* XI. 315 ff.

§. 194.

Epicriſis.

Ad diiudicandas iſtas ſententias iam videndum eſt, ſana ratione duce, quibus argumentis in univerſum doctrina de animi immortalitate recte ſuperſtrui queat *a*). I. Argumentum *hiſtoricum* e conſenſu plerorumque populorum et philoſophorum petitum hoc tantum declarat, rationem humanam facillime evehi poſſe ad hanc opinionem *b*). Etſi autem fuerunt, qui immortalitatem animi in dubium vocarent, vel omnino negarent *c*), minime tamen potuerunt de interitu animae certa atque indubitata argumenta afferre. II. Argumenta *philoſophica* ſunt: 1. *theoretica: α. metaphyſica*, quae animi humani vires atque effecta non e corporea quadam materie, ſed ex animi ſubſtantia individua omnisque ſolutionis experte derivanda eſſe demonſtrant *d*); *β. teleologica*, deducta partim ex analogia omnis rerum naturae, in qua nihil interire, imo ab ipſa morte novam vitam ordiri cernimus, partim ex accurata contemplatione et totius naturae humanae ad maiorem indies perfectionem enitentis, et omnium eius facultatum atque deſideriorum *e*); *γ. theologica* ex iuſta et vera Dei idea, cum totius mundi, tum hominum creatoris, conſervatoris et gubernatoris ſanctiſſimi, iuſtiſſimi, benigniſſimi et ſapientiſſimi depromta *f*); 2. *practica* ſeu moralia, quae indolem hominis mora-

lem spectant, praesertim legis moralis conscientiam, quae virtutis studium in infinitum et concentum aequabiliorem felicitatis cum virtute in altera vita flagitat *g*). His argumentis, praesertim theologicis et moralibus, quae non sicut reliqua probabilitatem tantum, sed summam etiam evidentiam habent, bene examinatis facile intelligitur, ea cum scripturae s. praeceptis purioribus atque simplicioribus valde congruere et haec potissimum affirmare: *primum* arctissime cohaerere hanc vitam cum futura, ita, ut haec illam continuo excipiat, nec quisquam intercedat status medius; *deinde* animum cum sensu et sui ipsius conscientia ideoque novo qualicunque organo tanquam corpore eodemque subtiliore instructum, siquidem mentes finitae sine spatii limitibus et corporali natura vix cogitari possunt *h*), post mortem corporis terreni fore superstitem.

a) Ammon Summa Theol. Chr. 292 ff. Niemeyer *Briefe an Christl. Religionslehrer.* III. *Br.* 22. Bretschneider *Handb. d. Dogm.* II. 2. *A.* 349 ff.

b) Cic. Quaest. Tusc. I. 13. „Omni autem in re consensio omnium gentium *lex naturae* putanda est." Ibid. c. 14. „Natura ipsa de animorum immortalitate tacita iudicat." — Seneca Ep. 117. „Quum de animarum aeternitate differimus, non leve momentum apud nos habet consensus hominum, aut timentium inferos, aut colentium." — Flügge l. l. I. II. Meiners *Ueb. d. Meinungen uncultivirter Völker üb. d. Natur d. menschl. Seele u. üb. Fortdauer nach d. Tode*, in Flügge II. 211 ff. Meiners *Allg. krit. Gesch. d. Religionen.* II. 743 ff. — Oporin. Hist. crit. de immort. animae. Hamb. 1735. Dan. Wyttenbach Diss. quae fuerit vett. philos. inde a Thalete et Pythag. usque ad Senecam sententia de vita et statu animorum post mortem corporis. Amst. 1786. Ei. oratio de immortalitate animi, in Opusc. varii argum. Lugd. et Amst. 1821. V. II. 493 ff. Struve Hist. doctr. Graecor. ac Rom. philosophorum de statu animorum post mortem. Alt. 1803. Cf. prae cett. Platonis Phaedon, Phaedrus, Timaeus et ll. de republ. passim. *Vers. einer kurzen hist. krit. Uebersicht d. Lehren u. Meinungen unserer vornehmsten neuen Weltweisen v. d. Unsterblichkeit d. Seele.* Altenb. u. L. 1796. — Joh. Hugo Wyttenbach *Tod u. Zukunft. In einer Anthologie von Aus-*

ſprüchen älterer u. neuerer Dichter u. Philoſophen. 2 *A.* L. 1821.

c) Negarunt immortalitatem animorum tum veteres quidam, ut Epicurus, Dicaearchus et *Stoici* nonnulli (Tiedemann *Geiſt d. ſpeculativen Philoſophie.* I. 392 ff. 491 f.), tum recentiores philoſophi *Materiarii* plerique, ut De La Mettrie, auctor l. *Syſtème de la nature* al. Schlegel *Kirchengeſch. des XVIII. Jahrh.* I. 261 ff. — Beck Comment. 837. Argumenta immort. in dubium vocavit Wieland *Euthanaſia, oder drei Geſpräche üb. d. Leben nach d. Tode. Veranlaſst durch* D. J. K. W...s (Wötzel's) *Geſch. d. wirkl. Erſcheinung ſeiner Gattin nach ihrem Tode.* L. 1805. *Sämmtl. W.* Vol. XXXII. 145 ff. ed. Gruber Cf. (Hecker) *Bemerkungen üb. Wielands Euthanaſia. Zur Beruhigung für diejenigen, welchen d. Hoffnung eines künftigen Lebens u. d. Vereinigung mit den Ihrigen theuer iſt.* L. 1810. — Quum omnis de immortalitate animi perſuaſio a ſola fide pendeat (§. 189.), et quaecunque in hac vita nobis offeruntur vel iucundiſſima, fluxa ſint et mutabilia, neque unquam certa eorum nobis ſit et ſtabilis poſſeſſio, non eſt, quod miremur, dubitationes philoſophis haud raro ſubnaſci. Verum quo fortius quis ad veram virtutem et ſapientiam eniſus fuerit, eo minus eiusmodi dubitationibus perturbabitur; vel ſi quae forte animo inhaeſerint haud profligandae, videbit, tum modeſtiam in iudicando, tum humanitatem in cenſendis aliorum opinionibus prae ſe ferens, ut vitam ſemper honeſte actam cum dignitate ad finem usque perducat, quae providentia divina de ipſo, morti non elapſuro, ſtatuerit, placide exſpectans. Cf. Cic. Quaeſt. Tuſc. I. c. 32. 38. 45. Add. Reil *Entwurf einer allgem. Therapie.* H. 1816. Kap. XV. *Euthanaſie, od. v. d. Hülfen, erträglich zu ſterben.* „*Der Menſch ſoll rechtſchaffen handeln — die Unſterblichkeit und der feſte Glaube an Fortdauer unſerer Perſönlichkeit ſey der feſte Anker, der im Todeskampfe nicht ſinken läſst.*" — Müller *Vom Wahren u. Gewiſſen.* L. 1822. B. I. *Der Glaube an Unſterblichkeit.* 239 ff. Cf. Schleiermacher *Der chriſtl. Glaube.* II. 624.

d) Ioſeph. de B. Iud. VII. 8. 7. Mendelsſohn *Phaedon, od. üb. d. Unſterbl. d. Seele.* 5. *A. Herausgeg. u.* Friedländer. B. 1814. 132 ff. Jeruſalem *Betr.* I. 232 ff. Reimarus *Wahrh. d. natürl. Rel.* 6. u. 10. Abh. Heidenreich *Betr. üb. d. Philoſophie d. natürl. Rel.* II. 134 ff. Cf. Krug *Metaphyſik.* 397 ff.

e) Add. supra ll. J. F. Jacobi *Alles in d. Natur lebt.* L. 1798. 4. *A.* Herder *Ideen zur Geschichte d. Menschheit.* I. 280 ff. Platner *Aphorismen.* 2. *A.* I. 625 ff. Bode *Allgem. Betr. üb. d. Weltgebäude.* 206 ff. Ch. G. Schmidt *Rel. u. Theol. nach ihrem Wesen u. ihrem Fundament.* I. Stuttg. 1822. p. 403 ff.

f) Cic. Tusc. I. 49. „Nihil in malis ducamus, quod sit vel a diis immortalibus, vel á natura parente omnium constitutum. Non enim temere nec fortuito sati et creati sumus; sed profecto fuit quaedam vis, quae generi consuleret humano; nec id gigneret, aut aleret, quod, quum exantlavisset omnes labores, tum inciderent in mortis malum sempiternum."

g) Cic. de senectute. c. 23. Lactant. de vita beata. c. 5. 9. 10. Kant *Kritik d. pr. Vern.* 219 ff. Ei. *Relig.* — 191 ff. Jacob *Beweis f. d. Unsterbl. aus d. Begr. der Pflicht. 2. A.* Züll. 1794. Ei. *Allg. Rel.* 67 ff. Dedekind *Dokimion.* Hann. 1797. 104 ff. Fichte *Bestimmung d. Menschen.* I. 3. Lib. nostr.: *Versuch, die philos. Religionslehre in Predigten darzustellen.* Hamb. 1801. 3te *Pred.: Unser Gewissen ist uns Bürge der Unsterblichkeit.* — Bouterwek *Lehrb. d. philos. Wissenschaften.* I. 1812. 195 ff. Gerlach *Religionsphilos.* H. 1818. §. 119 ff. Krug *Syst. d. prakt. Philosophie.* III. *od. Philos. Religionsl.* L. 1819. p. 114 ff.

h) Cic. Quaest. Tusc. I. 22 ff. Less Opusc. theologici et homil. arg. I. 236 ff. II. 337 ff. Herder *Ideen.* I. Bd. 5. Sententias veterum de corpore animae post mortem futuro vid. in Cudworth Syst. intell. 1026 ff. et in contrariam partem loca indicata in Mellin *Wörterb. d. krit. Philosophie.* IV. 89 ff.

Cf. de organo quodam duplici animae a Neoplatonicis tributo Platner *Philos. Aphorismen.* I. 627 ff. Opinionem similem, praeeuntibus Origene (Münscher *Dogmengesch.* II. 510.), Leibnitio aliisque (Gerhard L. th. XVI. 28 ff. n.), recentiore aetate probarunt J. Casp. Lavater *Aussichten in die Ewigkeit.* I. 7ter *Brief*, Schott Epit. theol. chr. dogm. Ed. 1. p. 125. „Corpore, inquiens, humano subtilius idemque nobis invisibile contineri animi nostri involucrum s. organon, cuius usum animus et in hac vita terrestri faciat et statim post mortem libertate maiori sit facturus." J. P. Fr. Richter *Abhandl. üb. d. Magnetismus*, in *Museum.* I. 1 ff. J. G. D. Ehrhart *Ueb. d. christl. Auferstehungslehre.* Ulm. 1823. al. Vid. Bretschneider *Handb. d. Dogm.* II. 377 f.

§. 195.

Continuatio.

Tantum vero abeſt, ut *reſurrectio* corporum cum ſanae rationis praeceptis bene conciliari queat, ut plurimis graviſſimisque impediatur difficultatibus [a]). *Primum* enim dubitari nequit, quin haec opinio e notionibus mancis et imperfectis hominum incultiorum originem traxerit, quippe qui, iuſta numinis divini idea deſtituti, vitam poſt mortem futuram e ſola vitae terreſtris natura ſibi fingere ſoleant; quo fit, ut apud complures gentes barbaras, itemque in Zoroaſtrica diſciplina, e cuius fonte Iudaei ipſi hauſiſſe videntur, eadem illa deprehendatur (§. 190.). *Tum* reſurrectio corporum in ll. N. T. tradita, quae inde ab ipſa apoſtolica aetate (Act. 17, 32. 1 Cor. 14, 12. 2 Tim. 2, 17.) haud paucis improbata fuit [b]), tam arcte coniuncta cernitur cum opinionibus de Meſſia mythicis et cum narratione de Ieſu in vitam reſtituto (1 Cor. 15, 12 ff.), ut non alia ratione ac mythi iſti iudicari et explicari poſſit: quamobrem ipſi antiquioris formulae defenſores recentiores, parum quidem conſtanter, omnium ſcripturae ſ. effatorum huc pertinentium (v. c. 1 Theſſ. 4, 16., ubi κέλευσμα καὶ φωνὴ ἀρχαγγέλου, σάλπιγξ θεοῦ, commemorantur), ſenſum proprium admittere dubitarunt [c]). *Deinde* non intelligitur, quomodo particulae huius corporis in tot alia et ipſa humana corpora diſperſae et mutatae colligi poſſint et reſtitui [d]), et quid hoc ipſum corpus reſtitutum faciat ad mercedem factorum in vita futura exſpectandam, quippe quum corpus illud nec perperam nec recte agere potuerit. *Praeterea* Deo ſanctiſſimo benigniſſimoque aperte non convenit, quod homini, qui ſine corpore vitam veram degere nequeat, poſt multa demum annorum millia hoc corpus reddere fingitur. *Denique* doctrina eccleſiaſtica, quae novam quandam coniunctionem animae hac vita defunctae cum corpore mortuo ineundam tantopere urget, non ſolum

omnipotentiam ac sapientiam divinam parum curare videtur, sed variis etiam superstitionibus atque ineptissimis quaestionibus opportunitatem praebuit, quibus, admissa puriore sententia, aeque in ll. ff. tradita, facile supersederi potest [e]). His et aliis ducti rationibus haud fere levioribus, vel Iesum, ubi doctrinam de resurrectione proposuisse perhibetur, popularium opinionibus indulsisse, vel potius discipulos ipsi tanquam Messiae, cuius provinciam (cf. Io. 18, 36.) e vulgaribus Iudaeorum commentis atque certis eiusdem effatis allegoricis atque obscurioribus perperam iudicarent [f]), eiusmodi sententiam ex suis subiecisse censemus; neque dubitamus, doctrina de resurrectione corporum ad sententiam universalem ei substratam revocata eademque tanquam imagine reviviscendi post mortem (1 Cor. 15, 36.) proposita [g]), in simpliciore illa N. T. de immortalitate institutione (§. 191.) acquiescere, qua animum post mortem statim novam in alio rerum ordine inturum esse vitam eandemque veram et actuosam edocemur.

a) J. G. D. Ehrhart *Ueb. d. christl. Auferstehungslehre.* p. 1 ff.

b) Epiphan. Haeres. 22. Minucius Felix. c. 11. Tertull. Apologet. c. 48. Cf. Kortholdt Paganus obtrectator. 145 ff. Ammon Summa Theol. Chr. 299 f. — De Io. Philopono, qui sec. VII doctrinae publicae adversatus nova olim datum iri corpora contendit, a cuius sententia ipse Augustinus haud multum abfuit Sermon. de tempore, serm. 147., vid. Cave Scriptorum ecclesiasticorum historia literaria. Oxonii. 1740. f. l. 567. Walch *Ketzergesch.* VIII. 762 ff.; de adversariis recentioribus v. Flügge III. 2. 365 ff. Beck 864 ff.

c) Morus Praelectt. in epit. II. 762. Doederlein Inst. theol. Chr. 299. Schott Epit. theol. chr. Ed. 2. 191. n. l. Bretschneider *Handb. d. Dogm.* II. 384.

d) Luther ad Io. cc. 18—20. Opp. T. VIII. p. 989. ed. Walch. „*Einen fressen die wilden Thiere, den andern frisst das Schwert; dieser lässt ein Bein in Ungarn, jener wird mit Feuer verbrannt; den verzehren die Würmer in der Erde, jenen die Fische im Wasser —. Da wills schwer seyn, zu glauben, dass der Mensch wiederum leben soll, und des Menschen Glieder, die so weit von einander zerstreut, zu Aschen und Pulver gemacht werden, im*

Feuer, Waſſer, Erde, wiederum zuſammen kommen ſollen. — Wenn mans nach der Vernunft ausrechnen will, ſo läſst ſichs anſehn, als ſei dieſer Artikel, von der Auferſtehung der Todten, entweder gar nichts, oder doch ganz ungewiſs."

e) A. Th. Hartmann *Blicke in d. Geiſt d. Urchriſtenthums.* Düſſeld. 1805. Abh. 2. *Ueb. d. Wiederkunft Jeſu zum Weltgericht u. d. aus dieſer Lehre entſtand. Träumereien.* Ammon l. l. 301.

Quae contra argumentationem ſupra expoſitam acute, ut ſolet, nuper commentatus eſt Bretſchneiderus V. Cl. (*Handb. d. Dogm.* II. 425 ff.), cui adſentit H. A. Schott V. Cl. (Commentarius exegetico-dogmaticus in eos I. Chr. ſermones, qui de reditu eius ad iudicium futuro — agunt. Jen. 1820. p. 416 f.), ea minime reſpiciunt doctrinae de reſurrectione originem et indolem mythicam, eademque ſententiis nituntur v. c. de corpore *ente per ſe*, de *ſtatu* quodam animae a corpore ſeparatae *intermedio* et de animae quovis organo deſtitutae vita vera atque actuoſa, quae rationibus idoneis evinci nequeunt. Ceterum quicunque in eiusmodi rebus, quas ipſa providentia divina vel ſagaciſſimis hominibus abscondi voluit, penitius inveſtigandis ultra ſimpliciſſima fidei religioſae momenta ſapere poſſe ſibi videtur, ſuo utatur iudicio, nihil enim impedimus; et hanc veniam petimus damusque viciſſim.

f) De Wette *Bibl. Dogm.* 198.

g) Ammon Summa Th. Chr. 303. Add. Kant *Rel.* —. 192 f.

Caput II.

DE SORTE HOMINUM POST MORTEM EXSPECTANDA.

§. 196.

Doctrina biblica.

Doctrina de iudicio divino mortuis inſtante, Hebraeis antiquioribus nondum cognita, ſub exilii Babylonici tempora demum a prophetis, quippe qui vexationes ab ethnicis populo Israelitico inflictas aegerrime ferrent, ita exculta eſt, ut horribilem aliquando futurum diem annunciarent, quo graviſſimam a populi ſui inimicis vindictam Iehova eſſet exacturus. (Ieſ. 34, 1 ff. 65, 17.

66, 22. Ioel 3, 17. Mal. 3, 2. Dan. 7, 9 ff. 22, 27. Iudith 16, 20 ff. Sap. 3, 7. 8. 18. 5, 15—23.) E locis his propheticis et poeticis, cum idea Messiae connexis, doctrina Iudaeorum seriorum, qualis et in N. T. libris adumbratur, nata est, qua resurrectionem secundam (Apoc. 20, 12. 13.) cum iudicio extremo a Messia instituendo (Matth. 25, 31 ff.) coniunctam fore tradunt. Quae Iudaei nonnulli de priore quadam resurrectione, ad solos Israelitas pertinente finxisse videntur, ea a Paulo Ap. in aliquot N. T. locis, ambigue tamen et parum constanter, et ab Apocalypseos scriptore ad Christianos transferuntur, ita, ut primum resurrectio Christianorum [ἡ ἀνάστασις τῶν δικαίων (Luc. 14, 14. coll. 20, 36.), ἡ ἀν. ἡ πρώτη (Apoc. 20, 6.)] exspectanda sit (1 Cor. 15, 23. 24. 1 Thess. 4, 16.), et postea, regno demum millenario a Christo cum Christianis peracto (Apoc. 20, 4. 5. coll. 2 Tim. 2, 12.), resurrectio secunda reliquorum hominum cum iudicio extremo coniuncta[a]). Duplex tamen et de iudicio post mortem futuro in libris N. T. exstat narrandi typus; alter, secundum quem Iesus ipse et Apostoli, ex iustissima Dei ipsius iudicis sententia statim post mortem exspectanda, virtutem praemio divino, scilicet cognitionis et virtutis incremento (Matth. 5, 8.[b]) 1 Cor. 13, 8—13. 1 Io. 3, 2.), societate cum Christo et coelitibus ineunda (1 Cor. 15, 40 ff.) et omnis generis felicitate aeterna (Matth. 25, 46. Io. 3, 16. 36. Rom. 5, 21. 2 Cor. 4, 17. 1 Io. 2, 25.), gradibus diversa (Matth. 25, 14 ff. Luc. 19, 16—19. Rom. 2, 6. 1 Cor. 3, 14. 15. 2 Cor. 5, 10. 9, 6. Gal. 6, 8. 1 Petr. 1, 17.), fruituram esse, improbitatem vero poenam sempiternam nullo modo effugere posse, simpliciter docuerunt (Matth. 5, 3—7. 8, 11 ff. Luc. 16, 22 ff. Io. 3, 17 ff. Act. 7, 59. Rom. 2, 5—10. Gal. 6, 7—9. Hebr. 9, 27. Apoc. 14, 13.); ita quidem, ut multis ex locis N. T., vitam beatam aeternam non a sola fide religioni Chr. habita pendere, satis pateat (Io. 15, 22. Act. 10, 35. 14, 17. 17, 24—29. — Luc. 12, 47 ff. coll. Matth. 25, 14—30. Rom. 2, 5—16. Gal.

6, 7. 8.) [c]); alter, qui formulis et allegoriis Iudaicis de adventu Messiae mortuos resuscitaturi atque sub iudicium vocaturi (Matth. 25, 31 ff. Io. 5, 21—29. 6, 39. 40. 54. 11, 23—26. Act. 17, 31. Rom. 14, 9. 10. 1 Cor. 4, 5. 2 Cor. 5, 10. 2 Thess. 1, 6. 7. 2 Tim. 4, 1.) et modo ac rationi humani iudicii accommodatus est. Hinc est, quod commemorantur nubes, quibus Messias vehitur (Matth. 24, 31. 26, 64. coll. Dan. 7, 13.), Archangelus cum tuba (1 Thess. 4, 16.) et omne satellitium angelorum (Matth. 25, 31. 2 Thess. 1, 7.), convocatio omnium hominum (Matth. 13, 41. 24, 31.) et defunctorum et adhuc viventium, qui quidem aeque mutabuntur ac dudum mortui (1 Cor. 15, 15. 1 Thess. 4, 15. 17. coll. Phil. 3, 21.), tribunal iudicis (Rom. 14, 10.), libri censurarum aperti et inspecti (Apoc. 20, 12 ff.), singulorum examen atque sententia pronunciata (Matth. 25, 31 ff.), qua pii coelestis regni gaudiis, epulis coelestibus (Matth. 8, 11. Luc. 22, 18. 30.), digni ac fruituri declarabuntur (Matth. 25, 33.), impii autem cum diabolis (§. 104.) flammarum infernarum suppliciis aeternis tradentur. (Matth. 25, 41. Mc. 9, 48. 2 Thess. 1, 9 ff.) Praeterea iudicio illo [d]), quod, statim post Hierosylymorum excidium (Matth. 24, 29. Mc. 13, 24 ff. Luc. 21, 5 ff. 27.) instituendum [e]), prope instare [f]) diserte monent (Matth. 16, 28. 24, 30. Io. 21, 23. 1 Io. 2, 18. Rom. 8, 19 ff. 1 Cor. 15, 51 ff. 2 Cor. 5, 4 f. Phil. 3, 20. 1 Thess. 1, 10. 4, 15—17. 1 Tim. 6, 14. Tit. 2, 13. Hebr. 10, 25. 37. 1 Petr. 4, 7. 2 Petr. 3, 10—12. 1 Io. 2, 18. Apoc. 22, 7. 12. 20.) peracto, mundum hunc igne interiturum [g]) aliumque oriturum esse (Matth. 19, 27—30. 24, 3. 29. Act. 3, 21. 2 Petr. 3, 3 ff. Apoc. 20, 11 ff. 21, 1.), novam Hierosolymam in novam terram e coelo demissum iri (Apoc. 21, 2 ff. Hebr. 11, 10. coll. Tob. 13, 18—21. Gal. 4, 26.) et Messiam Deo patri imperium redditurum esse (1 Cor. 15, 24.) perhibent. Haud obscure tamen significatur, aevo iam Apostolico doctrinam illam mythis fuisse involutam. (2 Petr. 1, 16.)

Eisen-

Eisenmenger *Entdecktes Judenthum.* II. 950 ff. Schoettgen de synedrio coelesti, in Horis hebr. et talmud. I. 1225 ff. *Beschreibung d. Weltgerichts nach dem Talmud*, in Schmidt *Bibl. f. Krit. u. Exegese d. N. T.* II. 1. 72 ff. Bauer *Theol. d. A. T.* 296 ff. 420 ff. Ei. *Theol. d. N. T.* I. 119 ff. II. 102 ff. IV. 413 ff. Ammon *Bibl. Theol.* III. 264 ff. Hartmann *Blicke in d. Geist d. Urchristenthums.* Düsseld. 1802. 86 ff. Kaiser *Bibl. Theol.* I. 266. De Wette *Bibl. Dogm.* 178 f. 195 ff. 230 f. Keil *Allgem. Ansicht d. Stelle Matth.* 25, 31—46. *aus d. grammat. histor. Gesichtspunkte*, in *Analekt.* St. 3. 177 ff. Qui quidem hoc loco non de iudicio universali, sed de iudicio in eos, qui Christo nondum nomen dederint, sermonem esse demonstrare conatus est; cui sententiae calculum adiecit De Wette *Bibl. Dogm.* 273. Cf. tamen quae contra eandem monuit Bretschneider *Handb. d. Dogm.* II. 420 ff. — Paganorum varias hac de re opinationes collegit Pfanner Syst. theol. purioris. Basil. 1679. 445 ff. Zoroastris doctrinam de resurrectione mortuorum cum iudicio quodam extremo coniuncta enarrat Kleuker *Zend-Avesta.* II. 128 ff. J. G. Rhode *Die heil. Sage u. das gesammte Religionssystem d. Baktrer, Meder u. Perser od. d. Zendvolks.* Frankf. 1820. N. XIV. p. 416 ff. *Von Sosiosch, dem künftigen Erlöser d. Menschen; von d. Auferstehung d. Todten u. d. Weltgericht; von d. Kometen Gurzscher, dem Ende d. Erde im Feuer; d. Bekehrung Ahrimans, d. neuen Erde u. ewiger allgemeiner Glückseligkeit.*

a) Bertholdt Christologia Iudaeor. §§. 35. 41.

b) Formula dicendi: ὄπτεσθαι τὸν θεόν in V. T. libris de hominibus dicitur, quibus Deus apparuisse perhibetur (Gen. 32, 30.), in N. T. ll. quasi consortium Dei beatissimum, et, absque metaphora, accuratior Dei cognitio cum summa felicitate coniuncta hac formula intelligi videtur, v. 1 Io. 3, 6. coll. 2. 3 Io. 11. et locum Matth. supra l.

c) Nihil repugnant dicta Marc. 16, 16. Io. 3, 16. 14, 6., quippe quae ad eos tantum referri possint, qui doctrinam Christianam ipsis annunciatam pertinaciter reiecerint, nec magis Petri Apostoli effatum illud Act. 4, 12. commemoratum: οὐκ ἔστιν ἐν ἄλλῳ οὐδενὶ ἡ σωτηρία, quod non nisi alium quendam Messiam exspectandum esse negat. Ne Iudaei quidem ethnicos ad unum omnes ad aeterna supplicia damnasse censendi sunt. Bertholdt Christologia Iudaeor. p. 224 ff. — Böhme *Die Religion Jesu Chr.* V. p. 207 ff. „*Es gibt für den Zustand des sittlichen Weltwesens eine ewige göttl. Entscheidung.*"

d) Nominatur κρίσις simpliciter Luc. 10, 14. Hebr. 9, 27. (postea *novissimum* et *ultimum* iudicium dictum, Augustin. de civ. Dei. XX. 5.), κρίσις μεγάλης ἡμέρας Iud. 6., ἡμέρα τῆς κρίσεως Matth.

10, 15. 11, 22 f. 1 Io. 4, 17., ἡμέρα δικαιοκρισίας τοῦ θεοῦ Rom. 2, 5., ἐσχάτη ἡμέρα Io. 6, 39., ἐκείνη ἡμέρα Matth. 7, 22., ἡμέρα κυρίου 1 Theſſ. 5, 2., ἡμέρα Ἰησοῦ χριστοῦ Phil. 1, 6. 1 Cor. 1, 8., unde adventus Ieſu Chr. ad iud. illud inſtituendum ἡ ἀποκάλυψις τοῦ κυρίου 2 Theſſ. 1, 7. 1 Cor. 1, 7. 4, 13., ἡ ἐπιφάνεια χριστοῦ 1 Tim. 6, 14. 2 Tim. 4, 1. Tit. 2, 13., ἡ ἐπιφάνεια τῆς παρουσίας αὐτοῦ 2 Theſſ. 2, 8., et ſaepius ἡ παρουσία ſimpliciter Matth. 24, 3. 1 Cor. 15, 23. 1 Io. 2, 28. 1 Theſſ. 3, 13. et ἡ παρουσία τῆς τοῦ θεοῦ ἡμέρας 2 Petr. 3, 12.

e) Interpretes plurimi {vid. prae ceteris Schott Commentarius exegetico-dogmaticus in eos Ieſu Chriſti ſermones, qui de reditu eius ad iudicium futuro et iudicandi provincia ipſi demandata agunt. Jen. 1820. p. 98 ff., quo loco V. Cl. voculam εὐθέως Matth. 24, 29. (cf. Mc. 13, 24. ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις) a graeco interprete ev. Matthaei, ab ipſo auctore literis hebraicis aut ſyro-chaldaicis exarati, pro voce hebr. מִיָּד, quae ab Alex. plerumque vertitur ἐξάπινα, παραχρῆμα, ἄφνω, ἐξαίφνης, cf. Ieſ. 48, 3. Num. 6, 9. Ieſ. 29, 5. 30, 13. Iob. 22, 10. Ioſ. 10, 9. Mal. 3, 1., uno tamen loco Iob. 5, 3. εὐθέως, perperam poſitam eſſe vult] dicta illa Ieſu ab evangeliſtis allata alia ad civitatis Iudaicae excidium, alia ad iudicium extremum referenda eſſe opinati ſunt; ita, ut haec dicta, quippe quae ad res et tempora plane diverſa pertineant, ab interprete ſeparari et in certum ordinem redigi debeant. Veruntamen candidum interpretem haud fugiet, narratores iſtos, qui ſe res plane diverſas, quae legendo ſeparari debeant, confudiſſe, nullo modo ſignificaverint, modo unum idemque eventum vere adumbraſſe, ſcilicet civitatis Iudaicae excidium cum iudicio extremo coniunctum propeque exſpectandum, omnemque orationem h. l. Chriſto adſcriptam ad homines tunc temporis viventes, qui ipſi experturi eſſent rem annunciatam, nulla quidem poſterorum ac temporis poſteri mentione adiecta, fuiſſe converſam. Vid. cenſ. l. ſupra l. in *N. Theol. Annalen. Jul.* 1821. p. 500 ff.

f) Eckermann *Theol. Beitr.* B. II. 194 ff. Böhme *Ueb. d. apoſt. Lehre v. d. Wiederkunft des Meſſias*, in Keil u. Tzſchirner *Analekten f. d. Studium d. exeget. u. ſyſt. Theol.* I. St. 2. 184 ff. — Similiter Lutherus diem noviſſimum proxime inſtare ſaepius enunciavit, de qua re v. Gerhard L. th. XIX. 244 f.

g) De Stoica mundi ἐκπυρώσει v. Interpp. ad. Cic. de nat. deor. II. c. 46. „Noſtri putant —, ut ad extremum omnis mundus igneſceret, quum humore conſumto, neque terra ali poſſet, neque remearet aether, ita relinqui nihil praeter ignem; a quo rurſum animante ac Deo renovatio mundi fieret, atque idem ornatus oriretur.“ Senec. Nat. quaeſt. III. 28. M. Antonin. de ſe ipſo. X. 7. Alias paganorum veterum hac de re ſententias affert Pfanner Syſt. theol. pur. 419 ff.

§. 197.

Historia dogmatis.

Imagines biblicae de Christo iudicii instituendi causa apparituro, cogitationi vividiori et ingenio hominum incultiorum accommodatissimae, Patribus plerisque, quorum haud pauci duplicem Christi adventum, simul vero duplex eius iudicium, tum Iudaeorum iam peractum, tum omnium hominum olim exercendum, distinxerunt, et theologis serioribus adeo probatae fuerunt, ut in forma huius iudicii futura accuratius definienda et splendidius describenda, vanissimo quidem conatu, summam collocarent operam. Origenes tantum et qui eum secuti sunt, imagines istas, quibus splendor iudicii illius in libris ſſ. exornatur, non proprie sed allegorice explicandas esse opinati, Chiliasmo reiecto, paulo saniores de renovatione quadam mundi et sorte piorum et impiorum sententias in medium protulerunt. Ceterum de *fine mundi* et *consummatione seculi*, de *restitutione rerum omnium* (ἀποκαταστάσει) [a]), de *loco coeli atque inferni*, de *damnatione ethnicorum*, de *visione Dei beatifica* [b]) aliisque rebus huc spectantibus varie diversis temporibus iudicatum atque disceptatum est. Quum sacrorum emendatores, puriore huius doctrinae formula, aeque in libris ſſ. proposita, haud bene intellecta, dogma illud non ab omnibus commentis rationi repugnantibus purgassent, recentiori demum aetati relictum fuit, omnem hunc locum, paucis tantum improbantibus, iustae interpretationis et philosophiae luce collustrare. Neque tamen de diuturnitate poenarum infernalium, de quibus olim iam disputatum est, theologi recentiores omnino consentiunt, aliis aeterna impiorum supplicia, aliis poenas damnatorum, quum se ad meliorem frugem receperint, finitas vel saltem mitigatas statuentibus (poenas vel *absolute*, vel *hypothetice* vel *relative* aeternas) [c]).

Cf. prae ceteris Gerhard XIX. XX. Buddeus Institutt. Theol. dogm. 483 ff. Corrodi III. IV. Beck Commentarii

historici decretor. rel. Chr. 870 ff. Münscher *Dogmengesch.* II. 350 ff.

a) Dietelmair Commenti fanatici de *ἀποκαταστάσει πάντων* historia antiquior. Norimb. et Alt. 1796. Bertholdt Christologia Iudaeorum. p. 215. J. F. Winzer Pr. de *ἀποκαταστάσει πάντων* in N. T. scriptis tradita. I. et II. L. 1821. 4. Bene docuit auctor Cl. vocabula *ἀποκατάστασις* et *ἀποκαθιστάναι* non *perficiendi*, sed *restituendi* notionem habere. In N. T. libris ff. *ἀποκαταστάσει πάντων*, cf. Matth. 19, 28. Act. 3, 21. Rom. 8, 19. 2 Petr. 3, 7—13. Apoc. 21., intelligi videtur novus rerum physicarum et moralium ordo, in novo terrarum orbe post destructionem huius mundi exspectandus. Bretschneider *Handb. d. Dogm.* II. 2. *A.* 450.

b) Veterum dicta de visione Dei rec. Gerhard L. th. XX. 383. 387 ff. 487 ff. Beck 890 f. Sacris instauratis, denuo quaesitum est: num beati divinam essentiam *intuitive* sint conspecturi? an corporeis oculis et quidem *glorificatis*? an per speciem intelligibilem? num ad Deum videndum aliquod gloriae lumen requiratur? Bretschneider *Handb. d. Dogm.* II. 2. *A.* 457 ff.

c) Bretschneider l. l. 482 ff.

§. 185.

Doctrina ecclesiastica.

Quum librorum symbolicorum auctores eam iudicii extremi notionem animis informassent, ut id vere et proprio sensu futurum esse statuerent, plerique theologi iis aetate propriores vestigia eorum prementes, iudicium exspectandum esse docuerunt *adspectabile* idque *universale* (Act. 17, 31. Rom. 2, 5. ff.), quo Dei filius secundum utramque naturam (Io. 5, 27.), comitantibus omnibus Angelis (Matth. 25, 31.), administris Apostolis (Matth. 19, 23.) et sanctis omnibus (1 Cor. 6, 2 ff.), ad normam legis et evangelii (Io. 12, 48. Matth. 25, 34.), sententiam pronunciaturus esset de Angelorum (1 Cor. 6, 3. 2 Petr. 2, 4. Iud. 6.) et hominum (Matth. 25, 32. 2 Cor. 5, 10.) sorte futura; ceterum de tempore huius iudicii nil certi tradere oracula divina (Matth. 24, 36.), locum autem in aëre poni, per quem beati Christo redeunti admoti fuerint (1 Thess. 4, 17.), sibi persuaserunt. Distinguere solent in hoc iudicio *primum* causae cognitionem

(Matth. 25, 35. 42. 1 Cor. 4, 5.), *deinde* ſententiae promulgationem et exſecutionem (Matth. 25, 46.), qua piis et electis Chriſtus vitam aeternam et perpetua gaudia daturus eſt; impios ac diabolos aeternis ſuppliciis mactaturus. Discernunt praeterea bona et mala (poenas) in vita futura distribuenda, *privativa* et *poſitiva* (poenas *damni* et p. *ſenſus*), *externa* et *interna*. Peracto iudicio inſtare dicitur finis ſeculi et conſummatio mundi per ignem (Pſ. 102, 27. Iob. 14, 12. Ieſ. 34, 4. 65, 17. Matth. 24, 3. 29. 2 Petr. 3, 7. 10. Apoc. 20, 11.), ita, ut omnis rerum univerſitas [a]), exceptis tamen Angelis et hominibus, aboleatur et in nihilum redigatur (Apoc. 20, 11. Luc. 21, 33.), idque eo conſilio, ut Dei gloria manifeſtetur (1 Cor. 15, 24.); aliis deſtructionem ſ. diſſolutionem ſyſtematis ſolaris [b]), aliis immutationem et exornationem ſive totius mundi [c]), ſive telluris [d]) tantum ſtatuentibus. De rerum conditione poſthac exſpectanda (2 Petr. 3, 13.) in varias theologi abierunt ſententias [e]).

Symb. Athanaſ. fin. p. 4. (Chriſtus) „inde (e coelis) venturus eſt iudicare vivos et mortuos. Ad cuius adventum omnes homines reſurgere habent cum corporibus ſuis; et reddituri ſunt de factis propriis rationem; et qui bona egerunt, ibunt in vitam aeternam, qui vero mala, in ignem aeternum. Haec eſt fides catholica, quam niſi quisque fideliter firmiterque crediderit, ſalvus eſſe non poterit." Conf. Aug. art. XVII. „Docent, quod Chriſtus apparebit in conſummatione mundi ad iudicandum, et mortuos omnes reſuſcitabit, piis et electis dabit vitam aeternam et perpetua gaudia, impios autem homines ac diabolos condemnabit, et ſine fine crucientur. Damnant Anabaptiſtas, qui ſentiunt, hominibus damnatis ac diabolis finem poenarum futurum eſſe. Damnant et alios, qui nunc ſpargunt Iudaicas opiniones, quod ante reſurrectionem mortuorum, pii regnum mundi occupaturi ſint, ubique oppreſſis impiis." Catech. mai. art. II. 495. „Donec nos (Chriſtus) in die noviſſimo prorſus ab hoc pravo ſeculo, diabolo, morte, peccatis liberatos ſeparet ac ſegreget." — Apolog. III. 134 f. „Sicut autem iuſtificatio ad fidem pertinet, ita pertinet ad fidem vita aeterna. — Poſtea opera, quia placent Deo propter fidem, merentur alia praemia corporalia et ſpiritualia. Erunt enim discrimina gloriae ſanctorum." Form. Conc. VI. 724. — „in beata illa reſurrectione — quemadmodum Dominum

a facie ad faciem intuebuntur; ita virtute inhabitantis ſpiritus Dei, ſponte, ſine ulla coactione, absque omni impedimento, puri prorſus ac perfecti, maximo cum gaudio voluntatem patris coeleſtis facient, et in Deo in omnem aeternitatem laetabuntur." Melanchthon Loc. th. de reſurrect. mortuor. 580 ff. Quenſtedt II. 1798 ff. Gerhard XX. Buddeus Comp. inſtitt. th. dogm. 286 ff. Baumgarten III. 709 ff. Reinhard *Dogm.* 678 ff.

a) Gerhard IX. p. 112. 129 ff. Calov. XII. 165 ff. Quenſtedt Th. did. pol. IV. 640. al.

b) Baumgarten *Ev. Glaubensl.* III. 724 ff. Carpov. Theol. revel. dogm. IV. 1044. Morus (Epit. p. 302.) hoc ambiguum manere putavit, ſitne Deus mundum penitus deleturus et in nihilum redacturus; an diſſoluturus et diſſolutum inſtauraturus, mutaturusque in alium meliorem.

c) Storr *Dogmat.* 462. 470.

d) Michaelis *Dogmat.* 609. Doederlein II. 300 f. Reinhard 684. Schott Ed. 2. §. 108. p. 192. Cf. Bretſchneider *Handb. d. Dogm.* II. 2. *A.* 450. „*Wenn man auch an eine objective Umänderung der Sinnenwelt nicht denken wollte; — ſo muſs doch für den Auferſtandenen, wenn ihm neue Sinne gegeben werden, eine neue Welt entſtehen, wenn ſich auch die Objecte der Sinnenwelt nicht verändern.*"

e) Gerhard L. th. XX. 98 ff. Baumgarten *Glaubensl.* III. 724 f. — Beck Commentarii. 911 f.

§. 199.

Epicriſis.

In hac doctrina, quae a literis dictorum e ſcriptura ſ. ad ſingulas res probandas adhibitorum haud multum abhorret, nonnulla quidem inſunt, quae rudiorum animos metu ſalutari perſtringere et numen tanquam iudicem forenſem oculis quaſi obiicere *a*) queant; nihilo minus tamen iisdem fere et gravioribus etiam laborat difficultatibus, quam quibus doctrina illa de reſurrectione. Namque *primum* formula illa, cuius origo ab Iudaeorum ſeriorum commentis ac mythicis purioris doctrinae involucris ducitur, huic ipſi ab iisdem ſcriptoribus ſ. propoſitae plane repugnat, quippe quum nulla

adsit causa, cur is, cui sors iam statim post mortem sua contigerit, denuo iudicatum ducendus sit. *Deinde* persuasio, quam scriptores ss. magistro divino tribuunt quamque ipsi prae se ferunt, de reditu Messiae visibili proxime exspectando (§. 196.), nonnullis illius effatis (Io. 3, 18. Luc. 16, 22 ff. Io. 18, 36. al.) plane repugnat neque eventu comprobata est. Recte inde concluditur, omnem istam persuasionem de eiusmodi reditu Messiae s. filii Dei ad iudicium instituendum ex oratione certa prophetica et tropica, ad imagines de Messia Iudaeis usitatissimas composita, qua Iesus rem Christianam aliquando victricem et adversariorum poenas futuras forte adumbravit [b]), a discipulis sensu quidem proprio perperam intellecta, prodiisse, nec nisi ratione quadam symbolica iam a nobis ad vulgi usum posse transferri, ita quidem, ut omnis haec narrandi forma ad eam sententiam universalem ei substratam revocetur, qua quemlibet hominem doctrina Christi imbutum ad vera huius praecepta accommodate iudicium olim subiturum ac sortem vitae futurae nacturum esse statuimus. *Postremo* negari nequit, iudicii Messiani proprie intellecti exspectationem, a primis inde ecclesiae Christianae temporibus, variis superstitionibus fanaticis ansam praebuisse, unde plurimum detrimenti cepit vera virtus atque religio. Quibus argumentis bene perpensis subsistere licet in simpliciore scripturae s. sententia supra exposita (§. 196.), quae optime convenit cum rationis idea numinis sanctissimi, statim a morte aliam sortem hominibus probis, aliam improbis iustissimo rerum ordine per gradus tribuentis. Ad mundi vero consummationem quod attinet, ipsa huius terrarum orbis historia eiusdemque naturae contemplatio, novam quandam telluris immutationem tempore divinitus finito exspectari posse [c]) docet.

a) Henke Lin. fid. Chr. 190 f. Ammon Summa Theol. Chr. 308.

b) Confirmatur haec sententia eo, quod evangelistae effata Iesu de civitatis Iudaicae excidio et de iudicio extremo (Matth. 24. et 25. et ll. parall.) non nisi obscurius et inter se commixta tradide-

runt. Krummacher *Ueb. d. Geiſt u. d. Form d. ev. Geſchichte-* L. 1805. 404 ff., qui evangeliſtas, quae Ieſus locis temporibus. que diverſis elocutus fuerit, h. l. coniunxiſſe coniicit. Cf. Schott Progr. Quo ſenſu Ieſus apud Matthaeum c. 24., Marcum c. 13., Lucam c. 21. adventum ſuum in nubibus coeli futurum nuntiaverit, inquiritur. Jen. 1815., rec. in ei. Opuſcc. II. Jen. 1818. Auctor ipſis verbis, quae in ll. ll. exſtant, hunc ſenſum vere ineſſe demonſtrare ſtuduit: „inde a tempore everſionis Hieroſolymarum cauſam Ieſu Chr. de adverſariis ſuis victoriam ſplendidiſſimam eſſe reportaturam, inter graviſſimas rerum commutationes in hoc terrarum orbe futuras, atque omnes tum intellecturos, Ieſum eſſe Dei filium et legatum, religionem ab eo conditam auxilio Dei et Chriſti gaudere efficaciſſima, poenis graviſſimis adfici, quicunque cauſae eius ſanctiſſimo adverſati fuerint, ſalutem contra veriſſimam omnibus religionis Chr. adſeclis veris eiusdemque adiutoribus exſpectandam." At vero evangeliſtas h. l. improprie ſe loqui minime ſignificant; imo omnis narrationis forma et verba ev. Matth. 24, 33. 36. proprie eos loqui voluiſſe docent. Accedit, quod rei Chriſtianae victoria ſplendidiſſima, quae cum παρουσίᾳ Meſſiae atque interitu mundi quodammodo componi potuerit, ipſo Hieroſolymorum excidii tempore minime reportata eſt. Libro recentius conſcripto: Commentarius exegetico-dogmaticus in eos Ieſu Chriſti ſermones, qui de reditu eius ad iudicium futuro et iudicandi provincia ipſi demandata agunt. Jen. 1820., ipſe de ſententia ſupra expoſita deſtitit et, praeter vaticinium Ieſu Chriſti de civitatis Iudaicae excidio, doctrinam quoque de reditu Ieſu viſibili ad iudicium de hominibus inſtituendum olim exſpectando ll. ll. ab Ieſu ipſo vere traditam eſſe demonſtrare conatus eſt. (Cf. §. 196. not. *d.*)

c) E ſcriptoribus, qui, phyſicis et geologicis rationibus ducti, ſibi perſuaſerunt, vel totum mundum vel terram noſtram aliquando immutationem ſubituram eſſe, cf. praeter Cic. de nat. deor. II. c. 46. Seneca Quaeſtiones natt. III. c. 28. Minut. Felix. c. 34. Antonin. X. c. 7., Kant *Vom Ende aller Dinge*, in *Verm. Schriften.* I. 422 ff. III. 249 ff. Ei. *Phyſ. Geographie.* Ed. Rink. I. 235 ff. Bode *Betr. üb. d. Weltgebäude.* 198 ff. Ammon *Wiſſenſchaftl. prakt. Theologie.* §. 299. Ballenſtedt *Die Urwelt, od. Beweis v. d. Daſeyn u. Untergang v. mehr als einer Vorwelt. 2te Abtheil. 2. A.* Quedl. 1818. 44 ff. Bretſchneider *Handb. d. Dogm.* II. 446.

§. 200.

Continuatio.

De poenis damnatorum, missis imaginibus ac notionibus ex aevi rudioris ingenio explicandis, hoc potissimum tenendum est, peccatoribus post mortem secundum rationem iustissimam gravissimam inflictum iri mala gradibus diversa (Rom. 2, 5 ff. 2 Cor. 5, 10. Gal. 6, 7. 8. Act. 17, 31. — Matth. 10, 15. 11, 22—24. Luc. 10, 12.), quae non solum ad dignitatis moralis iacturam, male factorum conscientiam et reliqua scelerum detrimenta interna referri debeant, sed etiam ad poenas externas et *positivas* (§. 70.). De diuturnitate vero harum poenarum ita censemus, *primum* Deum miserrimam peccatorum conditionem, qui post mortem poenis affecti animum emendaverint et de quorum sorte futura neque Iesus ipse neque Apostoli quidquam definiverint, eodem modo mitigaturum esse, quo ad meliorem mentem redierint atque in animi perficiendi studio strenue perrexerint [a]), cf. (§. 140.) Luc. 15, 7. 10. 1 Tim. 2, 4. 1 Petr. 4, 6.; *deinde* hominem improbum, etsi poenis vitae futurae emendatus in aliam eandemque mitiorem abierit conditionem (§. 140.), nunquam tamen vitae terrestris male actae recordatione liberatum iri, neque beatitate iis parem fore, qui honeste vixissent [b]). Unde patet, poenas infernales recte dici, sensu quidem diverso, et *aeternas* et *non aeternas*. Felicitas beatorum, (qui quidem post mortem continuo praeceptis divinis optime morem gerere perrexerint), e locis nonnullis N. T. rationi excultae probatis ita definiri potest, ut, remotis malis terrestribus (Rom. 8, 21. 23. 1 Cor. 15, 26 f. 55 f. 2 Thess. 1, 7. Hebr. 4, 9 f.), cernatur, gradibus quidem diversis (Matth. 10, 15. 11, 22. 24. 25, 14 ff. Luc. 19, 16—19. Io. 14, 2. Rom. 2, 6. 1 Cor. 3, 14. 15. 2 Cor. 9, 6. 1 Petr. 1, 17.), in cognitionis, virtutis atque pietatis, nec minus efficaciae et iucunditatis incremento in aeternum augendo [c]) (Matth. 5, 8. 1 Cor. 13, 10. 12.

1 Io. 3, 2.), organi novi [d]), quo animus, terreſtris corporis vinculis ſolutis, inſtructus fuerit, praeſtantia (1 Cor. 15, 40. 44.), ſocietate cum Chriſto et coelitibus ineunda (Matth. 8, 11. Phil. 1, 23. 2 Tim. 2, 11.), et ipſo amicorum, quibuscum ſapientia, amore et virtute coniuncti fuerint, conſortio in vita futura iterando [e]). (Io. 16, 22. 17, 24. Hebr. 12, 22 ff.) Religionis doctores autem omnino hoc agant, ut, quod omnium conſenſu veriſſimum eſt, hominibus perſuadeant, aeternae vitae redditos eos tali ſemper gaviſuros eſſe ſorte, qua animi ipſorum indoles moralis digna reperiatur, deinde, ut vitam vere divinam atque beatam iam in his terris inchoantes, poenas infernales internas multo magis ſibi metuere diſcant, quam cruciatus quosvis externos, quos imaginatio aevi rudioris finxerit, et ut de ipſa vita futura nec cupidius quaerentes, nec acrius altercantes, hanc vitam linquentes ſibi optima quaevis augurentur, ſpe ſua firmiſſime repoſita in Deo et iuſtiſſimo et benigniſſimo.

a) Ibid. cf. Lactant. ſententia (de ira div. c. 21.): hanc manere in aeternum adverſus eos, qui peccant in aeternum; eos qui peccare deſinant, iram Dei mortalem facere. — Quo magis recta hominis conſcientia *moralis* in ipſius animo exculta fuerit, eo minus homo ſibi ipſe conſentiens alia quadam via et ratione v. c. expiatione et ſatisfactione vicaria, quam ſolo verae honeſtatis ſtudio felicitatis participem ſe fore ſibi perſuadebit.

b) Niemeyer *Popul. u. prakt. Theologie.* 6 *A.* H. 1823. p. 542. „*Auch der, welcher ſehr ſpät bemerkt, daſs er auf einem Irrwege iſt, hat ſich ſelbſt durch den erſten Schritt der Umkehr dem richtigern Wege zum Ziele genähert. Nur kann eine ſolche Seligkeit nie mit der verglichen werden, welche die Folge einer frühen, bewährten Tugend, und eines thatenreichen Glaubens, und auch dieſem allein durch die Lehre Jeſu ganz entſcheidend verſprochen iſt. Denn nach dieſer haben nur die eine höhere Seligkeit zu erwarten, die mit Standhaftigkeit im Glauben und guten Werken, ihre Lebenszeit dem Trachten nach den höchſten Gütern gewidmet haben.*"

c) Morus Epit. p. 298. „Beata vita — erit cum occupatione et progreſſione (qua progreſſione et occupatione quid intelligenti

naturae beatius exiſtimari poteſt?); non autem cenſebitur mera remunerationis fruitione; omnium minime vero ſuavitatum arbitrariarum otioſa perceptione: quaſi ibi tantum bene ſit alicui, ubi fruitur, ubi accipit; non vero et ibi, ubi diſcens virtutemque exercens agit ipſe atque occupatur."

d) Bouterwek *Lehrb. d. philoſ. Wiſſenſchaften.* 2. *A.* I. 193.

e) Doederlein *Religionsunterricht, fortgeſ. v.* Junge. XII. 72 ff. Ammon l. l. 316 f. „Utut facile ſubſcribamus eorum ſententiae, qui inter hunc mundum et futurum χάσμα μέγα ἐστηριγμένον eſſe putent (Luc. 16, 26.), quo omne viventium atque vita functorum commercium plane intercludatur; in hanc tamen opinionem ſumus proclives, generationum ſeriem continuam, iuſtae retributionis naturam, pii et germani amoris indolem, ipſumque regni divini ordinem ad meliora aequabiliter progredientem ſpei dulciſſimae de amicis olim reviſendis admodum favere." — Engel *Wir werden uns wiederſehn* —. 2. *A.* L. u. Gött. 1788., quem refutare ſtuduit J. G. Münch *Werden wir uns wiederſehn nach dem Tode? In Hinſicht auf Kant's Unſterblichkeitslehre beantwortet.* Bair. 1798. aliisque ſcriptis. Ribbeck *Predigten vom Wiederſehn in der Ewigkeit.* 2. *A.* Magdeb. 1792. Hanſtein *Wir werden uns wiederſehn.* 3 *Predigten.* B. 1815. Thiele v. Thielenfeld *Alfred und Ida. Briefe über Fortdauer u. Wiederſehn.* 2. *A.* L. 1818. 361 ff. 365 ff. — Contrariae ſententiae patrocinatus eſt Wieland l. *Euthanaſia* ſupra l., et ex parte etiam Grävell *Der Menſch.* 2. *A.* 1818. Eiusd. *Das Wiederſehn nach d. Tode. Anhang zu deſſen Werke: Der Menſch.* L. 1819. — Cf. Bretſchneider *Handb. d. Dogm.* II. 2. *A.* 464. „*Es iſt unbeſtreitbar, daſs es auſser der ſinnlichen Unterſcheidung der verſchiedenen Individuen, die hier ſtatt findet, noch mannigfaltige Arten geiſtiger Unterſcheidungen geben kann, die wir noch gar nicht kennen, und daſs alſo der Verluſt unſeres jetzigen ſinnlichen Erkenntniſsvermögens das Wiedererkennen nicht unmöglich macht. Alle Demonſtrationen dieſer Unmöglichkeit ſind ein wahrhaft unbeſcheidenes Ueberſchreiten unſeres Wiſſens, ob man gleich damit hauptſächlich die Hoffnung des Wiederſehns hat beſtreiten wollen.*"

INDEX
RERUM ET VERBORUM.

Numerus paginam, litera annotationem paragrapho ſubiectam deſignat.

Abſolutio 578.
Acceptilatio 433.
Accommodatio negativa et poſitiva 97 ff.
Actus paedagogici 468.
— perſonales 256.
Adamus 311. a.
Adminicula ſalutis 491 ff.
Adſpiratio 143.
Aetas aurea 318.
Aeternitas 226.
Affectiones f. f. 167 f.
Agape 520.
Ἀγεννησία 256.
Αἰὼν οὗτος κ. μέλλων 381.
Alleoſis 400.
Analogia fidei 88 f.
— ſcripturae f. ib.
Angeli 318 ff. eorum ſtatus gratiae et gloriae 306. epicriſis doctrinae de angelis 324 f. A. mali 325 ff.
Anima 358.
Anthropomorphismus 69.
Anthropopathia ib.
Antichriſtus 382.
Ἀντίδοσις 402.
Ἀντιλεγόμενα 128.
Antinomi 494.
Apologia conf. Aug. 77.
Ἀποκατάστασις πάντων 611.
Ἀποτελέσματα 403.
Approximatio ſubſtantiae divinae 489.
Arbitrium liberum 360.
Articuli fidei puri et mixti, fundamentales et non fundament. 85.
Articuli Smalcaldici 77.
Aſcenſus Ieſu Chr. in coelum 414.
Aſeitas 226.
Aſſumtio 390.
Atheismus 213 f.
Atomorum concurſus 298.
Attributa Dei 222 ff. modus ea cognoſcendi ib. diviſiones variae 224 ff.
Auctoritas ſcript. f. 139 ff. obiective et ſubiective intellecta 140. normativa et iudicialis 167.
Authentia libror. V. T. 125 f.
— — N. T. 128 f.

Baptismus 503 ff.
— infantum 514.
— proſelytorum 509. d. Caerimoniae cum bapt. coniunctae 514.
Βασιλεία τοῦ θεοῦ 384.
Beatitas Dei 251.
Bibliolatria 492.
Benignitas Dei 247.
Bona opera 488.

Caeſareopapia 533. o.
Canon 132. a.
— V. T. 131 f.
— N. T. 135 f.
Catechism. mai. et min. 77.
— Heidelberg. 78.
Catholicismus 53 f.
Character hypoſtat. 256.
Chiliasmus 447.
Chriſtologia Iudaeorum 379 ff.
Circumciſio 497.
Coena paſchalis 515.
— ſacra ib. ff.

Cognitio Dei 1.
Communicatio idiomatum 402.
Communio naturarum 401.
Concomitantia 520.
Concretum naturae 401.
Concupiſcentia 360.
Concurſus atomorum 298.
— divinus 336.
Confeſſio Auguſtana 77.
— auricularis 520.
— privata 535.
— Reform. eccleſ. 78.
Confirmatio 514.
Conſecratio 520.
Conſervatio 336.
Conſilia evangelica 488.
Conſubſtantiatio 530.
Conſummatio mundi per ignem 613.
Contritio 483 f.
Conventicula 580.
Converſio 483 f.
Cosmogonia Moſaica 303.
Creatiani 310.
Creatio mundi 297 ff.
Cultus numinis 2.

Daemones 325 f.
Daemoniaci 335.
Daemonolatria 21.
Defectus iuſtitiae originalis 360.
Deismus 216.
Deſcenſus Chr. ad inferos 409.
Deus: notio et nomina Dei biblica 201 ff. huius notionis veritas 205. argumenta theoretica: ontologicum 208. cosmologicum 209. phyſico-theologicum ib. argum. practicum f. morale 212. hiſtoricum ib.
Deus ſubſtantia 204. g. implicitus et explicitus 217. occultus et manifeſtatus 270.
Diabolus 325.
Διαθήκη 122.
Dicta claſſica 88.
— probantia ib.
Diſciplina eccleſiaſtica 555.
Divinatio 9.
Docetae 390.
Dogma 76.
Dogmatica 75. eius hiſtoria 103 ff.
Dogmatum hiſtoria ib.
Dualismus 22.
Dulia 258.

Eccleſia 551 ff. Eccl. primaevae conſtitutio 554 ff. Eccl. viſibilis et inviſib. 565 ff. finis eccl. 568.
— evangelica ab inconſtantiae reprehenſione vindicata 114 ff.
Eccleſiae Lutheranae et Reformatae conſociatio 544 ff.
Electio 455 f.
Elohim 203. 320.
Epiſcopi 555 f.
Ἔσχατα 590.
Eſſentia Dei 253.
Ἑτεροδοξία 71. c.
Evangelium 121 f. Evang. et lex 491 f.
Excommunicatio mai. et min. 584. e.
Exorcismus 509.
Expiatio 420 ff.

Fanatismus 19.
Fatum, Fatalismus 343.
Felicitas beatorum 617 f.
Feticismus 21.
Fides explicita et implicita 484.
— ſalvifica 483.
— rationalis ſ. philoſophica 5. 9. — hiſtorica ib.
— auctoritatis, religioſa rationalis ib.
— *quae*, et *qua* creditur 87. divina 145.
Foedus 122.
Formula concordiae 77.
Fundamentum fidei 87.
Futuribile 231.

Geenna 594.
Ἕνωσις 63.
Gratia divina 460 ff.
Gubernatio mundi 336 ff.

Habitus infuſus 474. b.
Haeretici 557.
Hagiographa 121.
Homines primum creati 309 ff.
Hylozoismus 298.
Hyperdulia 258.
Hypoſtaſis 255.

Idea 4.
Ideale ib.
Ἰδιοποίησις 402.
Idololatria 21.

Iehova 203. d.
Ieſus homo 389 f. *θεάνθρωπος* 395 f.
Ignis purgatorius 595.
Illuminatio 481 f.
Imago divina 313 f.
Immaculata conceptio Mariae 367. e.
Immenſitas Dei 228.
Immortalitas animi 587.
Immutabilitas Dei 226.
Impanatio 522.
Imputatio peccati Adamitici 355 f.
— facti et iuris 358.
Incarnatio filii Dei 398.
Incredulitas 19.
Independentia Dei 226.
Indulgentia 433.
Infralapſarii 451.
Inſpiratio realis et verbalis 141. act. et paſſ. antecedens, concomitans et conſequens 142. late et ſtricte ſic dicta 144. g.
Integritas V. T. 125 f.
— N. T. 128 ff.
Interceſſio 444 f.
Interitus mundi 613.
Interpretatio libror. ff. allegorica 94 f. grammatico-hiſtorica ib.
Iudicium extremum 606 ff.
Ius circa ſacra 558. ſacrorum ib.
Iura collegialia 574.
Iuſtificatio 470 ff.
Iuſtitia civilis 464. concreata 315. originalis 314. fidei et vitae 474.
— Dei legislatoria et distributiva 243. paedeutica ib.

Κοινωνία τῶν θείων 402.

Lapſus 354.
Lex (*νόμος*) 493 f.
Lex moralis 11.
Leges divinae naturales et poſitivae 244.
Libertas hominis 344 ff.
— Dei 239.
— contradictionis et contrarietatis ib.
Libri ſymbolici 77 ff. apocryphi 131 f.
Limbus 596.
Λόγος 267 f.

Maieſtas Dei 251.
Mala in mundo obvia providentiae divinae haud repugnantia 346 ff.
Manducatio Capernaitica 535.
Materialismus 214. a.
Media gratiae 491 ff.
Meritum Chriſti 420.
— de congruo et de condigno 464.
Μεταβολή 523.
Μετεμψύχωσις 596.
Μετενσωμάτωσις ib.
Methodus dogmatices tradendae 119 f.
Meſſias 192. 379.
Miniſterium eccleſiaſticum 575.
Miraculi notio 173 ff.
Miraculum et mirabile 177.
Miſologia 73 f.
Miſſa ſolitaria 520.
— privata ib.
— publica ib.
Monotheismus verus et falſus 21 f.
Mors 597.
Mundus 297. eius interitus 613.
Mundi creati finis ſupremus 304.
Munus Chr. triplex 415 ff.
— propheticum 417 f.
— ſacerdotale 418 ff.
— regium 446 f.
Myſteria dogmatica et hiſtorica 36 f.
Myſticismus 17 f.
Mythus 28. Mythi ſacri 156 f.

Naturalismus 36. a.
Nexus cosmicus 340.
Nihilum negativum et privativum 302.
Notiones perſonales 256.
Noviſſima 597.

Obedientia Ieſu Chriſti activa et paſſiva 420.
Oblatae 536.
Occaſionalismus 344.
Oeconomia gratiae 236.
Officium mediatorium 418.
— ſpiritus ſ. quadruplex 466.
Omnipotentia 240.

Omniscientia 231.
Omnipraesentia 228.
Ὁμοούσιος 283.
Opera supererogationis 488.
— ad intra 256.
— ad extra 256.
— oeconomica ib.
— attributiva s. communia ib.
Operationes Dei mediatae et immed. 48 f.
— gratiae s. spir. s. 469.
Orcus 589.
Ὀρθοδοξία 71.
Ordo salutis 478 ff.
Origo peccati 354 ff.

Pantheismus 215 f.
Paradisus 311.
Peccatorum varietas 375 ff.
Peccatum 351 ff. originis, originale 359 f. in spir. s. 376 f.
Persona 253. Christi 377 ff.
Perspicuitas s. s. 167 f.
Poenae naturales et positivae 243.
— damnatorum 617.
Poenitentia 483.
Polytheismus 20 f.
Potestas clavium 575 ff.
Praedestinatio 448 ff.
Praeexsistentiani 310.
Praemia naturalia et positiva 243.
Praescientia Dei 233.
Praesentia corporis et sanguinis Chr. in coena s. 525 f.
Praevisio fidei 455.
Presbyteria 574.
Primatus Petri 570 f.
Prophetae 123. d.
Propositiones personales 401. idiomaticae 402. abstractivae 403.
Proprietates personales (in Deo trinuno) 256.
Proselyti iustitiae 503.
Protestantismus 53 f.
Protoplasti 309 ff.
Providentia Dei 336 ff.
Ψυχοπαννυχία 596.

Ratio et intellectus 5. 6. b. c.
— quae intercedit rel. Iud. inter atque rel. Christ. 54. b.
Rationalismus 89 ff.
Redemtio 420.
Reditus Iesu Christi ad iudicium 607.
Regeneratio 487.
Regnum Messianum 384.
— naturae s. potentiae, gratiae et gloriae 446.
Regula fidei 88 f.
Religionis notio historica 1.
— — in V. et N. T. 16 f.
— — origo et notio philosophica 4 ff.
Religio obiectiva et subiectiva 2.
— naturalis et positiva 23 f.
— Christiana 52 ff.
— — utrum ad maiorem perfectionem evehi possit 100 ff.
Remissio peccatorum 437 f.
Renunciatio diaboli 509.
Reprobatio 455.
Resurrectio Christi de mortuis 412.
— mortuorum 604 f.
Revelationis notio biblica 139 f.
Revelatio naturalis et supernat. mediata et immed. 24 ff. 50.
Revelatio universalis et particularis 46 f.
Ritus sacri 497 ff.

Sabaeismus 21.
Sacramentum 497 ff.
Sacrificium 522.
Sanctificatio 487.
Sanctimonia concreata 314.
Sanctitas Dei 241 f.
Sapientia Dei 235.
— concreata 314.
Satisfactio superabundans 432.
— vicaria 420 ff.
Scientia 9. d. historica, mathematica, philos. 5. sc. media 231 f.
Scriptura s. 121 ff.
Sensualitas 369.
Sessio Chr. ad dextram 409.
Societates *biblicae* 172.
Sors hominum post mortem exspectanda 606 ff.
Spiritus sanctus 274.
Status hom. depravatus 351 ff.
— Iesu Chr. duplex 406 ff.
Subsistentia completa 254.
Sufficientia s. s. 167.
Summa fidei s. summum dogma-

tices principium materiale et formale 82 ff.
Summa vitae Ieſu Chr. in libris N. T. enarratae 385 ff.
Supernaturalismus 35 ff.
Superſtitio 17 f.
Supralapſarii 451.
Symbolum 61. 79. q.
Syncretismus 73 f.
Synergismus 463.
Synodi 574.
Syſtema collegiale 558 ff.
— hierarchicum et epiſcopale ib.
— territoriale ib.

Teſtamentum 122.
Teſtimonium Ioannis baptiſtae de Ieſu 200. Spiritus ſ. internum 145 f.
Theocratia 27.
Theologia 61 ff. differt a rel. ib.
Theologiae nexus cum philoſophia 64 f.
Theologiae dogmat. nexus cum theol. ſymb. 77 f.
Theologiae dogm. nexus cum th. morali 75 f.
Theologiae rational. utilitas 73 f.
— praeſtantia 68.
— diviſio 70 f.
Theoſophia 20.
Tolerantia 572.
Topice 88.
Traditio 55 f.
Tradux peccati 366.
Traduciani 310.
Transſubſtantiatio 520.
Trinitas 253 ff. teſtimonia primae claſſis 260 ff. ſecundae de Deo patre 262. de filio Dei 263 ff. de ſpiritu ſ. 274 f.
Τρόπος ὑπάρξεως 256.
Typus perſonalis et realis 55.

Ubiquitas 530.
Unio cum Deo myſtica 489.
— perſonalis ſ. hypoſtatica 400.
— ſacramentalis 526.
Unitas Dei 219 f.
Unitio naturarum Chriſti 398.
Univerſaliſtae 451.

Vaticinia 187 ff.
Venia peccatorum 437 f.
Veracitas Dei 250.
Verbum Dei 491 ff. 163. Verbum div. internum 167 f.
Viſio Dei beatifica 578. b.
Vita poſt mortem ſperanda 587 ff.
Vocatio 478 ff.
Voluntas divina 327 ff.

HALIS
typis expreſſum in officina Gebaueriana.

p453 praecordinari

§ 34. a.

Indices = 3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-151142297-11/fragment/page=655



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-151142297-11/fragment/page=656

INSTITUTIONES

IEOLOGIAE

IRISTIANAE DOGMATICAE.

SCHOLIS SUIS

SCRIPSIT

TA DOGMATUM SINGULORUM
HISTORIA ET CENSURA

L. AUG. LUD. WEGSCHEIDER

. ET THEOLOGIAE D. HUIUSQUE P. P. O. IN ACADEMIA
FRIDERICIANA.

σθε τὴν ἀλήθειαν, καὶ ἡ ἀλήθεια ἐλευθερώσει ὑμᾶς.
Io. 8, 32.

TIO QUINTA AUCTIOR ET EMENDATIOR.

HALAE
TIBUS LIBRARIAE GEBAUERIANAE.
1826.

Farbkarte #13
B.I.G.
Black
3/Color
White
Magenta
Red
Yellow
Green
Cyan
Blue
Centimetres
Inches
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-151142297-11/fragment/page=657